Cedo

...ar de Escalio de he 8/30 para cobrar

...nados por el sr. ... 1626

Juan de Escalio ...

IVRIS CIVILIS ſtudioſis Salutem P.

COgitanti mihi iuris ciuilis Inſtitutiones excudere, duæ res curæ in primis fuerunt: primùm, vt eas (quo ad ius facere poſſem) emendatas imprimerem: deinde, vt venuſtate & elegantia characterum lectorũ oculos oblectarem: eáque ratione lectionis tædium, ſi quãdo vllum oboriretur, ſubleuarem. Hac ego in vtraque re quantũ elaborarim, dicendũ neceſſariò videtur. At Inſtitutionũ quidem caſtigatio, (quo nomine tũ ipſius Iuſtiniani leges, tũ Accurſii gloſſæ, tũ Appendiculæ quædã gloſſarũ vulgo intelligũtur) quoniã ad hæc tria pertinet, triplicem à nobis diligentiã deſiderauit. Primũ in ipſo cõtextu: eum autem nos & cũ Pandectis Florentinis, qua ex parte ad illas pertinebat, & cum libro manuſcripto Germani Colladonij Iuriſcõſulti doctiſsimi cõparatum, mẽdis quamplurimis adhibito doctorũ hominũ iudicio ita repurgare conati ſumus, vt noſtrũ ſtudiũ facilè doctiſsimo cuique probatũ iri confidamus. In Accurſii verò gloſsis hoc præſtitimus, vt illæ tũ aberratis Typographorũ vindicarẽtur, tũ ab aliorũ quorundã ſcholiis, quæ nunc ferè pro Accurſianis numerabãtur, diſtinctæ ac ſepoſitæ facilè internoſcerẽtur. Iam verò in acceſsiunculis quibuſdã quæ de doctorum cõmentariis excerptæ ad hoc volumen adiungi conſueuerũt, huiuſmodi noſtra diligentia perſpicietur. Quoniã verò earũ cõplures partim ab inſtituto alienas, partim inſulſas ac ridiculas, hac præſertim ætate ſummorũ ingeniorũ feraciſsima iudicari intelligebamus: harũ ita partem aliquã reſecauimus, vt earum tamen in locum ex Vlpiani Inſtitutionibus, itémque ex AEmylij F. F. Duareni. F. Balduini. Eg. Baronis, F. Hotomani, aliorúmque Iuriſconſultorum recentiorũ commẽtariis notas quaſdã eáſque

a. ij.

insignes ac memorabiles subiiceremus: quarũ notarum ex eo quem præposuerimus indice perfacilè ratio constabit. Et quoniam ad antiquitatis cognitionem, quæ præsertim cũ hoc studio coniuncta sit, adolescentes nonnunquam alliciendi sunt. Romuli primi Romanorũ Regis leges, itemque Duodecim Tabularum fragmenta, quæ quidem extant huius in libri aditu, & tanquam vestibulo præponenda curauimus. Porrò casus antiquos (ut vocant) tanquam barbaros, & à Latini sermonis elegantia planè abhorrentes, visum est expungere. Verùm eam iacturã (si modò iactura dicenda est) haud exigua vtilitate pensauimus, suffectis in eorum locũ C. Vibulani tum latinis tum doctis adiectisque in singulos paragraphos Aldobrãdini viri longè doctissimi adnotatiunculis nequaquam pœnitendis. Adhuc quantum studij diligentiæque in hisce Institutionum libris emendandis, ornandis illustrandisque posuerimus, satis demonstratum esse arbitramur. De characterum verò elegantia & pulchritudine quid attinet dicere? siue quòd, vt lepidissimus Poeta dicebat τὸ πρᾶγμα φανερόν ἐστι, αὐτὸ γὰρ βοᾷ. (in medio, inquit, posita res est, ipsa loquitur.) siue quòd merces venditor commendans pretium earum imminuere potiùs, quàm augere vulgò dicitur. Formam quidem ac magnitudinem voluminis eam, quæ ad libellũ facilè tractandum, & vbique gestandum aptissima videretur, delegimus. Quibus in rebus si disciplinæ huius amantium studiis satis à nobis factum videbitur, haud sanè vnquam vel sumptuum, vel laborum, quos eorum causa hoc in opere consumpsimus, nos quidem, si Dei voluntas feret, pœnitebit. Valete, & studiorum vestrorum cursum ad religionis nostræ cultum, Deique timorem, quod initium sapientiæ est, tanquam ad Cynosuram (vt dici solet) dirigite. IIII. Id. Octobr. M.D.LIIII.

IVSTI-

IVSTINIANI IMperatoris vita.

IVSTINIANVS humili & obscuro genere ortus est. Is à quo adoptatus est, Iustinus, ipsius auunculus, primùm suum, deinde boum custos fuit. Sed posteaquã militare cœpit, propter insignem corporis firmitatẽ, animíque virtutẽ, & rei studiũ militaris, ordinũ ductor est creatus: tandémque corruptis largitione militibus, Imperator factus. Ab eo Anicius Iustinianus, de quo scribere ingressi sumus, Salonæ natus, (quæ vrbs Dalmatiæ, postea, vt ipse idẽ Nouel. 131. testatur, Iustinianæa noua nominata est) Cõsul est cum Valerio creatus: ad extremũ etiam adoptatus, ínque imperii societatem, quæ menses quatuor fuit, adscitus. A. D. Cal. April. anno à Christo nato DXXVII. Ex quo quidem error intelligitur eorũ, qui Iustinianũ, à Iustino producto nomine, ex vetere adoptandi consuetudine appellatũ tradunt. quum & tãto antè hoc nomine vteretur, & consuetudo veterũ in producendis adoptatorũ cognominibus nequaquam huic Iustiniani nominis productioni cõueniat. Auunculo, quo cùm mẽses quatuor imperium administrarat, A. D. K. Augusti mortuo, solus imperiũ, cuius tum Byzantii sedes erat, administrare cœpit, quũ annũ ageret ætatis quartũ & quadragesimũ. Qua in administratione duorũ vsus egregia summorũ virorũ opera fuisse traditur: militiæ, Bellisarii: domi, Triboniani, natione Pamphylii. quorũ de vtroque dicendum

necessariò videtur. Nã Bellisarius quidẽ homo rei militaris scientia clarus, Persas, qui Mesopotamiæ ac Syriæ bellũ intulerant, multis præliis fusos fugatósq;, suos in fines repulit, omnémque Orientẽ, Tigrim vltra, Euphratémq;, quietum pacatúmque reddidit. Vandalos qui Africã annos XCV. occuparãt, eóque cuncta imperii ornamenta, capta Roma, sublata transtulerãt, variis cladibus bellíque offensionibus affectos, trium mensiũ spatio deuicit: Libyámq; & Carthaginem, capto eorũ rege Gelimere, atq; in triumphum, quem ei Iustinianus ex populi Rom. consuetudine magnificentissimũ apparauit, ducto, sub Imperatoris sui ditionẽ potestatémq; subiunxit. Siciliam posthæc, Italiámque vniuersam, quarũ vtranq; Gothi, gens bello ferocissima, multos iam annos occuparant, intra annos quinq;, factis compluribus præliis recuperauit: eorúmq; regem Vitigidem, magni animi egregiæq; virtutis virum, bello captum, ad Imperatorem suũ, ipsius cum opibus thesaurísque omnibus abduxit. quo tempore mirã eius promissi quod Iustiniano discedens dederat, fidem constantiámq; seruauit. Quum enim Gothi suis necdũ magnopere accisis rebus, semel atq; iterum regnũ illi lubentes ac volẽtes detulissent: quòd Iustiniano iusiurandũ dederat, sese illo viuo nunquã Imperatoris Regísve nomen recepturum, constanter summa fide vtens recusauit. Annis autem pòst paucis, quũ iidem Gothi rege Totila duce, viro ad bella gerenda planè nato, Italiam ducibus qui Bellisario successerant, eripuissent: bellum quod cum Medis

interea

interea gerebat, relinquere, inque Italiã redire coactus est. Vsus est alio præterea Iustinianus egregio belli duce, eunucho tamẽ, vt fertur: cui Narseti nomen fuit. Is Bellisario ad Medorum bellũ reuocato, Italico bello præfectus, Gothos cõpluribus præliis fractos, eorum rege Totila interfecto, quũ annus eius ageretur belli decimus octauus, ad internecionẽ redactos, celeritate mirabili planè deleuit. Cuius rei argumẽto etiam nunc vetus inscriptio est, in põte Salario prope ab vrbe Roma inuẽta, quã subscribemus.

IMPERANTE. DN. PIISSIMO AC TRIVMPHALI SEMPER IVSTINIANO P P. AVG. AN. XXXIX NARSES VIR GLORIOSISSIMVS EX PRAEPOSITO SACRI PALATII. EXCONSVL ATQVE PATRICIVS. POST VICTORIAM GOTHICAM IPSIS ET EORVM LEGIBVS CELERITATE MIRABILI CONFLICTV PVBLICO SVPERATIS ATQVE PROSTRATIS, LIBERTATE VRBIS ROMAE AC TOTIVS ITALIAE RESTITVTA, PONTEM VIAE SALARIAE VSQVE AD AQVAM, A NEFANDISSIMO TOTILA TYRANNO DESTRVCTVM, PVRGATO FLVMINIS ALVEO, IN MELIOREM STATVM QVAM QVONDAM FVERAT, RENOVAVIT.

Ita multis maximísque rebus vbique terrarũ præclarè gestis, Iustiniani imperium propagatũ ac nobilitatum fuit. Quarũ tamen in rerũ non dico præfuisse, sed tantùm interfuisse illum, vel

minima, nusquam reperio. quin cõtrà, dum per vniuersum ferè terrarum orbẽ Bellisarii signa magna & illustri cum gloria inferrẽtur, Byzãtii consedisse perpetuò Iustiuianum, ab omnibus memoratur. Nam inertiæ sanè illius non paruũ illud argumentũ fuit, quòd quum orta illa in ciuitate inter Parsinos & Venetos (qui contrariarum partium colores atque insignia fuère) seditio fuisset, in arcẽ se ipse cũ vxore mulierculisq; nõnullis celeriter abdidit. ibíque dũ ciuitas tumultu intestino tanquã aliquo incendio inflammata cõflagraret, magistratúsque per vrbis vias interficerentur, delitescens, suámque ignauiam tenebrarum ac parietũ custodiis tegens, Triboniano Quæstori suo, de quo antè cõmemorauimus, itémque Ioanni Prætorii Præfecto, quorũ ille virorũ opera, cõsilio, industriáque vsus perpetuò fuerat, ad cædem à populo quæsitis, magistratum abrogare coactus est. quo tẽpore quum actum de ipsius imperio, nulláque consternatis ignauia Imperatoris militum animis, sedãdæ illius tempestatis iniri posse ratio videretur, præclarã orationẽ Theodora ipsius vxor habuisse dicitur, militésque pristinã ad virtutẽ ac fortitudinem excitãdo sæpenumero prædicasse, honestè dimicãdo mori esse satius, quàm turpiter fugiendo viuere. qua quidẽ oratione sic excitati milites fuêre, vt Bellisario Mãdóque ducibus, Hippatium & Pompeium seditionis principes, quíque iam Imperii insignia occuparãt, tũ prælio in vrbe facto ceperint: tum ciuibus amplius triginta milibus eo prælio ipsa in vrbe interfectis, postero die in carcere securi percussos necarint.

carint. Adhuc quæ res essent Iustiniano Imperatore bello gestæ memoratu dignæ, strictim cõmemorauimus. Nunc pacis ad studia quod attinet, quapropter ille in ore sermonéque hominũ versatur, disserendũ videtur. Erãt inde vsque ab Romuli regno Populi Roma. leges scriptæ cõplures: quas ad leges Iurisconsultorũ ita copiosi, itaque vberes erãt scripti cõmentarii, vt cum ipsorũ respõsis coniuncti facilè ad librorũ duo millia, versuũ autẽ tricies centena millia conficerẽt. Qua ex multitudine, copiáque immensa necessariò illud acciderat, vt cũ permulti ex iis libri noti perpaucis essent, tum eorũ in iudiciis vsus esset omnino nullus. Artis sanè huius ea vi detur esse natura, vt causarũ infinita perpetuáque varietate scribendi materiã suppeditante, si hominibus scribendi licẽtia permittatur, ea neque modum, neque finem habitura esse videatur. Itaque longo ante Iustinianum tempore, commentariorum ac scriptionum quædã quasi eluuio ius ciuile occuparat, vt cũ Iulius Cæsar, tum alii nonuulli post cum Imperatores de hac disciplina constituenda, certísque finibus circunscribenda, sepænumerò cogitarint. Verùm quod illi & multo paucioribus in libris, & illa ætate ingenisissimorum hominum feracissima, quia opus post homines natos difficilimũ maximéque arduum videbatur, attingere ausi non erant: id Iustinianus & longè pluribus in libris, & omnium bonarum in artium interitu ac sæculo infelicissimo, Triboniani vnius suasu atque impulsu aggressus est. quo ille insigni ac peraudaci facinore vetus fortasse verbum

comprobauit: Ex imperitia audaciã, ex doctrina atque peritia dubitationẽ diffidentiámque gigni. Fuisse traditur Tribonianus ingenio peracri versutóque, & magnæ apud Imperatorẽ suũ auctoritatis. Honores assequutus apud eum maximos (Cõsul enim & Quæstor, quem Paredrũ Græci nominant, & Magister officiorum fuit) sic eos administrauit, vt homo auarus, nulla fide, nulla iustitia, ius quotidie nouũ variúmque constitueret. Ei qui auctor huiusce consilii fuerat, Princeps totius curam negotii non modò cõmisit, verumetiam permisit. quapropter constitutiones ptimùm Imperatorũ tribus in libris dispersas, quos Gregorianum, Hermogenianũ, & Theodosianũ appellabant, adhibito delectu vnum in librum coaceruauit, quem Codicẽ cõstitutionum Latinè inscripsit. Id autem anno Imperii sui secundo, Decio Cos. Indictione 7, confectum fuisse Iustinianus in ea constitutione testatur, quæ est de Iustinianeo codice confirmando, ad Menã Præfectum prætorio XVI. Kal. Maias data, anno DXXIX. Anno insequẽti, Lãpadio & Oreste Coss. Tribonianus Græcis hominibus sexdecim, qui tum Iurisprudẽtiæ laude præter cæteros florebãt, Imperatoris mãdatu ad laboris societatem adscitis, veterum Iuriscõsultorum scripta vniuersa in Principis palatium deportata pertractare, negotiúmque capessere instituit: vt ex Imperatoris constitutione de vetere iure enucleãdo ad Tribonianũ scripta, & XIIII. Kal. Ian. data, intelligitur, qúmque annum iam in hoc opere cõficiendo tertiũ elaborarent, ac iam iámque ed exitũ perducturi essent

xi essent, ecce aliud ab eodem Imperatore man datum: vt quũ essent elementa quædã huius disciplinæ antiquis ab Iuriscõsultis tradita, ex iis elemẽtis Triboniano, Theophilo ac Dorotheo sociis atq; adiutoribus adhibitis, Institutiones exprimeret. cui mãdato quum ab ipso studiosè obtemperatum esset, eodem ipso anno XI. Kal. Decembr. Iustiniano 3. Cos. anno à Christo D. XXXIIII. Iuris ciuilis Institutiones libr. 4. expositæ in lucẽ conspectũmq; hominũ peruenerũt. paucísq; itẽ pòst diebus, hoc est XVII. Kal. Ianuar. quinquaginta Digestorum seu Pandectarum nominibus inscripti libri: in quibus Iuriscõsultorũ scripta omnia, qua commodũ illis sedecim viris visum erat, circuncisa atq; amputata ita in arctum angustúmq; cõtracta erãt, vt ex librorum duûm millium numero, quinquaginta tantùm, ex versuũ tricies centenis millibus, centum quinquaginta millia duntaxat redierint. Ita Tribonianus negotiũ hoc quod mira cõfidentia, illis præsertim vtens sociis & administris (quorum nemo, quãtum sanè Latinæ quædam illorum epistolæ nobis præbent existimandi copiam, vel Latinis literis eruditus, vel vlla magna ingenii laude præditus fuit) hoc inquã negotium, quod ita confidenter aggressus erat, sanè celeriter ac perbreui admodum tempore confecit. nã triennii duntaxat spatium hoc in tanto támq; arduo difficilíq; opere consumptum esse, Imperator ipse non vno loco testatur. Hac nimirum ratione cum duodecim Tabularum, aliæque leges innumerabiles, tum edicta Prætorum perpetua, & in vtraque præ-

clari Iuriſconſultorum commentarii, eorú denique reſponſa innumera, vtpote quibus eſſet nulla relicta in iudiciis auctoritas, ab hominibus Græculis contempta atque abiecta, facilè perbreui ſpatio interciderunt. Anno vertente, qui à Chriſto nato quingenteſimus trigeſimuſ quintus numerabatur, Imperii verò Iuſtiniani octauus, quo anno quartũ idem Iuſtinianus cũ Paulino Conſulatũ gerebat, quòd eiuſdem Imperatoris cõplures extarent variis de rebus conſtitutiones, in his eæ quæ quinquaginta Deciſiones vulgò nominantur, poſt ſuperiorem illã Codicis editionem promulgatæ, idem Tribonianus ſociis quatuor laboris adhibitis, Imperatoris mandatu Codicem illũ quem diximus conſtitutionũ re concinnãdum ſuſcepit: partim vt poſteriores conſtitutiones illum in librũ referrentur, partim vt quæ ex ſuperioribus mutatæ atque abrogatæ fuiſſent, eodem ex libro tollerentur. qua de re conſtitutio Imperatoris extat, De emendatione Codicis & ſecunda eius editione, inſcripta, & XVI. Kal. Decembr. data. Itaque tres poſtea Iuſtiniani imperio legum libri vulgò habiti fuêre: Pãdectarum, Inſtitutionum, & Codicis conſtitutionũ, qui nunc præciſè Codex nominatur. quibus ad extremũ quartus earum quæ poſtea per omne Iuſtiniani imperium ſcriptæ ſunt, adiectus fuit: quas modò Nouellas, modò Authentica vulgò nominamus. Atque hæc quidem quæ ad Iuſtiniani multo maximum ac memorabile in libris Iuriſconſultorum circuncidendis facinus attinebant, quãtum ex ipſius ſcriptis intelligere potuimus,

demonſtra-

demonſtrata ſunt. Vxorem idem Imperator habuit Theodorã nomine, animo magno mulierem: cuius de virtute ſuperiùs commemorauimus. Eam ille maximis quibuſque de rebus in conſiliũ plurimùm adhibebat, quod ipſe idem quibuſdã in ſuis cõſtitutionibus Nouellis profitetur. videtúrque ipſius auctoritate ac ſuaſu inductus, multa quæ populi Romani legibus minus ad mulierum gratiã accommodatè conſtituta erant, correxiſſe, eíque ſexui omnibus in iuris ciuilis partibus maiorem in modum gratificatus eſſe. In iureiurando quod iis deferebatur, qui Reipu. procurationem aliquã inibant, hoc præſcriptum erat, vt Theodoræ Imperatoris coniugi ac potentiæ obſequium, fidem, conſcientiámque ſuam probarent. Duxiſſe illã traditur anno imperii ſui ſecundo, habuiſſeque in matrimonio annos vnum & viginti tres menſes. Religionem Chriſtianam piè ſanctéque coluit. ſi quidem errantium opinionum quibus Eccleſia Chriſtiana, tanquam tempeſtatibus quibuſdam agitabatur, vindicem ſe acerrimum, inimiciſsimúmque præbuit. nam & Porphvrii & Eutychetis, Neſtoriíque impias & ſceleratas opiniones repudiauit. ac religionis noſtræ de triplici in Deo perſona ſententiam integerrimè conſtantiſsiméque defendit. Poſtremò quæ in Concilio Niceno eadem de religione conuenerant, arctiſsimè retinuit. Imperauit ann. XXXVIII M. VII. D. X. vixit circiter octoginta quatuor: mentíſque errore multo antè affectus, Iuſtino ex filia nepote Imperatore deſignato, vita eſt functus.

Carmina Rubricarum primi libri Institutionum, quæ sunt numero viginti sex.

Iustitiæ, ius naturæ, personáque subsunt.
Ingenuos debent libertini sociare.
Non omnis dominus seruos sic liberat, vt vult.
Fusia lex, iuris alieni, patria virtus.
Nubet, adoptauit, soluet, tutela, dabitque.
Agnatos, capitis, patronos, atque parentes.
Est fidus tutor, est Attilianus, & author.
Finit curator, teneatur satisdare tutor.

De iustitia & iure. De iure naturali, gentium, & ciuili. De iure personarum. De ingenuis. De libertinis. Quibus ex cau. ma. non licet. De lege Fusia Caninia tol. De iis qui sui vel alien. iur. sunt. De patria potest. De nuptiis. De adoptionibus. Quibus modis ius pat. pa. sol. De tutelis. Qui testamento tutores dari possunt. De legitima agnatorũ tutela. De capitis dem. De legiti. patrono. tut. De legiti. parentum tute. De fiduciaria tutela. De Att. tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur. De auctori. tuto. Quibus mod. tut. finitur. De curatoribus. De satisdatione tutorũ vel cura. De excus. tut. vel curat. De suspectis tutoribus vel curatorib.

Rubricæ secundi sunt vigintiquinque.

Res, corpus, seruit, vsusfructus sit & vsus.
Est vsucapiens, est donans, est alienans.
Quæro, testari, miles, permittere non vult.
Exhæres, hic instituit, bis substituendo.
Infirmat, vel inofficit, hæres qualia, legat.
Hinc adimit, falcat, committit, singula, Codex.

De rerum diuisione, & acquirendo ipsarũ dominio. De rebus corporalibus & incorporalibus. De seruit. rust. præd. & vrba. De vsufruct. De vsu & habitatione. De vsucapionibus, & lõgi temp. præscrip. De donationibus. Quibus alienare licet, vel non. Per quas personas nobis acquiritur. De testamentis ordinandis. De militari testam. Quibus non est permiss. facere testa. De exhæredatione liberorum. De hæredibus instituẽdis. De vulgari substitu. De pupil. substitu. Quibus modis test. infirmentur. De inoff. testamen. De hære. qualit. & diff. de legatis. De ademptione legato. De lege Falcidia. De fideicommissariis hæred. & ad senatusconsultum Trebel. De singulis rebus per fideicõmissum relictis. De codicillis.

Rubricæ tertij sunt triginta.

Fert, intestatus, agnatis: Tertyl. & Orfic.
Cognatis, gradibus, seruus, libertus inhærent.
Signo libertos, possessus, & arrogo quærens.
Post addicta bona, successio dupla recessit.
Obligo re, verbis, duo, cum seruis stipulantur.
Diuidit, est & inutilis, atque fideiubet omni.
Litera, consensus, emit & locat, hinc sociabit.

Et post

Et post mandatum, quasi contraho, quærito, tollo.

De hæreditatibus, quæ ab intesta. deferuntur. De legit. agna. successione. De senatusconsulto Tertyliano. De senatusconsulto Orficiano. De successione cognatorum. De gradibus cognationũ. De seruili cognatione. De successione libertorum. De assignatione libertorum. De bonor. possessionibus. De acquisitione per arrogationem. De eo, cui libertatis causa bona addicuntur. De successionibus, quæ fiebant per bono. venditiones, & ex senatusconsulto Claudia. sublatis. De obligationibus. Quibus modis re contrahitur obligatio. De verb. oblig. De duobus reis stipulãdi, & promittendi. De stipulatione seruorum. De diuisione stipulationum. De inutilibus stipulatio. De fideiussoribus. De literarum obligationibus. De obligatio. ex consensu. De emptione & venditione. De locatione & cõductione. De societate, De mandato. De obligationib. quæ quasi ex contractu nascuntur. Per quas personas nobis obligatio acquiritur. Quib. modis tollitur obli.

Rubricæ quarti sunt octodecim.

Delictum rapit, Aquiliis, iniuria subsit.
Et quasi delinquens ago, vel gero noxia, pauper.
Per quos, satisdabo, perpet. & excipiens replicabo.
Sunt interdicta, cũ pœnis, officioq;
Publica iudicia reperis ĩ fine locata.

De obligationibus, quæ ex delicto nascuntur. De vi bono. rapt. De lege Aquil. De iniuriis. De obligationibus, quæ ex quasi delict. nascuntur. De actionibus. Quod cum eo, qui in aliena est potestate negotium gestum esse dicitur. De noxalibus actionib. Si quadrupes paup. fecisse dicatur. De iis, per quos agere possumus. De satisdationibus De perpetuis & temporalib. actionibus, & quæ ad hæredes transeunt. De exceptionibus. De replicationibus. De interdictis. De pœna temerè liti. De officio iud. De publicis iudiciis.

Finis titulorum Institutionum, qui sunt numero nonagintanouem.

DIGESTI VEteris CLV. Rubricæ continẽtur LXV. carminibus sequẽtibus, eo textis artificio, vt præter principale intentum, aliquid sententiæ videantur habere, quorum declarationem subiunximus.

Ex primo primi libri.

Ius, & origo patent, leges quoque parte priori.
Constituit, status, ac alienus, adoptat, & est res.
Dá. quæ senatores, consul, prætorius, vrbis.
Sunt quæstor, prætor, vigilum præfectus, habendi.
Officium pariter proconsulis vt le noscas.
Vult bis Augusti, præses, vel Cæsaris addi.
Censor Alexandri, ius mandat, & assidet inde.

De iustitia & iure. De origine iuris ciuilis, & om. magist. & successione Iurisprudẽtium. De legibus & senatuscon. & long. consuetudine. De constitutionibus princi. De statu homi De iis qui

ſui vel alieni iur.ſunt. De adoptionibus, emancipationibus & aliis modis quibus patr.poteſtas ſol. De rerum diuiſione & qualitate. De ſenatoribus. De offic. conſulis. De offic. præfect. præt. De offic. præfe. vrb. De officio quæſtoris. De officio prætoris. De officio præfecti vigil. De officio proconſul & lega. De officio præfecti Auguſtalis. De offic. præſidis. De offic. procuratoris Cæſaris, & rationalis. De offic. iuridici Alexandriæ. De officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio. De officio aſſeſſorum.

Secundi libri rubricæ.

Eſt iuriſdictio, ſtatuens in parte ſecunda.
Si quis ius dicens, vocat in ius, non ierit tunc.
Iuſſit lex, vt eant, qui ſunt in iura vocati.
Eximat hos nemo, leges quos ſatiſdare cogunt.
Si noxalis agat, per quem ſit, cautio ſiſti.
Feriat, edendo, pactum, ſi tranſigat vllus.

De iuriſdictione omniũ iudicum. Quod quiſque iuris in aliũ ſtatuerit, ipſe eodem iure vtatur. Si quis ius dicenti non obtempe. De in ius vocan. Si quis in ius vocatus non ierit, ſiue quis eum vocauerit, quem ex edicto non debuit. In ius vocati, vt eant, vel ſatis aut cautum dent. Ne quis eũ, qui in ius vocatur, vi eximat. Qui ſatiſdare cog. vel iuraměto promittant, vel ſuæ committatur promiſsioni. Si ex noxa. cauſa agatur, quemadmodum caueatur. De eo per quem factũ erit, quo minus quis iudicio ſiſtat. Si quis cautionibus iudicio ſiſtendi cauſa fact. non obtemperauerit. De feriis & dilat. & diuerſis temporibus earum: & ex quibus cauſis feriæ nõ impediũtur. De edẽdo. De pactis. De tranſactionibus.

Tertii libri rubricæ.

Poſtulat, infamat, procurat nomine terna.
Geſta negotia ſunt his, atque calumnia iuncta.

De poſtulando. De iis, qui notantur infamia. De procuratoribus & defenſoribus. Quod cuiuſque vniuerſitatis nomine: vel cõtra eam agetur. De negotiis geſtis. De calumniatoribus.

Quarti libri rubricæ.

Reſtituit quarta, metus, & dolus, & minor hic ſunt.
Diminuit, maior alienat, & arbiter hic eſt.
Nautæ, caupones, ſtabularius abdita reddant.

De in integrum reſtitu. Quod metus cauſa geſtum erit. De dolo malo. De minoribus vigintiquinque annis. De capitis deminu. Ex quibus cauſis maiores vigintiquinque annis in integrum reſtituantur. De alienatione mutandi iudicii cauſa facta. De receptis arbitriis: & qui arbitrium recipiunt, vt ſententiam dicant. Nautæ, caupones, ſtabu. vt recepta reſtituant.

Quinti libri rubricæ.

Iudiciis quinta exhæres quæritur, petit hæres.
Si pars hæredis, ſic poſſeſſoria poſcat.
Iungas hæredem fideicommiſſa petentem.

De iudiciis, & vbi quis agere vel conueniri debeat. De inofficioſo teſtamento. De petitio. hæredita. Si pars hæred. pet. De poſſeſſoria hæreditatis petitiõe. De fidei-

fideicommissaria hæreditatis petitione.

Sexti libri Rubricæ.

Vendicat & sexta, tractans de Publiciana.
Vectigalis ager, aut emphyteuticus est hic.

De rei vendicatione. De Publiciana in rem actione. Si ager vectigalis, vel emphyteuticarius petatur.

Septimi libri Rubricæ

Dans vsumfructum pars septima, crescere, sedit.
Amittatur, res quæ consumenda petatur.
Dat seruus operas, habitatio, si cauet vtens.

De vsufructu, & quemadmodum quis vtatur fruatur. De vsufructu accrescendo. Quando dies vsusfructus legati cedat. Quibus modis vsusfructus, vel vsus amittatur. De vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur, vel minuuntur. Si vsusfructus petatur vel ad alium pertinere negetur. De operis seruorum. De vsu, & habitatione. Vsufructuarius quemadmodum caueat.

Octaui libri Rubricæ

Vtere seruitiis octaua parte locatis.
Prædia dant vrbes & rus communia multis.
Ni mihi seruitium bene vendico, perdere possum.

De seruitutibus. De seruitutibus vrbanorum prædiorum. De seruitutibus rusticorum prædiorum. Communia prædiorum tam vrbanorum, quam rusticorum. Si seruitus vendicetur, vel ad aliũ pertinere negetur. Quemadmodum seruitutes amittar

Noni libri Rubricæ

Quadrupedem nona dabit. Aquiliæ quoque legem.
Effundunt multi, noxalis vt actio detur.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Ad legem Aquiliam. De iis, qui deiecerunt, vel effuderunt. De noxalibus.

Decimi libri Rubricæ.

In decima fines regis, ac erciscere poscis,
Diuisis tandem communibus, exhibeamus.

Finium regundornm. Familiæ erciscund. Communi diuidundo. Ad exhibendum.

Vndecimi libri Rubri

Vndecima iudex interrogat itur ad ipsum.
Seruos corrumpunt, fugitiuos, alea, mensor.
Funera cum sumptu, debes inferre sepulchro.

De interrogationibus in iure faciendis, & interrog. act. De quibus rebus ad eundem iudicem eatur. De seruo corrupto. De seruis fugiti. De aleæ lusu, & aleatorib. Si mensor falsum. mod. dixe. De religio. & sumpti. fune. De mortuo inferendo, & sepulchro ædificando.

Duodecimi libri Rubricæ.

Res credit, iurans in litem pars duodena.
Condice ob causam, cui turpis causa superfit.
Ac indebita si sint, condices sine causa.

De rebus creditis, & si certum petatur. De iureiurando, siue voluntario siue necessario, siue iudiciali. De in litem iurand. De condictione causa data causa non secuta. De condictione ob turpem, vel iniustam causam. De condictione indebiti. De condictione sine causa.

Tredecimi libri Rubricæ.

Tredecimam furti, & legis condictio tangit.

Tritica dant loca certa, statuta pecunia si sit.

Commoda, cum reliquis dabit actio pignoris ampla.

De condictione furtiua. De cõdictione ex lege. De condicti. triticaria. De eo, quod certo loco dari oportet. De constituta pecunia. Commodati, vel cõtra. De pignoratitia actione, vel contra.

Decimi quarti libri Rubricæ.

Exercet, iactum bisseptima, & institor hic est:

Actio, quæ tribuit, patet ac aliena potestas.

Ne dentur natis, Macedonia lex vetat, æra.

De exercitoria actione. Ad legem Rhodiam de iactu. De institoria actione. De tributoria actione. Quod cum eo, qui in potestate aliena est, negotium gestum esse dicetur. Ad senatusconsultum Macedonianum.

Decimi quinti libri Rubricæ.

In decimaquinta adscribo peculium, & annum.

Post de in rem verso, quod iussu iungere fas est.

De peculio. Quando de peculio actio annalis est. De in rem verso. Quod iussu.

Decimi sexti libri Rubricæ.

In sextadecima mulier lege Velleianum.

Compensare vetant leges, si depositum sit.

Ad senatusconsultum Velleianum. De cõpensationibus. Depositi, vel econtrá.

Decimiseptimi libri Rubricæ.

Septima post decimam mandatum pro socio dat.

Mandati, vel contrà. Pro socio.

Decimioctaui libri Rubricæ.

Octauadecima tibi vendo, diem adiiciendo.

Committens, hæres vendit, rescindo periclum.

His exportandos debet adiungere seruos.

De contrahenda emptione & venditione: & de pactis inter emptorem & venditorem: & quæ res vænire possint. De in diem addictione. De lege commissoria. De hereditate, vel actione vendita. De rescindenda venditione: & quando liceat ab emptione discedere. De periculo, & commodo rei venditæ. De seruis exportandis: vel si mancipium ita vænierit, vt manumittatur, vel econtra.

Deciminoni libri Rubricæ.

Emptum post decimam nona, locat, æstimat actor.

Res

Res permutatas, præscriptis addito verbis.

De actionibus empti,& venditi. Locati,& conducti. De æstimatoria actione. De rerum permutatione. De præscriptis verbis,& in factum actionibus.

Vigesimi libri Rubricæ.

Pignora pars vicena tibi dabit ac hypothecas.
Post pignus tacitum, sunt quæ res, qui potiores.
Distrahitur pignus, tandem quoque soluitur illud.

De pignoribus, & hypothecis: & qualiter ea contrahantur: & de pactis eorum. In quibus causis pignus, vel hypotheca tacitè contrahatur. Quæ res pignori, vel hypothecæ obligari possunt. Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur,& de iis,qui in priorum creditorum locum succedũt. De distractione pignorum,vel hypothecarum. Quibus modis pignus,vel hypotheca soluitur.

Vigesimi primi libri Rubricæ.

Edictum edilis tractat vigesima prima.
Euincam,si res,quæ venditur, excipiatur.

De ædilitio edicto, & redhibitoria, & quanto minoris actione. De euictionibus,& duplæ stipulatione. De exceptione rei venditæ & traditæ.

Vigesimisecundi libri Rubricæ.

Vsuras, fœnúsque probat vicena secunda.
Instituit, testes simul ignorantia duplex.

De vsuris, & fruct. & causis, & omnibus accessionibus, & mora. De nautico fœ. De probatio. & præsum. De fide instrumento. & amissione eorum. De testibus. De iuris, & fact. ignoran.

Vigesimitertii libri Rubricæ.

De sponsalibus,& ritu docet ante suprema.
Ius, pactum, fundus dotalis iungitur istis.

De sponsalibus. De ritu nupt. De iure dot. De pactis dotalibus. De fundo dotali.

Vigesimiquarti libri Rubricæ.

Vltima coniugibus donat, diuortia tangens.

De donationibus inter virum & vxorem. De diuortiis & repudiis.

Finis titulorum Digesti veteris.

INFORTIATI CV. rubricæ versibus XLVI. annotantur.

Quando coniugio dos est repetenda soluto.

Soluto matrimonio quemadmodum dos petatur.

Terminat hæc rubrica vigesimum quartum librum Digesti Veteris.

Primi libri Rubricæ.

Impensas dotis, res amotas dabo primæ.
Agnosco ventrem, ventris quoque nomine mitto.

Nomine, si ventris mulier, de concubinis sit.

De impensis in rebus dotalibus factis. De actione rerum amotarum. De liberis agnoscẽdis & alendis à parentibus. De ventre inspiciendo, custodiendóque partu. Si ventris nomine muliere in possessionem missa, eadem possessio dolo malo ad alium translata esse dicatur. Si mulier ventris nomine in possessione calumniæ causa esse dicatur. De concubinis.

Secundi libri Rubricæ

Dat tibi tutelas, etiam testando secunda.
De confirmando, de legitimis, dare possunt.
Tutores videas hic qui petat, atque ministret.
Author, & ex facto, de susceptis sociat unt.

De tutelis. De testamentaria tutela. De confirmando tutore, vel curatore. De legitimis tutoribus. De tutoribus, vel curatoribus, datis ab his, qui ius dandi habent. Qui petant tutores vel curatores: & vbi petantur. De administratione & periculo tutorum vel curatorum. De auctoritate & consensu tutorum vel curatorum. Quando ex facto tutoris, vel curatoris minores agere, vel conueniri possunt. De suspect. tutor. & curator.

Tertii libri Rubricæ.

Excusat terna pars, educat, & rationes.
Vtile, pro tutore gerit, falsus quoque, mandat.
Atque magistratus tenet, & de rebus eorum.
Iura dari suadent curatorem furioso.

De excusationibus tutorum, & temporibus earum. Vbi pupillus educari debeat, vel morari: & de alimentis præstandis. De tutelis, & rationibus distrahendis. De contraria, & vtili actione tutelæ. De eo, qui pro tutore, vel curatore negotia gessit. Quod falso tutore authore gestũ esse dicetur. De fideiussoribus & mandatoribus tutorum vel curatorũ. De magistratibus conueniendis, vel hæredibus eorum. De rebus eorum, qui sub tutela vel cura sunt, sine decreto non alienandis vel supponendis. De curatoribus furioso & prodigo, vel aliis extra minores dandis.

Quarti libri Rubricæ.

In quarta, testator, posthumus, irrita delet,
Hæredes statuo, vulgares substituendo.
Conditio, instituit, & post delibero iure.

De testamentis, & qui testamenta facere possunt. De liberis, & posthumis hæredibus instituendis, vel exhæredandis. De iniusto rupto & irrito facto testamento. De iis, quæ in testamento delentur, inducuntur, & inscribuntur. De hæredibus instituẽdis. De vulgari, & pupillari substitutione. De conditionibus institutionum. De iure deliberandi.

Quinti libri Rubricæ.

Testatur miles in quinta, acquirit & hæres.
Monstrat aperire, quis omittens Syllanianum.
Si quis testari prohibet, ius Codicis addat.

De militari testamento. De acquirenda, vel amittenda hæreditate. Quemadmodum testamenta a-

ta aperiantur, inſpiciantur, & deſcribantur. Si quis omiſſa cauſa teſtamenti, ab inteſtato, vel alio modo poſsideat hæreditatem. De ſenatuſconſulto Syllaniano & Claudiano. Si quis aliquem teſtari prohibuerit: vel coegerit. De iure codicillorum.

Sexti libri Rubricæ.

Sextus dat primo legata notanda libellus.

De legatis, & fideicommiſsis primo.

Septimi libri Rubricæ.

Septimus inde liber tractat legata ſecundo.

De legatis, & fideicommiſsis ſecundo.

Octaui libri Rubricæ.

Ter quoque legata notat octauus liber ipſa.

De legatis, & fideicommiſsis tertio.

Noni libri Rubricæ.

Annua nona tenet, vſumfructum quoque legat,
Seruitus, & dos hic legantur, & optio, vinum.
Inſtructus fundus, ſunt & legata peculi.
Additur his legata rubris penus, atque ſupellex.

De annuis, & menſtruis legatis, & fideicommiſsis. De vſu, & vſufructu, & reditu, & habitatione, & operis per legatum, vel fideicommiſſum relictis. De ſeruitute legata. De dote prælegata. De optione legata. De vino, tritico, & oleo legato. De fundo inſtructo, vel inſtrumento legato. De peculio legato. De penu legat. De ſuppellectile legata.

Decimi libri Rubricæ.

In decima parte legas alimenta, vel aurum.
Liberat, ac adimit, dubijs, quæ nomine pœnæ.
Norma Catonis habet, pro non ſcriptis, quibus aufert.

De alimentis, & cibariis legatis. De auro, & argento mundo, ornamentis, vnguentis, veſtibus vel veſtimentis & ſtatuis legatis. De liberatione legata. De adimendis, vel transferendis legatis. De rebus dubiis. De iis, quæ pœnæ nomine relinquuntur. De regula Catoniana. De iis, quæ pro non ſcriptis habentur. De his quibus, vt indignis hæredit. auferuntur.

Vndecimi libri Rubricæ.

Conditio vndecima monſtratur: lex quoque falcans,
Si cui plus fuerit legatum, quàm licitum ſit.

De conditionibus & demonſtrationibus, & cauſis, & modis eorum, quæ in teſtamentis ſcribuntur. Ad legem Falcidiam. Si cui plus, quàm per legem Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicatur.

Duodecimi libri Rubricæ.

Eſt trebellius, atque dies cedit duodena.
Vt pro legatis caueat, legatáque ſeruet.

Ad Senatuſconſultum Trebellianum, quando dies legatorum, vel fideicommiſſorum cedat. Vt legatorum ſeu fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa caueatur. Vt in poſſeſsionem lega-

torum, vel fideicommissorum seruandorum caussa esse liceat.

Tredecimi libri Rubricæ.

Terna post decimam est possessio parte bonorum.
Si tabulæ extabunt, mutus bona possidet infans.
Præteritis contra tabulas possessio datur,
Legatum præstans, bona, dotem confero, ventri,
De coniungendis, edictum Carbo notauit.
Vult bona possessor tabulas retinere secundum,
Quando parens laxat, ex milite, iura patroni.
Obsequium nati debent præstare parenti.

De bonorum possessionibus. Si tabulæ testamenti extabunt. De bonorum possessione furioso, infanti, muto, surdo, cæco, competenti. De bonorum possessione contra tabulas. De legatis præstandis contra tabulas bonorum possessione petita. De collatione bonorum. De collatione dotis. De ventre in possessionem mittendo, & curatore eius. De coniungendis cum emancipato liberis eorum. De carboniano edicto. De bonorum possessione secundum tabulas. Si à parēte quis manumissus sit. De bonorum possessione ex testamento militis. De iure patronatus, De obsequiis à liberis, & libertis, parentibus & patronis præstandis.

Decimiquarti libri Rubricæ.

Libertorum sunt operæ, & bona parte suprema,
Vrbis libertos, assignas, fraude patroni,
Si nullæ extabunt tabulæ, datur, vndéque liber,
Legitimus, cognatus, adhuc succedo, gradúsque.
Vnde vir ac vxor, miles, non competit omni,
Lex dat, & ordo, suis, addatur Tertyllianum.

De operis libertorum. De bonis libertorum. De libertis vniuersitatum. De assignandis libertis. Si quid in fraudem patroni factum sit. Si tabulæ testamenti nullæ extabunt. Vnde liberi. Vnde legitimi. Vnde cognati. De successorio edicto. De gradibus affinitatis & cognationis, & nominibus eorum. Vnde vir & vxor. De veteranorum, & militum successione. Quibus non competit bonorum possessio. Vt ex legibus senatúsve consultis bonorum possessio detur. Quis ordo in bonorum possessione seruetur. De suis & legitimis hæredibus. Ad senatusconsultum Tertyllianum & Orficianum.

Finiunt carmina, titulos omnes Infortiati ingeniosa serie comprehendentia.

DIGESTI NOVI CLXXIIII. Rubricæ. versibus XVI. elucidantur.

Primi libri Rubricæ.

Prima nouum dat opus pars, infectum quoque damnum.
Hinc arcetur aqua pluuialis, de publicanis,
Donatis, causa mortis donatio subsit.

De operis noui nuntiatione. De damno infecto, & de suggrundis & protect. De aqua pluuia

tia arcenda. De publicanis & vectigalibus & commissis. De donationibus. De mortis causa donationibus & capionibus.

Secundi libri Rubricæ.

Parte manumissi sunt, & vindicta secunda,
Vrbica, mancipia, per testamenta relaxas,
Per lege commissas, libertates, & ademptas.
Vnde statuliber, veniens, non liberat, aurum.
Natali, causa, non proclamare licebit.
Ingenuus, defunctus erit, collusio tecta.

De manumissionibus. De manumissis vindicta. De manumissionibus, quæ seruis ad vniuersitatem pertinentibus imponuntur. De manumissis testamento. De fideicommissariis libertatib. De ademptione libertatis. De statuliberis. Qui sine manumissione ad libertatem perueniunt. Qui & à quibus manumissi liberi non fiunt. De iure aureorum anulorũ. De natalibus restituendis. De liberali causa. Quibus ad libertatem proclamare non licet. Si libertus ingenuus esse dicatur. Ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur. De collusione detegenda.

Tertii libri Rubricæ.

Tertia res quærit, possessa, vsu capiendo.
Soluit, mens, hæres tribuit, donata, relicta.
His pro legato, pro dote, suo superaddes.

De acquirendo rerum dominio. De acquirenda, vel amittenda possessione. De vsucapionibus seu vsurpationibus. Pro soluto. Pro emptore. Pro hered. Pro dona. Pro derelicto. Pro legato. Pro dote. Pro suo.

Quarti libri Rubricæ.

Iudicat & quarta, confessis, cedit, eatur,
Iudex est auctor, cùm priuilegia credit,
Separo, curator, in fraudem facta re soluo.

De re iudicata. De confessis. De cessione bonorũ. Quibus ex causis in possessionem eatur. De bonis auctoritate iudicum possidendis. De priuilegiis creditorum. De separationibus. De curatore bonis dando. Quæ in fraudem creditorum facta sunt, vt restituantur.

Quinti libri Rubricæ.

Interdicta, bona, legatáque quinta notabit,
Ne vis de tabulis, sacer, & loca, publicus hic sunt,
Post fruitur, reficit, fluminibus, prior ætas,
Nauigat, & ripa, de vi sic possideatis,
Estque superficies, iter actus, quotidiana.
Istis de riuis addas, de fonte, cloacis,
Quod vi, clámve, remitto, precaria cæditur arbor,
Glans, & liber homo satus exhebeatur, vtrobi,
Cùm de migrando, iungatur Saluia dictum.

De interdictis, seu extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt, Quorum bonorum. Quorum legatorũ. Ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est. De tabulis exhibendis. Ne quid in loco sacro fiat. De locis & itineri-

bus publicis. Ne quid in loco publico, vel itinere fiat. De loco publico fruendo. De via publica, & itinere publico reficiendo. De fluminibus: & ne quid in flumine publico ripáve eius fiat, quo peius nauigetur. Ne quid in flumine publico ripáve eius fiat, quo aliter aqua fluat quàm priore æstate fluxit. Vt in flumine publico nauigare liceat. De ripa munienda. De vi, & vi armata. Vti posſidetis. De superficiebus. De itinere, actúque priuato. De aqua quotidiana & æstiua. De riuis. De fonte. De cloacis. Quod vi, aut clàm. De remisſionibus. De precario. De arboribus cædendis. De glande legenda. De libero homine exhibendo. De liberis exhiben. vel deducen. Vtrobi. De migrando. De Saluiano interdicto.

Sexti libri Rubricæ.

Excipio sexta: res iudicio, tempora scribens.
Sunt dolus, & iurans, lites, ac actio iuncta.

De exceptionibus seu præscriptionibus & præiudiciis. De exceptione rei iudica. De diuersis & temporalibus præscriptionibus: & de accesſionibus posſesſionum. De doli mali, & metus exceptione. Quarum rerum actio non datur. De litigiosis. De actionibus, & obligationibus.

Septimi libri Rubricæ.

Septima verba, duo tradit seruo stipulanti.

De verborum obligationibus. De duobus reis constituendis stipulandi, & promittendi. De stipulatione seruorum.

Octaui libri Rubricæ.

Parte fideiussor patet octaua, nouo soluo.
Acceptat, Prætor, saluam, solui, ratam haberi.

De fideiussoribus, & mandatoribus. De nouationibus, & delegationibus. De solutionibus & libe. De acceptilationibus. De prætoriis stipulationibus. Rem pupilli vel adolescentis saluam fore. Iudicatum solui. Rem ratam haberi, & de ratihabitione.

Noni libri Rubricæ.

Delictum, furtum, tignum pars nona tenebit,
Liber erit, caupo, si furta familia fecit.
Furtim cæsa, rapis bona tunc incendo, libellos,
Criminibus violant, & concutiunt, abigei,
Dum præuaricor, atque receptor balnea frangis,
Expilat hæredes, quos crimine stellio fallit,
Terminus, illicita collegia dat popularis.

De priuatis delictis. De furtis. De tigno iuncto. Si quis testamento liber esse iussus fuerit, & post mortem domini ante aditam hæreditatem subripuisse, aut corripuisse quid dicatur. Furti aduersus nautas caupones, stabularios. Si familia furtum fecisse dicatur. Arborum furtim cæsarum. Vi bonorum raptorum. De incendio, ruina, naufragio. De iniuriis & famosis libellis. De extraordinariis criminibus. De sepulchro violato. De concusſionibus. De abigeis. De præuaricatoribus. De receptatoribus. De furibus balneariis. De effractoribus & expilatoribus. De crimine expilatæ hereditatis. De crimine stellionatus.

ius. De termino moto. De collegiis & corporibus illicitis. De popularibus actionibus.

tis, & deportatis. De sententiam passis, & restitutis. De cadaueribus punitorum.

Decimi libri Rubricæ.

Publica iudicia decima sunt parte notata,
Accusans, custos, est maiestatis amator,
Punit adulterium, vis publica, priuáque, sica,
Pompeia, de falsis, lex Iulia de repetundis.
Carior annona fiet, si sacra peculor.
Ambitus, admittit plagiaria Turpilianum.
Sæpe requiro eos, quos quæstio, pœnáque mulctam.
Damnabo, mortem, deportatis, dabo passos.
His punitorum coniungo cadauera tandem.

De publicis iudiciis. De accusationibus, & inscriptionibus. De custodia, & exhibitione reorum. Ad legem Iuliam maiestatis. Ad legem Iuliam de adulteriis coercendis & stupro. Ad legem Iuliam de vi publica. Ad legem Iuliam de vi priuata. Ad legẽ Corneliam de sicariis. Ad legem Põpeiam de parricidiis. Ad legem Corneliam de falsis: & senatuscõsulto Liboniano. Ad legem Iuliam repetundarum. Ad legẽ Iuliam, de annona. Ad legẽ Iuliam peculatus: & de sacrilegiis, & de residuis. Ad legẽ Iuliam de ambitu. Ad legem Flauiam de Plagiariis. Ad Senatusconsultum Turpilianum, & de abolitionibus criminum. De requirendis reis, & absentibus damnandis. De quæstionibus. De pœnis. De bonis dãnatorum. De bonis eorum, qui ante sententiam mortem sibi consciuerunt. De interdictis, & relega-

Vndecimi libri Rubricæ.

Vndecima appellat, quod non licet, est, quis, & à quo.
Quando, suscipiam, dimittam, nihilque nouabo,
Rescindit causas tutor, prouincia cogit,
Mors interueniat, de fisci iure, reuersis,
Militat in castris quærit bona, de veteranis.

De appellationibus & relatio. A quibus appe. non licet. Quis & à quo appelletur. Quando appellandum sit, & intra quæ tempora. De appellatio. recipiendis vel non. De libellis dimisso. Nihil nouari appellatio. interposita. Quæ sententiæ sine appellatio rescind. An per alium causæ appella. agn. possint. Si tutor, vel curator, vel magistratus creatus appellauerit. Eum qui appellauerit in prouincia defendi. Apud eum à quo appellatur, aliã causam agere compellendum. Si pendente appella. mors interuene. De iure fisci. De captiuis & postlimi. reuersis. De re militari. De castrensi peculio. De priuileg. veteran.

Duodecimi libri Rubricæ.

Municipales, estq́; decurio parte suprema,
Albis, muneribus, vaco, ius immune tenendo
Legatus, ciuis, decernit, opus populare,
Nundina, pollicita, varias dat cognitiones,
Sunt proxenetæ capti, de censibus aucti.

Significata subit verborum, regula iuris.

Ad municipalem: & de incolis. De decurionibus & eorum filiis. De albo scribendo. De muneribus, & honor. De vacatione & excusatione munerum. De iure immunitatis. De legationibus. De administratione rerum ad ciui. perti. De decretis ab ordine faciendis. De operibus publi. De nundinis. De pollicitationibus. De variis, & extraordina. cognit. De proxenetis. De censibus. De verborum & rerum significatio. De regulis iuris.

Finis titulorum ff. Noui.

CODICIS IVSTI. Rubricæ scriptæ omnes nouem subiectis versibus comprehenduntur.

Primi libri Rubricæ.

Pars prior officia, leges, & sacra docebit.

Officia. De offi. præfect. præto. Ori. Officio præfe. Afric. Officio præfec. vrb. Officio magistri militum. Officio Quæstoris Offi. magistri officiorum. Offic. comi. sacra largitio. Officio comitis rerum priuatarum. Officio comi. sacri pala. Officio proconsu. & lega. Officio comi. sacr. patrimo. Officio co. Orient. Officio præfe. Augusta. Officio vicarij. Officio prætoris. Officio rect. prouinciæ. Offic. præfect. vigilum. Officio ciuilium iudicum. Officio militarium iudic. Officio diuerso. iudic. Officio eius qui vicem alicuius iudic. vel præsi. obtinet. Officio iudic. Alexand.

Leges. De legibus & constitu. princ. Manda. princ. Senatusconsult. Vetere iure enucleando. Iuris, & fact. ignor. &c. Nouo Cod. faciend. Iustinia. Cod. confir. De emend. Iust. Cod. &c.

Sacra. De summa Trinit. & fide cathol. Sacrosanct. eccle. Episco. & cler. Episcopali audientia. Ne sanct. baptisma iteretur. His iungantur illi, qui faciunt contra sacra, vt est titulus, De hæretic. & apostatis. Nemini licere sing. sal. Iud. &c. Ne Christianum manci. Paga. & sacrifi. Iis, qui ad eccles. confugiunt. Iis, qui in eccle. ma. Statuis & imaginibus. Iis, qui ad stat. confug.

Si quos titulos, & hîc & in sequentibus omiserimus: illos pro tuo arbitrio sub quo voles verbo collocabis: aut alia (si mauis) contexito carmina, quæ tibi huic rei aptiora videantur, neque nos qui tum breuitati, tum vtilitati studuimus, dente canino laceres.

Secundi libri Rubricæ.

Transigo, restituo, gero, postulo, parte secunda.

Transigo. De transactionibus. Pactis. Et quia talia fiunt quandoque mediantibus arbitris: ideo de receptis arbitris, in fine libri ponitur, & de iureiur. propter calum. dando.

Restituo. De in integ. restitu. Filiofa. mino. Fideiusf. mino. Si tutor, vel curator interuenerit. Si in communi, eadémque causa in integrum restitutio postuletur. Si aduersus tem. iudic. Si aduersus vend. Aduersus dona. Si aduersus liberta. Si aduersus transactio. Si aduersus solu. Si aduersus dotem. Si aduersus delict. Si aduersus vsuca. Si aduersus fiscum. Si aduersus credi. Si minor ab hæredi. se absti. Si vt omissam hæredi. vel bonorũ possessio. vel quid aliud acquirat. In quibus cau. resti. Qui & aduersus quos. Si minor se ma-

jo-

io.dix. Si sæpius integ. restitu. Iis, qui veniam æta. imp. Si ma. fact. Vbi, & apud quem cog. in integr. resti. ag. sit. Reputatio. quæ fi. Etiã per procur. causam rest. In integ. restitu. postulat. Resti. mil. Vxor. mili. Tempor. in integ. resti. Quibus ex causis maiores.

Gero. De negotiis gestis. Procurato. Iis quæ vi, metúsve causa gesta sunt. Dolo malo. Edẽdo. In ius vocando.

Postulo. id est, aduoco. De postulan. Aduo. diuer. iudi. Aduoc. fisci. Errore aduo. Vt quæ desunt aduoc. Et quia postulare non possunt, qui infames sunt: ideo, Ex quibus cau. irrog. infa.

Tertii libri Rubricæ.

i. conqueritur. i. diuidit.

Tertiæ ius decens, queritur[a]*, seruit, petit, occat*[b].

Ius decens. De iudiciis. Sportulis & sump. in diuersis iud. faciendis. & de executoribus litium. Peda. iud. Qui pro sua iurisdi. iudices dare, darive possunt. Ne quis in sua causa iud. Qui legi. perso. stan. in iud. ha. Vt nemo inui. agere. ordine iudiciorum. Litis contest. Plus peti. Dila. Feriis. Iurisdictione omnium iudicum. Quando; Imperator inter pupil. vel vid. cognoscat, & ne exhibeatur. Vbi de crimine agi oportet. Vbi de possessione agi oportet. Vbi fideicom. pe. oportet. Vbi conueniatur, qui certo loco dare promisit. Vbi in rem actio. Vbi de hæredit. agitur. Vbi de ratiociniis. Vbi causa status agi debeat. Vbi quis de curia. Vbi senator. vel clariss. In quibus causi militantes fori præscrip. uti nõ possunt. Vbi causæ fisc. Quando liceat vnicuique sine iudice se vindi.

Queritur. De inofficioso testamẽto. Inofficiosis donationibus. Inofficiosis dotibus.

Seruit. de seruitutibus, & aqua. Vsufructu, & habitatione, & ministerio seruorum.

Petit. De petitione hæreditatis. Rei vendi.

Occat. Familiæ ercifcundæ, id est, hæredit. diuidendæ. Communi diuidundo. Communia vtriusque iudicij. Finium regundorum. Consortibus eiusdem litis.

Quarti libri Rubricæ.

Actio, contractus testes quartæ referantur.

Libertini* sunt, qui ex iusta [a] seruitute [b] manumissi sunt. Manumissio autem est de manu* datio [c]. Nam quàdiu quis in seruitute est,

¶ Not. qui sunt libertini. Item, quid sit manumissio. Item,quòd manus idem importat , quod potestas : & quòd fuit inuentio iuris gẽtium. Itẽ, quòd priuatio presupponit habitum : & quòd nihil potest esse in priuatione , quod non prius sit in habitu : & quòd quicquid est causa causæ , est causa causati. Itẽ,quòd ad infirmos opus est medela. & quòd quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.Item,quòd iure naturali vnicum erat genus hominum:iure gentium,tria. Syl.

* Gaius lib.1.Insti. tit.j.

*Libertatis D.

¶ a Ex iusta. i. vera. [Adde secundum doct. hanc esse veram expositionem: quia si non sit vera seruitus, efficeretur ingenuus.§.fi.s.tit.j.Syl.] sic econtra:vt infrà tit.j.§.semel.vel iusta:qua adeò iustè seruierunt domino,vt meruerint manumitti.Vel dic iusta: quia est de iure gentium: vt suprà titu.ij.§. seruitus.& ff.de iustit.& iure.l.manumissiones.

¶ b Seruitute. Et huius manumissi filius est ingenuus, vt s.tit.j.in prin.licet grammatici dicant eum libertinũ sed & manumissum libertini dicunt. ADDITIO. Antiquitus libertini dicebantur,libertinorũ filii,vt ait Suet. in Claudio. Horatius , Quem rodunt homines libertino patre natum.

¶ c Datio. i. detectio , secundum Irn. sic ff.de acquir. rer.do.l.adeo. §.cùm quis.in fin. ibi, cùm enim grana. Vel dic secundum Pla.Ioan. & Azo.quòd dat libertatem , quàm prius ille seruus non habebat : aliàs si diceremus dari illam , quam antè habebat, non diceretur dari : vt j.de act. §.sic itaque. Sed opponitur : aut quam habebat , ei dabat : & sic illi quidem nulla remanet,cùm non habeat, nisi vnam: aut quam non habebat, quod est absurdum. Sed dic, quòd dat quam non habebat, & hoc plerunque contingit, quòd quis dat quod non habebat , vt infrà quib.ali.lib.§.j.& ff.de vsufru.l.

quod nostrum.& ff.de acqui.re.dom. l.non est.

a Et.Pro id est.

b Potestati. ff.de iusti.& iu.l.manumissiones.& l.ex hoc.l.fi.& ff.de iure cod.l.diui.

linquo: Pamphilus liber erit. Sextus, per aliam vltimam voluntatem, veluti per codicillos, de quibus audies suo loco: denique multi sunt alii modi, qui suis locis reseruātur. Cor.Vib.

manui, & [a] potestati [b] suppositus est: & manumissus liberatur potestate. Quæ res [c] à iure gentium originem sumpsit: vtpote cùm iure naturali omnes* homines liberi nascerentur: nec esset nota manumissio, cùm seruitus esset incognita. Sed postquam iure gentium seruitus ingenuitatē inuasit, secutū est beneficium manumissionis. Et cùm vno* communi nomine omnes homines appellarentur, iure gentium tria hominum genera [d] esse cœperunt: liberi, & his contrarium serui, & tertium genus* libertini, id est, qui desierant esse serui.

*deest D.& T.

*naturali D.& Th.

*liberti

¶ [illegible]

¶ Multis autē modis manumissio ꝓcedit: aut enim ex sacris cōstitutionibus in sacrosanctis ecclesiis [e], aut vindicta [f], aut inter amicos [g] aut per epistulā, aut per testamentū aut per aliā quamlibet [h] vltimā volūtatem. Sed &

c Quæ res. i. manumissio.

d Tria genera. sic erat vnū & addita sunt tria: ergo sunt quatuor? Resp. non sequitur. nā si habes tres filios, & nascatur hodie vnus: incipis habere quatuor filios, & priùs habebas tres. ergo septem, quod falsum est: quia quod primo erat, computatur in sequentem numerum. simile.ff.quemadm. ser. amitta.l.j.

Multis autē. [illegible] Quot modis seruus manumittitur? Multi, inquit, sunt modi. sex autem in præsentia cognosces. Primus, in templis præsente Christiano populo, qui eò conuocari solebat ad verbum Dei audiendum: & sacramentorum communicationem. Secundus hoc modo: Lictor festucam, quæ vindicta dicebatur, manumittendi serui capiti imponens, eundem seruum in libertatem vindicabat, dicens verba quædam solennia. Tertius eo modo, quo Syrum à Mitione manumissum dicebamus, qui appellatur inter amicos, quinque testibus præsentibus. Quartus ita: Atticus quum diu Athenis esset, intellexit Parmenonem seruum suum Romæ fidelem sibi operam nauasse. Epistulam ad eum misit, qua liberum illum esse iubebat. Parmeno dicitur esse manumissus per epistulam. Quintus per testamentum. Nam si Atticus in suo testamento sic scribat, Pamphilo seruo, cuius fidelem operam cognoui, libertatem re-

Not. q datio libertatis est act' pius: aliàs enim non posset fieri in ecclesia. No. modos dandi libertatem, inter quos quæ datur per epistulam, & per consequens per nuntium: quia sunt parificata aliquid per epistulam, & per nuntium dari.l.j.ff. de cōtrah.emp. secus per procuratorem: rationem asignant hîc Doct.Syl.

e Ecclesiis. s. Sub aspectu populi & antistitis & interueniēte qualicunque scriptura vice actorū: vt C.de iis, qui in eccle. manu.l.j.& ij.

f Vindicta. id est, causa cognita coram prætore, qua tantummodo poterat antiquitus maior xx.ann.manumittere: vt infrà tit. j.§.eadem. quæ ideo dicitur dari vindicta: quia Vindicius quidam seruus Vitelliorum primò sic fuit manumissus.ff.de origi.iu.l.ij.§.in initio. & §. & cùm placuisset. vers. initium secessionis fuisse. Vel (vt quidam dicunt) secundum Boethium in Topic. vindicta erat virga prætoris, qua ter percutiebatur manumissus, & dicebat Prætor ter, Aio te liberum esse more Quiritium. argu. C.si aduers.li.l.ij.ibi, vindictæ, &c.

g Inter amicos. Et in hoc, & sequenti casu necessarii sunt quinque testes: vt C.de la.li.tol.l.vnic. §.sancimus.& §.sed & si quis.

h Quamlibet. vt in codicillis vel in testamento minus solenni, quod valet inter patrem & filios: vt C.de testam.l.hac consul.§.ex perfecto.

ADDITIO. Ac si dicat, quod manumissio facta in testamento non solenni, valet, vt facta inter viuos, non vt in testamento. per glos. in l. vnic. §. j. C. de Lat. lib. tol.

¶ a Sed & aliis. præter supradictos.

ADDITIO. Omnes ferè modos vide in l. vnic. C. de Lat. lib. tol. & l. j. C. qui. ex cau. ser. pro præ. & l. cū precum. C. de lib. cau.

¶ b Qui. scilicet modi.

¶ c Ex veteribus. s. ex legibus aliorū Imperatorum: vt C. qui. ex cau. ser. pro præ. li. ac. per totum.

aliis [a] multis modis libertas seruo competere potest, qui [b] tam ex veteribus [c], quàm ex nostris * [d] Constitutionibus introducti sunt.

nouis.

¶ *Manumißio (cum voluntariæ sit iurisdictionis) vbique, & quocunque tempore fieri potest.*

¶ Serui [e] verò à dominis semper

¶ d Nostris. Vt C. commu. de manu. l. fi. & in auth. de man. princi. §. ij. & in authen. de mo. §. ij.

¶ Serui verò. THEMA. Sed quo loco, & quo tempore rectè libertas dari potest? vbi libet, inquit, & quando libet libertas rectè datur, modò apud magistratū id fiat, veluti Prætorem, Consulem, aut Proconsulem. adeò vt si in via illi sint, dum fortè ad balneū, vel theatrū eunt, lictori præeunti imperari possit, vt vindicta seruo imposita eum liberum pronuntiet. C. Vib.

¶ Not. quòd in quocunque loco, & tempore potest exerceri actus voluntariæ iurisdictionis. Syl.

¶ e Serui. q. d. quandocunque etiam inuiti, vt C. de testa. ma. l. fin. §. si verò quidam. licet secus sit in filiis: vt in authent. quib. modis natu. effic. sui. §. generaliter. col. vij.

¶ f Transitu. i. dum trāsit, & est ratio: quia sine eo fieri poterat, vnde aliud est, quando manumissio poterat fieri sine Prætore: vt ĩ. tit. j. §. eadem. Item aliud est in contentiosa iurisdictione, quę scilicet redditur in inuitum: vt ff. de verb. obli. l. inter stipulantem. §. j. & C. de dila. à procedente.

¶ g Manumittantur. Not. quod dicit instituere vel liberare, si prætermisit dationem libertatis.

¶ h In balneum. Tunc enim videbatur non valere: quia præ gaudio cuilibet concederet.

¶ i In theatrum. i. in locum vbi homines stant ad videndum: & dicitur à θεάρμα, quod est videre. & idē multò magis, si alio quocunque vadat.

manumitti * solent: adeò vt vel in trásitu [f] manumittantur [g]: veluti quum Prætor, aut Præses, aut Proconsul in balneum [h], vel in theatrum [i] eunt.

*νομί-μως. T.

¶ [illegible] *[illegible] iplici statu explo- [illegible] quandoquidem omnes ciues Romani [illegible]*

¶ Libertinorū. Iste §. diuiditur in sex partes. Primò tágitur, qualiter status libertinorum erat tripertitus olim. Secundò, qualiter redactus est ad vnū cum correctione facta per eū. Tertiò, id quod generaliter dixerat, specificat in dedititiis, q. fuerant expulsi. Quartò, de Latinis. Quintò, qualiter omnes libertos reduxit ad vnum ius. Sextò, q aliis etiam modis serui efficiuntur liberti. Secunda ibi, Sed dedititiorum. Tertia ibi, Et dedititios. Quarta ibi, Latinos. Quinta ibi, Et omnes. Sexta ibi, Multis. Aret.

¶ THEMA. Quot sunt libertorū genera? Olim tria fuerunt. Alii enim ciues Rom. alii Latini Iuniani: alii Dedititii erant. Qui fiebant ciues Rom? Qui vindicta, censu, aut testamēto manumissi erant. Censu autem manumittebantur (nā de vindicta & testamento dictum est) qui iussu dominorū Romæ inter ciues Ro. censum apud Censores profitebantur. Qui fiebant Latini? Qui inter amicos manumissi erāt: id enim lex à Iulio Norbano lata cauebat. Differebant autem Latini à ciuibus Romanis, quòd hi plenam, iustámque libertatem statim consequebantur, veluti iura patriæ potestatis, adoptionis, testamenti, &c. Illi iure eodem censebantur quo populi Latini, vt planè ciues Rom. non essent, sed si rursus à patronis manumitterētur, plenam ciuitatem consequebantur. Latini enim olim neque suffragii ius habebant, neque magistratus capere poterant. Qui fiebant Dedititii? Qui pœnæ causa vincti sunt à domino, quibus vestigia scripta fuerunt, qui

propter noxam torti, nocentésque inuenti sunt, vt ferro, aut cum bestiis depugnarent: vel in custodiam coniecti fuerint: deinde quoquomodo manumissi sunt. Atq; hæc quidē olim. Quid aūt hodie obseruatur? Ex cōstitutione Iustiniana quocunque modo quis manumittatur, eandem cōsequitur libertatem, quā is, qui manumittit. Nā olim differētia erat ætatis, dominii, & modi: quorum explicationem sumere ex Theophilo licebit: ne idē sine causa iterem. Cor. Vib. Nota statū libertinorū antea tripertitū. Itē q̄ non vsus tollit legē. Itē, q̄ nō frequentatio legis nō tollit legē: q̄a hic fuit necessaria derogatio, vt sequitur. Item, q̄ ab initio vna erat libertas. Itē ibi, & omnē. q̄ sublato principali, tollūt accessoria. Itē, q̄ q̄s verè pōt fieri ciuis, quāuis nō sit. Syl.

*ex Gaio lib. I. tit. I.

Libertinorum * autē status tripertitus anteà fuerat. Nā qui manumittebātur, modo [a] maiorē, & iustā libertatē consequebantur & fiebant ciues Romani: modò minorem [b]: & Latini ex lege Iunia * Norbana fiebāt: modò inferiorem, & fiebant ex lege Aelia Sentia * Dedititii [c]. Sed quoniā dedititiorū quidem pessima conditio iam ex multis temporibus in desuetudinem abierat: Latinorum verò nomen non frequentabatur: ideóque nostra pietas [d] omnia augere, & in meliorem statum reducere desiderans, duabus constitutionibus [e] hoc emendauit, & in pristinum statum reduxit: quia & à primis vrbis Romæ cunabulis vna, atq; simplex libertas competebat [f], id est eadem, quam habebat manumissor: nisi quòd, scilicet, libertinus [g] fit, qui manumittitur: licet manumissor ingenuus fit. Et dedititios [h] quidem hoc nota tria tempora in primo, & vltimo deinceps. s. idem iuris est: sed in medio hoc ius pessimū fuit inductum: vt j. de suc. li. §. vltim.

*Lata anno vrbis cōd. 771.

*Dedititiorū numero.

Libertinorum. Idem erat de seruis: vt C. de no. iur. Quiri. tollen. l. vnic. §. j. Accurs.

a Modo. s. aliquando.

b Minorem. i. mediam: vt j. de cap. demi. §. j. & ff. de auro & argen. lega. l. qui lancem. secundum Ioan.

c Dedititii. i. vocabantur Dedititii: & erāt inducti hac lege Aelia Sentia, quæ & multa alia induxit. Et erant hi toto tēpore vitæ suæ serui: & tunc fiebāt liberi, cū moriebātur: quod pderat: quia bona (vt peculium) à domino nō occupabātur: sed in Latinis aliter fiebat: vt colligitur hîc ex eo, quòd minus habebant Deditii, quàm Latini: vt j. de suc. lib. §. fina. Accurs.

d Pietas. i. nos, qui sumus pii.

e Constitutionibus. Vt C. de lat. li. tol. l. vnic. & C. de dedi. lib. tol. l. j.

f Competebat. s. manumissis. secun

g Libertinus. Ex quo contingit multiplex effectus. in primis circa operas obsequiales operas, s. quæ sūt in faciendo, vt de assurgēdo, & seruiendo, siue in non faciēdo, vt de non vocādo in ius sine venia, quæ ipsa natura patrono debentur etiam sine impositione: vt C. de in ius voc. l. venia. & ff. de condic. inde. l. si nō fortem. §. libertus. Et si vocauerit in ius patronū sine venia, punitur in quinquaginta aureis. ff. de in ius vocan. l. pen. & vlt. qui aurei accipiuntur quilibet p̄ vno solido: vt j. de pœna te. li. §. fi. Et ex his iuribus sumitur argum. quòd aureus pro solido accipitur in iure nostro. (Sed ex quo pro eodem delicto tales sententiæ promulgātur, eædem intelliguntur esse dandæ filio emancipato, si sine venia patrem in iūs vocauerit: vt C. de in ius voc. l. fi.) Item contingit reuocatio in seruitutem propter offensam: vt C. de libe. & eorum liberis. lege, si manumissus. & alia multa. Sed hodie hæc omnia tolluntur, præter ea, quæ ipsa natura debentur: vt in auth. vt liberti decętero. §. j. quæ est contrā. Tu dic vt not. in d. l. si manumissus.

Libertus quid debet patrono.

Adde quòd hæc glo. reprobatur per doct. in l. fi. C. de bon. libert. vbi vide gl. id verb. ius patronatus. quæ latius enumerat hæc, & alia beneficia patroni, & qualiter amittantur. Syl.

h Et dedititios. Quod dixerat in genere, nunc per species ponit. Vel quod coniunctim dixerat, nunc diuidit. Accursius.

a Al-

p cōstitutionē nostram expulimus: quā promulgauimus inter nostrā decisiones: per quas suggerente nobis Triboniano, viro excelso, Questore antiquis iuris altercationes[a] placauimus. Latinos autē Iunianos, [b] & omnem, quæ circa eos fuerat obseruantiā, alia cōstitutione p eiusdē Quæstoris suggestionē correximus: quæ inter Imperiales radiat sanctiones. Et omnes [c] libertos nullo nec ætatis manumissi, nec domini manumittētis, nec in manumissionis modo discrimine [d] habito (sicut iā antea[e] obseruabatur) ciuitate Romana[f] decorauim[9][g]: multis modis aditis[h], p quos posit libertas seruis cū ciuitate Romana, quæ sola[i] est ī præsēti, [k] præstari

TITV. VI.

QVIBVS EX causis manumittere non licet.

¶ *Manumissio facta inter viuos in creditorum fraudem iure non subsistit: licet tamen domin[illegible] to seruum suum liberum hæredémque s[illegible] lius ex testamento extiturus sit (heres.*

NOn tamen cui-

¶ a Altercationes. Quas nō habemus. Sed quare nō erāt serui, sicut illi, q pe nitus sunt serui, cùm toto tēpore vitæ suæ seruire cogerētur? Respō. secundū Ioā. p erāt liberi, licet seruire cogerētur: vt C. communi. de manumiss. l. j. §. si nautem proprietarius

¶ b Iunianos. i. Ex lege Iunia Norbana inductos: vt s. eo. §. libertinorum.

¶ c Omnes. Sic construe: & oēs libertos decorauimus. i. honorauimus ciuitate Romana, id est, plena libertate: vt s. eodem §. libertinorum.

¶ d Discrimine. id est, nulla differentia habita, nec ætatis manumissi: vt etiā infans possit manumitti, imò etiā in vētre: cū quātum ad hoc habeatur pro iam nato: vt ff. de statu hom. lege, q in vtero. nec domini manumittentis: dumtamen habeat viginti annos: vt s. tit. j. §. eadem. nec in modo manumittēdi. s. in testamento, seu inter viuos quoquo modo, vt s. eod. §. multis.

¶ e Antea. s. quàm veniret ista praua conditio.

¶ f Ciuitate Romana. id est, plena libertate.

¶ g Decorauimus. id est, honorauimus.

¶ h Additis. s. à nobis eis, quos habuimus, suprà eod. §. multis autē. & sunt additi nouē. Primus si dominus ergo tantē seruum suum eiecit. Secūdus si ancillam vendiderit, ne prostituatur: & prostituta fuerit: vel si venditor sibi retinuerit manus iniectionem, & eam ad ipsum reuertētem prostituit postea. Tertius, si serui pileati defuncti funus præcesserūt. Quartus si expressit eum velle esse Latinum. Quintus, sub conditione relicta libertate, hęres ante conditionē manumiserit. Sextus, si in iudicio liberali à domino superatus seru[9] fuerit: & pretium pro eo domino solutum fuerit, & ipse postea receperit. Septimus, si ancillā suā maritauerit alicui libero. Octauus, si corā actis filiū nominauerit seruū suum. Non[9], si instrumenta seruitutis reddiderit coram testibus. Et pbantur hi modi. C. de lat. libertate tollen. l. vnica. §. sed scimus. vsq; in finem legis.

i Sola. s. libertas plena.

k In præsenti. i. in consuetudine.

QVIBVS ex causis manumittere nó licet.

De variis modis manumittēdi dixit: sed quia non omnibus manumittere licet, nec ex omnib[9] causis: ideo de hoc nunc submittit, secundū Por.

Non tamen. Iste titulus diuiditur in octo partes. Primò qualiter quis inter viuos in fraudē creditorum seruum proprium manumittere non potest. Secundò qualiter in vltima voluntate cum libertate hæredem instituit. Tertiò qualiter in vltima voluntate instituit simpliciter. Quartò qualiter prę sumatur, quod manumittat in fraudem creditorum. Quintò qualiter minor xxv. annis prohibetur manumittere, nisi certis causis. Sextò, quæ sunt causæ iustæ. Septimò, an

domi- i Th. æ.

tui li- rtatē onse- nuntur uem odis

qui & ex quib. caus. manu. non possunt. Th. & vet

causa semel approbata possit improbari. Octauò si quis attigerit decimũ, & octauũ annum, potest in testamẽto manumittere. Secunda ibi. §. Licet autem Tertia ibi, Idémque. Quarta ibi, In fraudẽ. Quinta ibi, §. eadẽ lege. Sexta ibi, Iuste antẽ. Septima ibi, In §. semel. Octaua ibi, Cùm ergo. Ang.

*Vlp. tit. 1. Epito.

Quoniam manumittendi modos exposuisti, peruellẽ mihi quoq; manumittendi causas explicares. Ecce enim, Titius multo ære alieno contracto, intelligebat, si iudicio premeretur, se damnatum iri: cúmque nihil in bonis haberet, præter seruos, eos venditum iri, vt creditoribus satis fieret quid machinatur? Vt creditores fraudet, seruos manumittit. Quæro an valeat manumissio? Respondet non valere. Cor. Vibul.

cunque [a] volenti manumittere licet. nam* is, qui in fraudem [b] creditorum manumittit [c], nihil agit [d]: quia lex Aelia Sentia [e] impedit libertatẽ.

Licet [f] autẽ domino, qui soluendo nõ est, in testamento seruum [g] Herẽnius, conflato magno ære alieno, soluendo nõ erat. veritus ne bona sua post mortem suam sub præcone cum sũma sua ignominia subiicerẽtur, testamẽto suo Chrysogonũ seruũ ita instituit: Chrysogonus liber, mihíq; heres vnus esto. defuncto Herẽnio, creditores seruũ rapere, & vendere volunt, quasi in fraudem creditorũ manumissum. Imperator respondet eum liberũ esse, neque vendi posse. Legem enim permisisse iis, qui soluendo nõ essent, ita existimationi suæ consulere, vt seruo suo libertatem cum hæreditate relinquerent. sic enim futurum, vt creditorib⁹ ipsis prospiceretur, quippe qui omnia bona quæ Chrysogonus acquirere poterit, in solutionem accepturi sint: simul vt ciuis Romani existimationi consuleretur. Nam si Chrysogonus nihil acquireret, bona tamen hæreditaria creditores, non tanquam Herennii, sed tanquã Chrysogoni diuenderent. Cor. Vibul.

a Non tamen cuicunque. Quanuis s. tit. j. §. multis. & §. final. dictum sit quemlibet manumittere posse: nõ tamẽ &c. sic j. de exhæred. lib. in princ.

b In fraudem. Hoc exdone infrà eod. §. in fraudem.

c Manumittit. s. inter viuos. vel in vltima voluntate, s. *nõ instituendo. nã tunc esset liber. & hæres, vt j. pxi. §. & ff. qui, & à quibus. l. si mortis.

*legas seu.

Et dicit hîc Iason, ꝙ si in testamento ponatur clausula, quod valeat iure cõtractus, erit irreuocabilẽ: quia contractus in eo celebratus, reuocari non potest, vt hic: de quo vide Bar. & Ang. in l. stipulatio hoc modo. ff. de verbo. obliga.

d Nihil agit. s. vt noceat creditoribus. vt ff. qui & à quibus. l. si mortis, si bi tamen nocet. si velit reuocare, vt C. de ser. pig dat. manu. l. si creditor.

e Quia lex Aelia Sentia. Similis est ratio, quia lex vult, vt infrà de vsucap. §. furtiuæ. ibi, & lex Atilia inhibet vsucapionem rei furtiuæ.

ADDITIO Pleriq; putant legem latam esse à Coss. Sex. Aelio Catulo, & l. Sentio Saturnino, Augusti temporibus.

Licet autem. Diuiditur iste. §. in quatuor partes: Primò ponit vnum dictum. Secundò illud restringit. Tertiò ponit rationem primi dicti modificati. Quartò rationem rationis. Secunda ibi, si modò. Tertia ibi, Valde. Quarta ibi, Ne iniuria. Ang.

Not. quòd aliqua permittuntur in vltima voluntate, quæ nõ permittuntur inter viuos. Item quòd seruus institutus est hæres necessarius. Item quòd dominus non soluendo, potest in fraudem creditorum sibi. hæredem instituere seruum. Quis autem dicitur non soluendo, declarat Deci. in c. ex ratione. de appel. Item quod paria sunt, quem non esse scriptum hæredẽ, vel adire nolle, aut non posse. Item ꝙ quandoque paupertas prodest. & ꝙ pauperi subueniendum est. Item ꝙ seruus institutus à domino nõ soluendo, tenetur satisfacere creditoribus. Itẽ, ꝙ si non satisfaciat, possunt bona hæreditaria, sub nomine tamen serui hæredis, vendi. Item, quòd iniuria est defunctis, non habere hæredes.

f Licet. id est, licitum est.

g Seruum. s. Vnum, & non plures, vt ff. de hæred. insti. l. qui soluendo, j. in fi. cum l. sequen. etiam in fraudẽ creditorum, vt C. de neceſſ. ser. l. ij. in princip. nisi specialiter pignori datus fuerit, vt ff. de hæred. institut. l. pignori. q nõ potest fieri necessarius, nisi

nisi dominus creditori satisfaciat: vt dicta l. pignori.

¶ a Solus. Et in casu etiā cū alio: vt ff. de hęred. instit. l. si is. & l. q. soluendo.

¶ b Necessari⁹. Quia siue velit, siue nolit, cogitur esse hæres: vt j̄. de hære. quali. & diffe. §. j. nisi in tribus casibus. quos habes ff. de hære. instit. l. si seruo.

¶ c Nō extiterit. Quo vltimo casu seru⁹ institutus est hæres.

¶ d Eadē lege. Scilicet, quę ꝓhibuit: eadē & ex iusta causa cōcedit, vt hîc & j̄. eo. §. ead.

¶ e Et rectè. Scilicet est ꝓuisum.

¶ f Egentes. Nota, ꝙ prodest paupertas: quia fauetur paupertati. sic ff. de transact. l. cùm hi. §. si in annos & C. de episcop. & cleric. l. si quis ad decclinandam. §. pe. ff. de offic. pręsid. l. illicitas. §. fina. Argu. cōtra ff. de excu. tutor. & cu. l. spadonem. §. fi. & in authent. de testib. §. j. & illud.

Pauper vbiq; iacet, licet cōtra dicat.
Cātabit vacuus corā latrone viator.

¶ g Vel. Pro saltem.

¶ h Haberent. Sic ff. de interrogat. act. l. & quia. in prin. & j̄. de bono. possess. §. quos autem.

¶ i Eo. Seruo, nunc libero facto.

¶ k Non faciente. i. non satisfaciente creditoribus. Accursius.

¶ l Serui. Quondā: sed modò liber est.

¶ m Iniuria. quo ad famam: quæ etiā post mortem quandoque damnatur: vt ff. de acc. l. ex iudiciorum.

ADDITIO Nā vt Cicero ꝓ Quintio scribit, Hercule cuius bona ex edicto possidentur, huius omnis fama, & existimatio cum bonis simul possidentur.

¶ Idémq; iuris est. Diuiditur in tres partes. Primò ampliat §. pręcedentē. Secundò ampliationem extendit. Tertiò rationem subdit. Secunda ibi, Quod nostra. Tertia ibi, Cùm non sit. Ang.

suū cum libertate hæredē instituere, vt liber fiat, hæresque ei sol⁹ [a], & necessarius [b]: si modò ei nemo alius ex eo testamento hæres extiterit: aut quia nemo hæres script⁹ sit: aut quia is, qui scriptus est, qualibet ex causa hæres ei nō extiterit [c], idque eadem lege [d] AElia Sentia prouisum est, & rectè [e]. Valde enim prospiciendum erat, vt egentes [f] homines, quibus alius hæres extiturus nō esset, vel [g] seruum suum necessarinm hæredem * haberent [h] qui satisfacturus esset creditoribus: aut, hoc eo [i] non faciente [k], creditores res hæreditarias serui [l] nomine vendant: ne iniuria [m] defunctus afficiatur.

*habeant.

¶ Idémque iuris est. CASVS. Lentulus Menecratem seruum hæredem instituit, neque adiecit, vt liber esset: quæro, an Menecrates sit liber? Imper. respōdet esse liberū: etenim nullū in testamento de libertate verbum factum est. Obsecro, cùm seruus hæres esse nō possit, non vides eum, qui seruū hæredem suum instituit, simul eum liberū esse iubere? alioqui enim nemo hæres illi extaret. Vide autē q̄ æquum, & naturę cōsentaneum hoc sit. Plinius secundus in epistula ad Sabinum simillima ratione hanc quęstionem explicat: cuius tibi verba, corollarii loco, pronuntiabo. Scribis mihi Sabinam, quæ nos reliquit hæredes, Modestū seruū suūm nusquā liberum esse iussisse: eadē tamē sic adscripsisse legatum, Modesto, quem liberum esse iussi. Quæris, quid sentiam. Contuli cum prudentibus: conuenit inter omnes nec libertatē deberi, quia non sit data: nec legatum, quia seruo suo dederit. Sed Mihi manifestus error esse videtur. Ideo puto nobis, quasi scripserit Sabina, faciundū quod ipsa scripsisse se credidit. Confido accessurum te sententiæ meæ, cùm religiosissimè soleas custodire defunctorū voluntatem, quam bonis hæredibus intellexisse, pro iure est. Neque enim min⁹ apud nos honestas, quàm apud alios necessitas valet: moretur ergo in libertate, sinentibus nobis: fruatur legato quasi diligentissimè omnia cauerit, cauit enim, quæ hæredes bene elegit. Vale. Cor. Vibul.

¶ Nota diuersitatem casuum facere diuersitatem decisionum. Item quòd qui vult consequēs, vult antecedens. Item, quod valet argumentum à verisimili. Item, ꝙ non est præsumptio, ꝙ quis velit facere actū frustratoriū: & quòd semper debet fieri interpre-

tatio, vt potius actus valeat, quàm pereat. Itē, quòd mens magis, quàm verba attenditur. Syl.

a Sine libertate. non q dicat, instituo te sine libertate: quia tunc non esset hæres: vt statim dicet in fine huius §. sed prętermisit dationē libertatis: vt in fin. §.

Adde, q rationē assignat gl. in l. quoties §. fi. ff. de hæred. instit. quia tunc constat de cōtraria mente testantis. Syl.]

b Cōstitutio. Qua fit liber, & necessarius hæres vt C. de necessa. ser. here. institut. l. quidam. in princ.

c Scriptura. Sic ex datione tutelæ: vt j. qui testa. dari tut. poss. in princ. de qua prædixit modo: vt C. de necess. ser. l. quidam.

d Institutionis. Arg. q aliquo cōcesso, illud etiā cōceditur, sine quo illud esse nō pōt, vt ff. de iurisd. om. iu. l. ij.

e Quum non sit. Hæc est noua ratio, de qua prædixit modò: sed lex ipsa antiquata fuit: vt j. de hære. inst. §. j. quæ est contra.

In fraudem. Diuiditur iste §. in tres partes. Primò qualiter præsumatur manumissio in fraudē. Secundò quādo propter fraudem impediatur manumissio siue libertas, cum ratione. Tertiò ex ratione infert. Secūda ibi, Præualuisse. Tertia ibi, Itaque.

CASVS. L. Cincius centum aureos debebat. Habebat in bonis (in quibus etiam serui computabantur) centum quoque aureos. Seruos in fraudem creditorum manumisit, ita vt de ipsius bonis viginti decesserint. quæro an libertas impediatur? Respondet impediri. Quoties enim animus, & euentus concurrunt, tunc libertas impeditur. Quid autem si animus tantùm, & consilium improbū interueniat? veluti, Cincius putabat sua bona non esse pluris, quàm aureorum centum: quum tamen essent centum & viginti. Animo creditores fraudēdi, Erotē seruū manumittit, q viginti aureorum erat: quæro, an Eros seruus remaneat? Respondet non manere, sed liberum fieri. Euentus enim cōsilio non respōdit. Age, videamus in cōtraria specie: Cincius Syracusis negotiabatur, cúmque centum in bonis haberet: totidémque etiam deberet: seruus eius Pāphilus, qui viginti aureorum erat, eo absēte, atq; inscio moritur. bona iam Cincij ad octoginta aureos imminuta sunt. id ille ignorās, Erotem seruum, quem secum habebat, manu emisit. quæro, an Eros sit liber? Damno enim ea libertas est creditoribus. Respondet esse liberum. non enim consilium cū euentu concurrere. Cor. Vibul.

Nota quòd siue antè, siue pòst statim non sit soluendo debitor, non potest manumittere. Item, q animus, & intentio distingunt facta. Item, quòd quo ad libertatem non sufficit creditores damnificare, nisi adsit animus damnificādi. Item, quòd quis verissimiliter potest ignorare vires sui patrimonij. Syl.

f In fraudem. Sic ff. eo. tit. l. qui & à qui. ma. li. non fi. l. in fraudem.

g Soluendo. cùm & sciat se habere creditores, vt ff. quæ in frau. cre. l. omnes. §. Lucius.

Adde si sit de facto suo recēti, aliàs secus. arg. l. fi. ff. pro suo. sec. Angel. Sylu.]

h Nō est. Et nūc erit peius soluēdo.

¶ [illegible]

Idémque iuris est, & si sine libertate[a] seruus hæres institutus est. Quod nostra constitutio[b] nō solùm in domino, q solu do nō est, sed generaliter cō stituit noua humanitatis ratione: vt ex ipsa scriptura[c] institutionis[d] etiā libertas ei competere videatur. Quum nō* sit[e] verisimile, eum, quē hæredē sibi elegit, si prætermiserit libertatis dationem, seruū remanere voluisse, & neminem sibi hæredem fore.

*est.

¶ [illegible] Eta videtur, si ma- [illegible] tes tempore quo [illegible] numittit, æri alieno pares non sint, vel [illegible] impares sui futuri.

In fraudem[f] autem creditorum manumittere videtur, qui vel iam eo tempore, quo manumittit, soluendo[g] non est[h], vel qui, datis libertatibus, desiturus est soluen-

a Præ-

do esse.

¶ *Non aliter poterit semel data libertas* [illegible] *cipiendi animo, & ipso rei euentu fraudati fuerint creditores.*

¶ Præualuisse[a] tamē videtur, nisi animū quoque fraudandi manumissor habuerit, non impediri libertatem[b]: quanuis bona eius creditoribus non sufficiant. Sæpe[c] enim de facultatib[us] suis amplius, quàm in his est, sperant homines. Itaque tunc intelligimus impediri libertatē, quum vtroque modo[d] fraudātur creditores, id est, & consilio[e] manumittētis, & ipsa re: eò quòd eius bona non sunt suffectura creditoribus.

¶ [illegible] *ti non aliter seruum* [illegible] *test, quàm causa cognita, & iusta manumissionis causa quæ autem sint iustæ causæ, hîc tractatur.*

¶ Eadem *[f] lege Aelia Sentia do-

¶ a Præualuisse. Nam quidam dicebant, quod sufficiebat solus euentus: & alii dicebant, quod exigebatur vtrunque, s. fraus & euentus: & ista sententia præualuit. Tamen ex prædictis videbatur sufficere euentum solum. tamen, &c.

¶ b Non impediri libertatē. Hîc diligenter attende, quòd si directè detur libertas, non solū inter viuos, sed etiā in vltima voluntate, duo necessaria sunt, s. consiliū, hoc est, fraus & euentus, vt hîc, & ff. eo. l. in fraudem. & C. eo. l. j. In fideicommissaria autem sufficit solus euentus, vt C. q. ma. non poss. l. fi. Et est ratio: quia facilius libertas de facto data ab herede reuocatur, quam à defuncto (cuius dispositio videbatur lex) vt ff. de fideic. lib. l. iiij. §. si in fraudem. Alia ratio no. C. eo. l. fi. In aliis autem alienationibus, quæ in fraudem creditorum fiunt: dic vt infrà de act. §. item si quis in fraudem.

¶ c Sæpè. Respondet tacitæ obiectioni: quomodo potest esse animus bonus, cùm ipsa veritate fraudet eos? Respon. Sæpe enim, &c. Sed arg. contrà C. de rescin. ven. l. quisquis.

ADDITIO. Solue istud contrariū, & dic, quòd hoc procedit in vltimis voluntatibus, nisi contrarium aliqua suadeat qualitas: vt in auth. sed cum testator. cum glo. C. ad l. Fal. ibi verò inter viuos. in rebus immobilibus, seu mobilibus, & præsentibus, quæ peruenerunt ab antiquo: aliàs secus, secundum. Angel. Aret. hîc.

¶ d Cùm vtroque modo. scilicet cùm fraus, & euentus interueniunt, vt subiicit. & facit ad hoc ff. qui & à quib. ma. li. non fi. in l. in fraudem.

¶ e Consilio. Not. quem teneri de. consilio. Sed contrà ff. manda. l. ij. §. fi. sed hîc fuit fraus: ideo fuit tale consilium obligatorium: quia fuit fraudulentū.

¶ Eadem. Iste §. cum §. sequ. diuiditur in tres partes. primò ponit, qualiter minor xx. an. non potest manumittere, nisi ex causa. Secundò ponit quæ sunt causæ iustæ. Tertiò limitat vnā prædictarū causarū. Secunda ibi, Iustæ. Tertia ibi, Et seruus.

CASVS. Cæcilius quum ætatem nōdum ad annum vigesimum perduxisset, Pamphilum seruum manumisit. quæro an liber sit Pamphilus? Respondet esse, non tamē omnino, ac simpliciter: sed si hæc duo interuenerint, vt eum vindicta apud magistratū manumiserit: & causam cōsilio probarit. Et quid est Consilium? Confessus apud Prætorem Romæ, quinq; Senatorū & totidem equitū, cum Prætore considentium, qui causam manumissionis cū iis cognoscit: in prouinciis verò Recuperatorū, Romanorum ciuiū cum Proconsule considentium, de causa manumissionis cognoscēte. Et quinam erant Recuperatores? Equites Ro. negotiatores, qui à rectoribus prouinciarū iudices in priuatis controuersis dabantur, atq; etiā in cōsilium adhibebantur. Ex iis enim Conuentus in prouinciis constabant. Recuperatores autem dicebantur, quod per eos ius quisque suum iudicio constituto recuperabat. Et quæ sunt iustæ manumissionum causæ? Eas Imperator ita facile enumerat, vt interpretatione locus non egeat. Cor. Vib.

* Vlpia. tit. 1. Epito.

¶ Nota formā manumissionis minorū, & quæ sint iustæ causæ. Itē quod pedagogus, nutrix & alumnus æquiparantur consanguineis. Itē, quod procurator esse potest, qui excedit ann. xvij. Syl.

¶ f Eadem. s. de qua habita est men-

mino minori [a] viginti annis, non aliter manumittere permittitur, quàm si vindicta [b] apud consiliū[c] iusta causa manumissionis adprobata, fuerint manumissi. Iustæ autē manumissionis causæ[d] hæ sunt: veluti, si quis patrem[e], aut matrem filiū, filiámve, aut fratres,*sororésve naturales[f], aut pædagogum[g], aut nutricē, aut educatorem, aut alumnū[h], alumnámve, aut collactaneum[i], manumittat, aut seruum procuratoris habendi gratia, aut ancillam matrimonii * habēdi causa: dū tamen intra sex menses in vxorē* ducatur[k], nisi iusta causa[l] impediat. Et seruus, qui manumittitur procuratoris habendi gratia, nō minor decē & septem [m] annis manumittatur.

*fratrē, &c.

*abest, rectè.

*vxor.

tio supra eodem.in princ.

a Minori. Sufficit ergo, si non sit minor xx.ann. etiam si non sit maior: vt quia tetigit vltimum diem vicesimi anni: vt ff. de man.l.j. sicut in testamento, fauore sui: vt ff. de testam. l.qua ætate.

b Vindicta. Hoc expone, vt supra titul. j. §. multis.

c Apud consiliū. i. apud locū illum, vbi habetur super hoc consilium: i. deliberatio. & sic ponit id quod fit, pro eo vbi fit: vt ff. de iustit. & iur. l.pen. §.fin. Vel dic, apud eos, qui præsunt consilio: vt sunt omnes habētes ordinariā iurisdictionem, etiā minimi magistratus, cùm hoc sit de voluntaria iurisdictione, vt ff. de offi. Procon. & Leg. l.ij. & in auth. de defen. ci. §. iusiurandum. in fin. & in glo. & quicquid. & glos. pen.

Consilium sic expone vt suprà ex titul. j. Epito. Vlpiani, ad §. Libertinorum, proxim. titul. & vide Theoph. hîc.

d Iustæ autem manumissionis causæ. Facit ff. de ma. vin. l. si minor. cum. l. seq. vsque ad l. apud. vbi iustæ causæ cōnumerant: connumerat enim inter iustas causas manumittēdi, si dominū à periculo vitæ, vel infamię liberauit seruus, vt ff. de manumis. vin. l. iusta.

e Patrem. sed qualiter potest filius habere seruum suum patrem vel ecōtra: vel frater fratrem suum, siue sororem? Respon. bene potest: vt quia instituit dominus filiū serui sui hæredem, vel filium ancillæ, vel è contra: & sic de aliis quo casu sic institutus hæres liber, & dominus est omnium bonorum, quorū dominus fuerat testator: vt s. eo. §. j. & ff. de acq. poss. l. cum hæredes. in prin. Item potest esse, vt si habeat quis filium ex ancilla sua: nā est seruus, & filius: vt C. commu. de manu. l. fi. & è contra, si seruus habeat filium ex domina: nā filius est & liber, & dominus: cùm ventrē sequatur quo ad statum: vt C. de rei vend. l. partum. licet possint ipse, & domina accusari, vt C. de mu. quæ ser. propr. l. j. & infrà de hæred. institut. §. j.

f Naturales. Et legitimos: vel naturales tā tùm.

g Pædagogū. qui ab initio instituit pueros, & dicitur à παῖς, quod est puer, & ἀγωγός quod est ductor: quasi ductor, siue gubernator puerorum. Pædagogus.

Nam pædagogi serui erant, vt patet ex Plauto, & aliis. Notū est illud Diogenis, qui, quū in Creta venderetur, iussit præconem prædicare, se vendere seruum, qui sciret imperare liberis: eáque lege eum mercatus est Xeniades, cui liberos suos concredidit.

h Alumnum. Passiuè, quem vel quā alumnus aluit, vt differat à superiori educatore.

i Collactaneum. Qui simul mecum lactauit: quem fratrem Bononienses appellant.

k Ducatur. Præstito super hoc sacramento, vt ff. de manum. vind. l. si collactaneus. in fin.

l Iusta causa. Vt infirmitas, quæ tribuit dilationem: vt ff. si quis cau. l. ij. §. iij. & iiij. & ff. de re iud. l. quæsitum. vel alia qualibet iusta: vt ff. ex quib. cau. ma. l. j. in fin.

m Decem & septē annis. Sed quomodo minor xxv. an. potest esse procurator, vt C. de procu. l. exigendi. & ff. de procur. l. minor? Resp. hic ad negotia fuit: non autē in iudicio esse potest. sic aliàs est differentia inter hos procuratores: vt ff. man. l. si procuratorem. §. j.

Semel autem. CASVS. Domitius apud Prætorem eiúsque consiliū Amphionem seruum manumittere volens, hanc causam attulerat, quòd itineris longæque viæ sibi comes fuisset, sæpe enim & in Hispanias, & in Alexan-

Alexandriā, ac in Syriā cum eo profectus erat. Ea causa Prætori, eiúsq; cōsilio probata est. quæro, quū ea causa non iusta sit, probata tamen consilio fuerit, vtrum Amphion seruus sit, an liber? Resp. liberum esse. Nam si aliqua causa p iusta habita est, quæ tamē iusta non erat, ea causa tanquam iusta recepta non retractabitur apud Consilium, sed rata fixáq; manebit. C.Vi.

¶ Not. quòd nō sufficit causam allegare, nisi approbetur. Syluest.

¶ [illegible]

¶ Semel autē causa ᵃ approbata * ᵇ, siue vera sit, siue falsa ᶜ, non retractetur ᵈ.

¶ *Minori annis viginti, non antea licet propriis seruis testamento libertatem dare, quàm [illegible] annum attigerit.*

¶ Quum ergo certus modus manumittendi minoribus viginti annis dominis per legē Aeliam Sentiam

¶ a Causa. s. manumissionis.

¶ b Approbata. s. apud consilium.

¶ c Siue falsa. Quasi dicat, si dixit filium, licet non sit, vel patrem, vel similia: licet hæc ita non sint, secundum quosdā, quod reprobo, cū id quod falsum sit, nihil sit, nec præstet causam: vt ff. de verb. signif. l. Paulus. & C. si ex fal. instru. per totum. & ff. de except. l. qui agnitis. Vnde dic vera, id est iusta: falsa, id est iniusta: vt quia dixi eum socium meum fuisse in armis, vel in scholis, quod inducebā pro iusta causa: & talis causa, vel similis fuit approbata: licet non debuerit approbari. & sic vera ponitur pro iusta. sic ff. de leg. j. l. si fideiuss. §. j. & ff. de in integ. resti. l. omnes. sic è contra iusta pro vera: vt suprà tit. j. in princip.

¶ d Non retractetur. sic ff. de manum. vind. l. iustā. quia nihil facile immutandum est ex solennibus: vt ff. de in integr. resti. l. diuus. Sed contra ff. de excus. tuto. l. sed & reprobari. j. resp. sed hoc fauore libertatis: illud fauore sanitatis. Accurs.

ADDITIO. Dissimilis ratio est sententiæ ex falsa causa latæ: vt in tit. C. Si ex fal. instru. & si ex fal. alleg.

¶ Quum ergo. Diuiditur iste §. in quatuor partes. quia primò ponit vnum dictum. Secundò cōtra illud adducit plures rationes. Tertiò pro eo adducit alias rationes. Quartò ad concordiam reducit mediam eligens viam: & rationem annectit. Secunda ibi, Quod non erat. Tertia ibi, Sed cùm. Quarta ibi, Ideo nos. Angel.

CASVS. Iam verò, quænam est ab Imperatore prudentissimo, & optimo ætas definita, qua domino liceat manumittere? Video enim legem Aeliam tēpus nimis longū definiuisse: annum scilicet vigesimū. Nā si annū decimumquartum ad testandū idoneum iudicauit de bonis suis omnibus, quidni etiā idoneus ad tā honestam liberalitatem exercendā iudicabitur? Cōtrà tamen pugnare alia ratio videtur, quòd libertas inæstimabilis res est, quò maior prudentia & cōsideratio in ea largienda meritò exquiritur. Respondet Cùm ancipiti dubitatione definEreretur, viderétque vtriq; pugnore rationes admodū probabiles, vtrique hoc modo satisfecit. Nam quum vtraque sex ad se annos, qui inter xiiij. & xx. annum intersunt, traheret, eos sex annos partitus est, & tres alteri conscessit, totidémque alteri: constituitque vt anno decimoseptimo perfecto rectè minores testamento libertates darent. Video. sed quid rationis habuit Imperator? Meministíne apud veteres Rom. pueros ante annum ætatis decimumseptimum infirmi iudicii iudicatos, sempérque vsque ad anni decimisexti finem eadem veste indutos fuisse, qua pueri annorum binûm aut ternûm? at inito anno xvij. togam illā puerilem, quæ purpura pretexta erat, deposuisse, & puram sumpsisse quę virilis dicebatur? Quum igitur in virorum numero iá tum haberentur, sumptáque virili toga à parentibus in forum deducerentur, vt eloquentes illos oratores audirent, seséque alicuius illorum lateri adiungerent: vnóq; illo anno emerito, ineunte anno decimooctauo illis quasi iam viris, atq; à pueritia longè remotis causas agere permitteretur: hunc annum idoneū Imperator censuit, quo anno iidem in ordinem virorum relati seruo libertatem dare possent. Cor. Vibul.

¶ Not. ꝙ argumentū ab inconuenienti valet. Item, ꝙ cui conceditur quod est plus, conceditur quod est minus.

Item, q vna determinatio respiciens plura determinabilia, debet æqualiter determinare. Item, q libertas est res inæstimabilis. Itẽ, q in dubiis ex æquitate debet eligi media via. Item, q vbi est eadẽ ratio, idem ius debet cõstitui. Et q attingens xviij. annũ potest libertatem seruo dare. Itẽ q maior annis xiiij. potest testari, & legare. Item, quòd maior xiiij. annis potest postulare, allegare & aduocare per alios. Syl.

constitutus [a] esset, eueniebat, vt qui quatuordecim annos expleuerat, licet testamentũ [b] facere, & in eo sibi hæredẽ instituere, legatáq; relinquere posset: tamen si adhuc minor esset viginti annis, liber tatem seruo dare non posset. Quod non erat ferendũ*. nam cui totorum suorũ bonorum in testamẽto dispositio data erat, quare non similiter ei, quemadmodum alias res, ita & de seruis suis in vltima volũtate dispo nere, quemadmodum voluerit, permittimus, vt & libertatem eis posit præstare? Sed quũ libertas [c] inæstimabilis res sit, & propter hoc ante vicesimum ætatis annũ antiquitas libertatẽ seruo dare prohibebat: ideo nos mediã [d] quodammodo viã eligentes, nõ aliter minori viginti annis libertatem in testamento dare seruo suo cõcedimus, nisi decimum septimũ annũ impleuerit [e], & decimum octauũ attigerit. Quũ enim antiquitas [f] huiusmodi * ætati, & pro aliis postulare [g] concesserit. cur non etiam sui iudicii stabilitas ita eos adiuuare credatur, vt ad libertatem dandam seruis suis posint

* si is, cui totorum bonorũ in testamento dispositio data erat vni seruo libertatẽ dare nõ permittebatur: quare nos &c.

*huius ætatis hominibus.

a Cõstitutus. Nam cũ dicit sine causa nõ posse manumitti: ergo ècõtrà cũ causa valet manumisio. sic ff. de edem. l. si q.s ex argen. §. Prætor. & §. prohibet. & ff. de pac. l. iuris gẽtium. §. prætor. & §. dolo malo.

b Testamentũ. Si est masculus: fœmina verò in duodecimo: vt ff. de testa. l. qua ætate. & ff. de lib. leg. l. Aurelio. §. Gaius:

c Sed cùm libertas. Vsque huc allegãdo innuit q eodẽ tẽpore posit manumittere, quo testari: nunc ècontra duas rationes considerat: & quia inæstimabilis est libertas, tamẽ si vendat quis se, pretium ad venditorem non transit: imò penes emptorem eundem dominiũ remanet: vnde est inæstimabilis: vt hîc, & ff. de regul. iur. l. libertas. & ff. de tab. exhi. l. j. §. fin. & quia antiquitas aliter statuebat, cui est deseruiendum: vt C. de testa. l. testamen ta. quare, visis allegationibus, soluit, mediá eligens viam. sic J. de re. di. §. cũ ex aliena. licet sit arg. contrà. ff. de ne. gest. l. Nesennius. in fin. & ff. de in rem ver. l. si pro patre. §. idem quærit.

d Mediam. Nota mediam viam sequendam. sic ff. si pars hær. pet. l. antiqui. & J. de rer. diui. §. cùm ex alie.

e Impleuerit. Sed hodie ex quo testari possunt, & libertates relinquere possunt: vt in authẽ. vt spon. lar. c. lx. §. j. qđ exaudi, si in vltima voluntate velit quis liber tatẽ relinquere. quod patet ex hoc verbo relinquere. qđ in d. auth. saltẽ in summario Bart. positũ est, quod ad moriẽtes tantum spectat: vt ff. de tabu. exhil. l. j. §. fin. Sed quid, si inter viuos velit quis manumittere? Resp. non potest: nisi habeat xx. annos, vel nisi causa cognita sit, cùm nec liber iste, nec auth. loquatur, nisi in vltima volũtate. Vnde seruatur tenor eiusdẽ legis Aeliæ Sẽtiæ, cùm nõ sit correctus: vt C. de appel. l. præcipimus. in fine.

ADDITIO. Et sic cùm aliàs, de cõtractu ad vltimas voluntates bonum sit argu. l. seruum filii. §. eum, qui. ff. de leg. j. Imò secundum Iasonem æquiparantur in terminis propriis: vt infrà tit. proxi. & C. eod. tit. no. secundũ communiter doctores. quòd lex non corrigens in vno casu, non trahitur ad alium similem rationem habentem vel æquiparatum.

f Antiquitas. vt ff. de post. l. j. §. initium.

g Postulare. id est Desiderium amici sui vel clientuli sui coram iudicibus exponere. vt ff. de postu. l. j. §. j. nõ autem pro se poterit esse in iure: vt C. de auctor. præ. l. clarum. & est ratio: quia quando pro alio accedit, sibi imputet

putet, qui tali committit causam suã: vt ff. de mino. l. cũ mandata. pro se verò nõ: quia semper restituuntur. Acc.

a Peruenire. interrogatiuè legas, & resp. nõn est ratio, quare sit diuersum: est ergo idẽ ius statuendũ: vt ff. de verb. obl. l. à Titio. in fi. nam vbi est eadẽ ratio, idem ius statuendum est: vt ff. ad l. Aquil. l. illud. & C. ad l. Fal. l. vlti.

peruenire[a]?

TITVLVS VII.

Fusia* Caninia tollenda

*Fucia. Vlp. Epi. tit. I.

Potest quis in testamento omnibus ser[illegible] inter viuos, nõ [illegible] statuto [illegible] Fusiæ Caniniæ. Ar

DE LEGE Fusia, &c.

Viso ex quibus causis manumissio fieri possit, & quia interdũ manumissio fieri prohibetur à lege Fusia Caninia: ideo de ea nunc subdit. Porcus.

Lege Fusia. Diuiditur in duas partes. Primò facit mentionem legis Fusiæ Caniniæ. Secundò eam corrigit. Tertiò aliam rationem assignat. Secunda ibi, Quam quasi. Tertia ibi, Cùm satis. Angel.

CASVS. Manumittẽdi sanè modos, & causas apertissimè demõstrasti. velim aũt mihi nunc de numero seruorum, qui manumitti possunt, breuiter explices. Licétne in numerosa familia seruos oẽs manumittere? vt ecce C. Cæcilius, quãuis multa ciuili bello perdidisset, habuit tamẽ seruorũ quatuor millia, centũ & sedecim. Cæcili[9] omnes illos seruos manumisit. quæro an valeat hæc manumissio? Imperat. respondet olim lege Fusia Caninia nõ licuisse ex quauis numerosa familia amplius centũ seruos testamento manumittere. Sed agesis, legis Caniniæ constitutionẽ nobis explica. Ea iubebat testamẽto ex tribus seruis nõ plures, quàm duos manumitti: vsque ad decem, partem dimidiã: vsque ad triginta, tertiã partem, vt tamen adhuc quinque manumittere liceat, æquè vt ex priori numero: à triginta vsque ad centũ, quartã partem, æquè vt decem ex priori numero liberari possint: à centũ vsq; ad quingentos, partẽ quintam similiter, vt ex antecedenti numero vigintiquinq; possint fieri liberi. Eadémq; præcipit ne plures omnino quàm centũ, ex cuiusquã testamento liberi fiant. Hæc lex Caninia. Imperatoris autem lex ecquem numerũ constituit? Imperator inhumanũ iudicans, licere morientibus minus quàm viuis beneficij cõferre, legẽ statuit, vt morientibus æquè, ac sanis atq; incolumibus vniuersam suam familiã ex vinculis seruitutis soluere, ac liberare liceat. Cor. Vib.

Lege* Fusia Caninia certus[b] modus[c] cõstitutus erat in seruis testamẽto manumittendis: quam[d] quasi libertates impedientem[e], & quodãmodo inuidã[f], tollendam esse censuimus, cùm satis fuerat inhumanum, viuos quidem licentiam habere totam suam familiam[g]

*Gaius lib. I. Insti. tit. 2.

Nota dispositionem legis Fusiæ. Not. debere tolli impedimẽta libertatis. Item, quòd inuidia reprobatur. Item quòd inhumanitas damnatur. Item quòd valet argumentum ab inconuenienti: & quòd nõ debet minus concedi in vltima voluntate, quàm in contractibus inter viuos. Item, quòd generalis dispositio præsupponit omnia alia habilia. ibi, nisi alia causa. Syl.

b Certus. Vt vltra duos vel tres fortè non possent manumittere in vltima voluntate: vt j. eod. in fine.

c Modus. i. Numerus.*

d Quam. scilicet legem Fusiam Caniniam, fortè à quodã, qui Caninius nominabatur, inductam: vt in Publiciana dicitur: vt infrà de actio. §. nanque si cui. in fi. nam seruabat naturam canis qui stat in palea, qui nec sibi potest habere paleam, nec alii permittit accipere: sic nec sibi poterat tenere seruos, quia moriebatur: vt j. de don. §. j. nec libertatem patiebatur eis dari: vnde meritò Caninia dicitur: vt sit conueniens nomen rei: vt infrà de donat. §. est & aliud.

*Vide Gaium lib. Inst. vlt. tit. I.

Vide Alc. in l. verbis legis. ff. de verbor. signi. Syl.]

e Impedientem. id est, Impedimentum afferentem.

f Inuidã. Nota, cõtra inuidos, sic C. de cadu. tollend. l. vnic. in principio.

g Familiam. id est, Omnes seruos, qui familia dicuntur, vt ff. de verbor.

signifi.l.pronuntiatio.§.j.

a Causa. Vt fraus, vel ætas manumittentis: vt suprà titul. primo. in princi. & §.eadem.

b Morientibus. Sed quomodo potest aliquid eis adimi, cùm nihil habeāt? nam mors omnia abstulit: vt in authentic. de nuptiis. §. deinceps. Resp. dic morientibus, i. ad mortem tendentibus: quia laborabant in extremis, vel quasi, vel etiam erant sani, sed timore mortis hoc faciebant: vt ff. de donat. cau. mort. lege iij. iiij. v. & vj.

libertate donare, (nisi alia causa [a] impediat libertatem) morientibus [b] autē huiusmodi licentiam adimere [c].

TITV. VIII

DE IIS, QVI sui, vel alieni iuris sunt.

¶ Hic ponitur secunda diuisio personarum cum subdiuisione alterius membri. Et cognito vno de contrariis, cognoscitur reliquum: cùm contrariorum sit eadem disciplina. Aret.

SEquitur de iure personarum alia diuisio [d]. Nam quædam * personæ sui iuris sunt [e], quæ-

Argui potest de contractibus ad vltimas voluntates.

c Adimere. Nota hìc argum. quod ea quę fiunt inter viuos, trahuntur ad voluntates vltimas: sic è contra. ff. de pactis. l. pactum. & C. de lega. l. fi. ff. de pign. actione. l. non est mirum.

Adde hoc, verum vbi est eadem ratio, aliàs secus. l. seruum. §. eum, qui. ff. de lega. j. In dubio autem vltimæ voluntates plenius interpretantur. l. in testamentis. ff. de reg. iur. Syl.

DE IIS, QVI SVI vel alieni iuris sunt.

SEquitur. Totus iste titulus diuiditur in quinque partes. Primò ponit duo genera personarum. Secūdò, qui sunt in potestate dominorum, & quo iure fuit introductum eorū dominium. Tertiò ponit nouum statutū, restringēs potestatem circa mortem: & puniens contrà facientes. Quartò aliam restrictionem ponit potestatis, etiam circa sæuitiam de occidendo. Quintò ponit verba nouæ cōstitutionis. Secunda ibi, In potestate. Tertia ibi, Sed hoc tempore. Quarta ibi, Sed & maior. Quinta ibi, Cuius. Et diuiditur hoc principium. Primò ponit vnā diuisionem personarum bimembrem. Secundò secundum subdiuidit membrum. Tertiò dicit se velle tractare de secundo membro subdiuisionis. Secunda ibi, Rursus. Tertia ibi, Videamus. Quarta ibi, Ac prius. Aret.

CASVS. Adhuc exposuisti vnā personarum diuisionem. dixisti enim alios esse liberos, alios seruos, & liberorum alios esse ingenuos, alios libertos. ecquænam alia est personarum diuisio? Hæc inquit Imp. quòd aliæ sui iuris sunt, aliæ verò alieno iuri subiectæ. Dic igitur nunc de vtrisque, mihiq; tum hæc, tum illa genera breuiter expedi. Quid tum multis verbis opus est? inquit. Subiectos si noris, vtrosque noueris. Est enim (vt Cicero ait) illud perspicuum, omniū rerum in contrarias partes cognitionem ex iisdem suppeditari locis & in Tuscula. Contraria contrariis sunt cōsequentia. Cor. Vib.

* Gaius 1. lib. Instit. tit. 3.

Not. quòd sunt quędam personæ sui iuris, quædam alieni. Item, quòd personarum subiectarum alieno iuri, alię sunt in potestate parentum, aliæ dominorum. Item, quòd, cognito vno de contrariis, cognoscitur aliud. Syl.

d Alia diuisio. Quæ est de iure ciuili, cùm in ea ius gētium distinguatur: vt ff. de iustit. & iur. l. ius ciuile. superior autem quam habuimus s. de iure perso. j. responso, est de iure gentium: cùm non sit seruitus iure naturali cognita: vt s. de lib. §. j.

Adde; q̄ communiter concluditur, quòd hæc diuisio respectu potestatis dominorum sit de iure gentium. §. j. j. eod. respectu potestatis patrum sit de iure ciuili. j. per tot. & alio modo saluat glo. Bart. in l. j. ff. eod. Syl.]

e Sui iuris sunt. Hìc restringitur primum membrum primæ diuisionis positæ suprà de iur. pers. vt non comprehendat quosdā liberos homines. s. filiosfam. Item statim cùm dicit alieno iuri, &c. ampliat secūdum membrum dictæ diuisionis: vt comprehendat etiam quosdam liberos: s. filiosfamil. Cùm ergo fiat additio, & detractio dictæ diuisioni, iam est de iure ciuili hæc

hæc diuisio: vt ff. de instit. & iure. l. i⁹ ciuile. At superior de iure personarū fuit secūdū ius naturale. & gentiū, vt ibi diximus: & ideo immutabile: vt s. de iur. nat. gentium & ciuil. §. pen.

ADDITIO Vlpianus in Epit. tit. iiij. Sui iuris sunt, inquit, familiarū suarum principes. i. paterfamilię, itémque materfamiliæ.

dam alieno a iuri subiectæ. Rursus earum quæ alieno iuri subiectæ sunt, aliæ sunt in potestate b parentum, aliæ in potestate dominorum. Videamus itaque de iis, quæ alieno iuri subiectæ sunt, Nam si cognouerimus, quæ istæ personæ sunt, simul intelligemus c quæ sui iuris sunt. Ac prius inspiciamus* de iis,

*dispiciamus.

¶ a Quædā alieno. Quędā neutro iure tenentur: vt filij, quorū Patres sūt capti ab hostibus, vt j. qui. mod. ius patri. pot. sol. §. si ab hostibus. Nā & aliæ quædā sūt in pēdēti: vt ff. de vsufru. l. sed & si qs. §. interdū. & in auth. de nō eligen. §. hoc autē. & hoc secundū quosdam. Nos contrà, nā sui iuris sunt, cùm eñ pater sit seruus hostiū, & in eorū potestate, vt ff. de iure person. §. serui. ergo aliū habere nō potest in potestate, vt ff. de acqui. re. do. l. homo liber. §. quicquid. ff. de acqui. possess. l. cū hæredes. circa med. & ff. ad legē Iuli. de adul. l. sic eueniet. præterea eorum ratio, vel sententia est absurda, qui dicunt, quòd hęc diuisio recipiat medium, vt C. de sen. pas. l. fi. circa princip.

¶ b Potestate. Hoc verbū quinq; modis accipit. vt ff. de verb. signi. l. potestas.

¶ Adde, quòd capitur etiam pro ipsis magistratibus, quos potestates appellamus, Iuuen: Gabiorū esse potestas, accipitur etiam pro qualibet iurisdictione. l. iij. §. j. ff. de reb. eo. quandoque (vt antiqui accipiebant) pro maioribus magistratibus, iuxta illud Pauli ad Rom. ca. xiij. & c. fi. de iudic. vt qui merū imperiū haberēt. l. eum qui. ff. de iurisd. omn. iud. Dicitur etiā episcopum habere in potestate bona ecclesiæ, id est, in cura. c. j. de reb. eccles. & tutorē ibi capue pupilli, quod pro auctoritate accipim⁹. j. de tutel. in princ. & sua potestate facere dicitur, in authent. de defens. ciuit. §. j. pro sua, & propria auctoritate, & sui potestatem non facere, pro eo quod est, latitare. l. ij. in princ. ff. quib. ex cau. in poss. eat. Et in potestate consistere, pro eo, quod est esse in habitu l. si quis rem. ff. de arbitris. Syluest.

¶ c Simul intelligem⁹. Nā (vt dicit Aristoteles) cōtrariorū eadem est disciplina, vt hic. & j. de tute. j. respō. & ff. eodē. l. j. Et est hic arg. q p notitiā vnius immediatorū, peruenitur ad alterius notitiā: & faciūt ad hūc §. ff. de p curator. l. Pomponius. §. sed & is. ver. nā cùm. & ff. eo. l. j. & ff. de Prętor. sti. l. j. §. stipulationum istarum. j. de tut. circa principium.

ADDITIO. Cicero lib. de Orat. ij. Est, inquit, illud perspicuum, omnium rerum in contrarias partes cognitionē ex iisdem suppeditari locis.

¶ In potestate. Diuiditur in tres partes. Primò ponit, qui sunt in potestate dominorum. Secundò vnde dicta potestas descendit. Tertiò duos eius effectus. Secunda ibi, Quæ quidem. Tertia ibi, Nam apud. Ang. Aret

CASVS. Quinam ergo alieno iuri subiecti sunt? Serui, inquit, idq; nō ciuili Romanorū iure, sed omniū gentium. Et quænā, aut quanta illa potestas est? Vitæ, inquit, & necis. Seruos enim veteres pro pecudibus habebāt. Itaq; Homerus affirmabat deos dimidium mentis seruis ademisse. Præterea quū serui in aliorū dominio essent, ipsi sibi acquirere nihil poterāt: sed omnia dominis suis quęrebāt. vnde Crassus, is q Diues Cognominatus est, cum quingētos seruos artis fabrilis peritos haberet, ciuibus ædificare volētibus eorū operas mercede locabat: aiebátq; eorū maximā habendā curam, esse enim rei familiari animata instrumēta. Durátne adhuc illa tā immensa dominorū in seruos potestas, vt eos nō minus impune possint interficere, quā pecudes? Nequaquā. Diu⁹ enim Antoninus, q Pius cognominat⁹ est, q, vt opinor, Christianorū religionem degustasset (eos enim magno in honore habuit, ac tanquā bonus princeps defendit) Christiani autem sæuitiā in seruos detestabantur, vt patet ex epistolis Pauli ad Ephesios & colossenses. Antoninus igitur eum qui sine causa suum seruum necarit, non minus puniri iussit, quàm si alienum necasset. Cor. Vibul.

¶ Not. quòd serui sunt in potestate

quæ in potestate dominorum sunt.

¶ [illegible]

In* potestate itaque dominorũ sũt serui. Quæ quidem potestas iuris gentium[a] est. Nã apud omnes peræquè gẽtes animaduertere[b] possumus, dominis in seruos vitæ, necísque potestatẽ esse[c]: & quodcunque per seruũ adquiritur[d], id domino[e] adquiri[f]. Sed hoc tempore nullis hominibus, q sub imperio nostro sunt, licet[g] sine causa legibus[h] cognita[i], in seruos suos suprà * modũ

* Gaius vbi suprà.

* absũt D.

dominorũ. Itẽ, ꝙ talis potestas dicitur esse de iure gentiũ. Itẽ, ꝙ illud dicitur esse de iure gentiũ, quod apud omnes gẽtes peręquè obseruatur. Itẽ ꝙ de iure antiquo domini poterant occidere seruos proprios. Itẽ, ꝙ quicquid acquirit seru⁹, acquirit domino. Item, quòd hodie sine causa non licet dominis in seruos suprà modum sæuire. Itẽ nõ sufficit causam subesse, nisi probetur. Item ꝙ ita punitur occidens seruũ proprium, sicut alienũ. Itẽ ibi, sub imperio nostro potes notare quòd leges nõ ligant extra iurisdictionẽ cõstituentis. Syl.

q.a non quærit domino, vt sibi remaneat: nã tenetur reddere. Sed nunquid libertas data à domino, vel à lege (qđ fit interdũ: vt C. de ser. q. pro præmio liber. acc. per totum, & in authent. de mona. §. ij.) domino, queritur? Respõde nõ. nã licet quæratur seruo liberto tamen non potest dari libertas, vt ĩ. de act. §. sic itaque. & ff. de fideicõmis. liber. l. generaliter. §. si homini. tamen eoipso momento sic fit liber, vt dominum non habeat. Et sit hæc oppositio est de puncto, sic & alias: vt hic vadit Romam, & hic facit murum, non est tamen verũ eum iuisse, vel opus fecisse: licet sit in vltimo momento perficiendi. Similis quæstio fit. ff. quod metus cau. l. extat.

a Iuris gentium. i. De iure gentium introducta: vt suprà de iu. personarũ. §. seruitus.

b Animaduertere. id est, In animo vertere & cogitare, vt dicit Ca.

c Esse. Impropriè ponitur pro fuisse, vt statim colligitur. & ff. eodem. l. j. & erat eadẽ patris in filium: vt colligitur secundum vnam literam. ff. de liber. & posthu. l. in suis. & ĩ. de noxa. actio. §. fin. in princip. & in glo. j. C. de patria potesta. l. fin.

d Adquiritur, s Iustè secundũ quosdã: vt ff. de acquir. pos. l. quod seruus. in fin. Sed certè hoc esse non potest. nam si acquiritur, ergo domino: quia sibi non vt j. per quas perso. no acquir. §. item vobis. & ff. de acquir. hęre. l. placet. quare dic quòd semper domino quæritur, etiam si quid per dolum, vel metum seruus acquirat: vt ff. pro empt. l. ij. §. Celsus. & §. Pomponius. & §. si seruus. Sed hoc solo inspecto, an quærat: putà si seruus stipuletur [illegible] vt ff. de stipula. [illegible] aliud factum [illegible] stipulat [illegible] de stipula. seru. §. sed cum factum. nisi [illegible] casibus quo l dic, vt ĩ. de stip. seruo. §. sed cum. Nec obstat dicta. l. qđ seru

e Domino, Vel quasi domino. vt fructuario, & bona fide posses. quibus quæritur ex duabus causis: vt infrà. per quas perso. nob. acqui. §. de iis.

f Adquiri. Nota hîc duos effect⁹ dominicæ potestatis: & est tertius, vt nõ torqueatur in dominũ, nisi in casibus: vt C. de quæst. l. j. & l. seruos. Accur.

g Licet. id est, Licitum est.

h Legibus. Quia si seruus sciat insidias domino parari, & ipsi auxilium non tulerit, supplicium debet præstare, qnod mortem interpretamur. Sed & si accusauerit eũ criminaliter (excep. crimi. læsæ maiesta.) (aut si dominum viderit periclitãtẽ, & non adiuuerit, vel se immiscuerit vxori suæ vel aliis modis.

i Cognita. vt quia eum cum vxore sua inuenerit: vel in simili delicto, quo casu etiã occidere licet: vt ff. de verb. obli. l. qui seruũ. & ff. de lega. j. l. quid ergo. la. j. §. si hæres. & ff. ad legem Iuliam. de adult. l. marito. §. j. Si autem aliàs deliquerit, vel domino non obedierit, legitimè eum corrigere

rigere potest: non tamen vltra modũ boni viri arbitrio compræhensum: vt C. de emend. seruo. l. j. Sed nunquid sine causa verberare potest? Respon. sic modicè, secundũ Ioan. vt C. de emen. ser. l. j. licet Pla. dixit quòd nó: aliter si nimis corripiat sine culpa, tenetur vel vẽdere, vel dare: vt hîc sequitur, & ff. eo. titu. l. j.

sæuire. Nã ex cõstitutione [a] diui * Antonini, qui sine causa seruum suũ occiderit, nõ minus puniri iubetur, quàm qui alienum seruum [b] occiderit.

¶ *Nimia dominorum asperitas in seruos coërcetur. Et ex causa cogitur quis rem suã vendere, & iustè deprecantibus nõ est denegandus assensus. Item officialis fraudans legem punitur. Aret.*

ADDITIO. Hæc glos. communiter approbatur, & dicunt doctor. idem in marito erga vxorem, & in magistro erga scholarem, in patre erga filium, in abbate erga monachum: quia potestas tributa magistro erga scholarem, intelligitur tributa marito in vxorem. l. sed & si quemcunque. §. fin. ff. ad legem Aquil. Christopho.

¶ a Constitutione. Cuius verba sunt infrà eodem. §. fin.

b Alienum seruum. Sed certè, qui alienum seruum occidit, lege Aquilia tenetur: vt ff. ad legem Aquiliam. l. secunda. in princip. & infrà ad legem Aquil. in princip. quæ actio hîc locum habere non potest, cùm non domino, imò contra dominũ non detur: quod esse non debet: vt ff. ad legem Aquil. l. item Mela. §. legis. Sed dic quòd hoc, quod hîc dicitur, est verum quantum ad criminalem pœnã legis Cornel. de sicar. vt infrà de public. iud. §. item lex. quæ pœna tã in seruis, quàm in liberis locum habet: vt ff. ad legem Cornel. de sicar. l. j. §. j. Interdum etiam ciuiliter tenetur, si alterius interest, vt creditoris: vt ff. de pign. l. seruum quem quis. vel fructuarij, vt ff. ad legem Aquil. l. sed & si proprietatis. & ff. de dolo. & l. & eleganter. §. si seruum vsuarium.

Sed &. Diuiditur iste §. in quinque partes. Primò ponit dictum in genere. Secundò illud exemplificat, & rationem reddit. Tertiò ponit verba rescripti, de quo fit mentio in principio §. Quartò concludit. Quintò minatur officiali non obseruanti legem istam. Secunda ibi, Nam Antoninus consultus. Tertia ibi, Cuius rescripti. Quarta ibi, Ideóque. Quinta ibi, quòd si meæ. Angel.

CASVS. Quid ergo, si seruũ quidem suum aliquis non necarit, sed vt olim Atronius Maximus, per omnes vrbis vias patibulo constrictũ trahi, verberibúsq; lacerari iubeat, denique acerbius quàm humanitatis ratio ferat, in seruum animaduertat? Idẽ Antoninus Pius Imperator clementissimus illam crudeliũ dominorum immanitatem puniri iussit. Et quomodo id illi renunciatum est? Erat autem illis temporibus hæc consuetudo: Serui crudelitatem dominorum experti, si rursus domini verbera illis minarentur, confugiebant ad ædes sacras, & Imperatorum statuas. ea loca Asyla dicebantur, quòd inde quenquam eripere fas non esset. Cùm igitur Antoninus intellexisset frequentes seruos illuc perfugij causa sese recipere, legem statuit, vt Præsides prouinciarum de querelis seruorum cognoscerent: & si iustæ viderentur, cogerent tyrannos illos suos seruos vendere. Laudabilis sanè Antoninus ille fuit, & dignus qui Romanis imperaret. nam (vt Plutarchus in Coriolano scribit) antiqui Romani non crudeliter seruos puniebant, sed ita duntaxat, vt eos cogerent furcam per viciniam, ignominiæ magis quàm supplicij causa, gestare, subligatis ad eã manibus, & prædicare peccatum suũ (vt ait Donatus) simúlque monere cæteros, ne quid simile admitterent. Sed & Macrobius, Maiores nostri, inquit, omnem dominis inuidiam, omnem seruis contumeliam detrahentes, dominum, patremfamiliâs: seruos, familiares appellauerunt. Cornel. Vibul.

¶ Not. q nimia seueritas dominorum in seruos damnatur. Item quòd confugiens ad ædem sacram vel statuam principis, est securus. Item, q ex causa quis cogitur vendere rem suam contra l. nec emere. C. de iur. delib. Item, quòd publicè interest quem re sua nõ malè vti. Item, quòd ius suum non est alicui auferendum: & quòd iustè precantibus non est negandus assensus. Item, quòd seruus contra dominũ po-

teſt habere recurſum ad iudices. Itē, ꝙ punitur, qui aduerſus legem fraudē facit. Circa quod aduerte: quia aliqui (vt Ang. hîc) videntur intelligere hoc in officiali, quaſi iſte Sabinus fuerit officialis: quod eſt falſum. Nam Sabinus erat dominus ſeruorũ malè habitorũ, vt colligitur ibi, qui ex familia Iulij Sabini, &c. Syl.

hoſtium euaſiſſe. vide autem Lector, pulchram Impp. conſtitutionem in l. pateant. Cod. Theod. lib. viij. tit. xlv.

d Cogantur. Nota hîc, quòd aliquis cogitur vendere rem ſuam.

Sed & maior [a] aſperitas dominorum eiuſdem principis conſtitutione coercetur. Nam Antoninus cõſultus [b] à quibuſdam Præſidibus prouinciarum de iis ſeruis, qui ad ædē ſacram [c], vel ad ſtatuã principum confugiunt, præcepit, vt ſi intolerabilis videatur ſæuitia dominorum, cogantur [d] ſeruos ſuos bonis conditionibus [e] vēdere: vt pretiũ dominis daretur: & rectè [f]: expedit enim Reipublicæ, ne ſua re quis malè [g] vtatur [h]. Cuius reſcripti ad Aeliũ Marianũ [i] miſsi, verba ſunt hæc: Dominorũ [k] quidē poteſtatem in ſeruos ſuos illibatã [l] eſſe opportet: nec cuiquam hominũ ius ſuum detrahi. ſed dominorum intereſt [m], ne auxi

a Maior. i. magna, vel maior quàm æquũ ſit. Adde ꝙ gloſ. hæc eſt not. ad hoc, ꝙ cõparatiuus aliquãdo ponitur pro poſitiuo. Syl.

b Cõſultus. i. interrogat⁹. ſic ff. de pac. l. item quia. §. fi. Vnde illud, Conſulo te quærens: tibi conſulo, conſilium dans.

c Aedem ſacram. ad quæ loca olim & hodie confugiunt: circa quæ diſtingue, vt diximus in auth. de man. prin. §. neque autem. in gl. cogentur.

ADDITIO. Et iuuãtur ſecundũ Io. Fab. & Ang. quando ſine armis, nullo præcedēte delicto, ſed propter domini ſęuitiã, vel etiã ſui criminis grauiorem punitionē confugiũt: vt hîc, aliàs non: vt l. ſi ſeruus. & l. fi. §. adiicientes. verſ. & hoc quidē. C. de his, qui ad eccleſ. confug. & c. inter alia. extra, de immu. eccl. Sed de iure canonico non iuuatur delinquens in eccleſia. c. fin. extra, eo. tit. aliàs ſic, niſi eſſet publicus latro: vt dicto c. inter. & idē per omnia intelligas de cœmiterio: vt xvij. quæſt. iiij. c. ſi quis contumax. Ang.

ADDITIO. Apud Cor. Tacitũ, lib. iij. C. Seſtius in Senatu diſputat, à Deo non niſi iuſtas ſupplicum preces exaudiri, neque quenquam in Capitolium vel alterius vrbis templa perfugere, vt eo ſubſidio ad flagitia vtatur. Liuius autem libr. iij. decad. iij. narrat quendã Decium Magium Campanũ, qui à Pœnis vinctus Carthaginem ducebatur, ad ſtatuam Ptolemei Regis, ad Cyrenas, confugiſſe: itaque manus

e Bonis cõditionib⁹. ſ. vt pretium habeat: & ad dominũ primum non reuertãtur: vt ſ. §. proxim. & ſ. §. ſed hoc. in fin. & ne ſimili pœna anteriorũ afficiantur, vel ne expo nãtur, vel proſtituantur, vel exportētur, vel vendantur amodo: vt j. proxi. §. & §. fin.

f Rectè. ſ. pręcepit.

g Malè. Quia intereſt principis locupletes ſub ſe habere ſubiectos: vt in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag. §. cõſiderauimus. quod non contingeret, ſi cuilibet ſeruos ſuos liceret occidere.
Et nota, ꝙ illud idē quod intereſt pri
uati principaliter & Reipubl. ſecun-
dario, vt ſ. dixi de iuſti. & iur. §. fi. Ar-
gu. contra. ff. ſol. ma. l. etiam. §. licet. &
l. ſi conſtante. §. ſi maritus.

h Vtatur. Nota, quòd quãdoque de-
trahitur res inuito domino propter
odium dominorum, vt hîc: quandoq;
fauore religionis: vt ff. de religio. l. ſi
quis ſepulchrum. quandoque fauore
libertatis: vt j. de don. in fine. quãdo-
que fauore vltimæ voluntatis: vt ff. de
leg. j. l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. & hoc
eſt contra regulam, vt C. de contrah.
empt. l. inuitum. Accurſ.

i Marianum. Proconſulem Aeticæ,
aliàs Euticæ ſeu Beticæ vrbis: vt ff. eo.
l. ij. in princip.

k Dominorum. Hinc inde allegat,
& primò duas pro dominis rationes,
vel dicta ponit.

l Illibatam. i. non diminutam.

m Intereſt. i. eis proderit, vt ſeruos
non perdant: & dic, denegetur, ſcili-
cet à nobis: vel dic, intereſt. i. ad eos
pertinet, ne denegetur, ſcilicet à do-
minis: cũ fortè vxor aut filij, vel alij
domini

domini familiares inferant hoc: sed prima verior.

a Iniuriam. Quam patiuntur iure naturali inspecto, non iure ciuili: vt infrà de iniur. §. seruis.

b Denegetur. sic ff. de off. Praefec. vrb. l. j. §. quod autem.

c Infami. i. infamata, seu magna iniuria.

d Fraudē Vel euidētem, quia non obedit: vel callidā, dicens non esse illū seruum, qui fugit.

Adde, ꝙ hîc gl. malè intelligit: quia tex. intelligit de fraude commissa à domino, non à seruo. Syl.]

DE PATRIA potestate.

lium contra saeuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam [a] denegetur [b] his, qui iustè deprecantur. Ideòque cognosce de querelis eorum qui ex familia Iulii Sabini ad statuam confugerunt & si vel durius habitos, quàm aequum est, vel infami [c] iniuria adfectos esse cognoueris, vænire iube: ita vt in potestatem domini non reuertantur. Quòd* si meae constitutioni fraudē [d] fecerit: sciet me hoc admissū seuerius exequuturum.

TITVL. IX. DE PATRIA potestate.

IN potestate [e] nostra sunt liberi nostri, quos ex iustis [f] nuptiis procreauimus[a]. Nuptiae[g] autē, siue matrimonium, est viri & mulieris coniunctio [h], indiui-

consuetudinem pariat. Etenim coniunctionum duae sunt species: alia corporum tantùm, alia verò animorum simul & corporum. Nam qui concubinas habēt, corpore quidem vt belluae coniunguntur: sed nihil aliud habent inter se commune, sibi enim vnusquisque parat, sibi quaerit, sua cuique libera volūtas est, itaq; concubina, inuito eo cui coniūcta est, poterit discedere, & alteri se in matrimoniū, aut concubinatū dare. At qui vxorē ducit, eo animo ducit, vt mors sola eā coniūctionē diuellat. C. Vi. *qui. D.

Nota qui sint in potestate nostra. Item, quid sint nuptiae, & quid matrimonium: & dic aliter definiri nuptias in l. j. ff. de rit. nupt. Syl.

Quia suprà dixit de his, qui sunt in potestate dominorum, ideo subiungit de his qui sunt in potestate parentum: vt promiserat suprà tit. j. §. j. Aret.

IN potestate. Totus iste tit. diuiditur in quatuor partes. Primò ponit dictū in genere, qui liberi sunt in nostra potestate. Secundò, definitionem nuptiarū vel matrimonij. Tertiò, qui habēt filios in potestate. Quartò ex praedictis infert specificādo quod primò dixerat. Secunda ibi, Nuptiae. Tertia ibi, Ius autem. Quarta ibi, Qui igitur.

CASVS. Cognoui sanè quae fuerit dominorū potestas: sed cupio (nisi molestū est) patrum etiā quae fuerit in liberos potestas, intelligere. Quínam igitur verè paternae potestati subiecti sunt? Liberi, inquit, ij dūtaxat, qui ex iustis nuptiis procreati, ac suscepti sunt. Quoniā duo dixisti, Ex iustis nuptiis: velim mihi vtrūque singulatim explices. dicam* de subiecto primùm, posteà de attributo. Quid appellas nuptias? Nuptiae alio nomine appellātur Matrimonium. Nuptiae autem sunt maris & foeminae coniunctio, diuini & humani iuris tam arctam communionem continens, vt indiuiduā vitae

e In potestate. Hoc verbum multis modis sumitur: vt suprà proxim. titu. diximus. §. j.

f Ex iustis. Quae sint iustae, dicetur infrà tit. proxi.

Adde ꝙ ex hac gl. iuncto tex. not. ꝙ filij spurij, vel aliter illegitimi non sunt in potestate parentis, nisi posteà legitimentur. §. fi. infrà tit. j. Syl.]

g Nuptiae. Et dicuntur ab obnubendo, id est, velando: quia velatae incedere debent, vt ait Isido. Sed matrimonium dicitur ideo, quia mulier nubit, vt mater fiat. & haec duo nomina (licet diuersis rationibus) idē signant. Item coniugium, & connubiū, & consortium: vt ff. de rit. nupt. l. in eo iure. §. hoc caput. licet hoc vltimum quandoque inter seruos accipiatur: vt C. de ser. fug. l. fin. inter quos propriè dicitur contubernium: vt C. de incest. nup. l. cum ancillis.

h Coniunctio. Animorū nōn corporum tantum: vt ff. de reg. iu. l. nuptias. & illa coniūctio animorum significat vnionem, quae consistit inter Deum, & iustā animā. Vnde Apostolus, Qui ad-

hæret Deo, vnus spiritus est cum eo. Reliquum. s. coniunctio corporũ, designat conformitatem, quæ cõsistit in carne inter Christũ, & sanctam ecclesiam. i. humanum genus. Vnde Euangelista, Verbũ caro factũ est: & habitauit i nobis. Adde, ꝙ sola coniunctio animi sufficit cum intentione coniũgẽdi corpus. d. l. nuptias. ff. de regu. iur. & vltima verba gloss. sunt verba tex. in c. debitum. de biga. Syl.]

duam [a] vitæ consuetudinem continens.

¶ [illegible]

Connubium autem, vt scribit Vlpianus in Epit. tit. v. est vxoris iure ducendæ facultas.

¶ a Indiuiduam. Quo ad affectionem: sic ĩ. de iust. & iur. in princ. Actu enim plerunque fit separatio, tam iure veteri, quàm nouo permittente: vt C. de repud. l. consensu. in princ. & in auth. de nupt. §. si ergo. & in aut. vt lic. mat. & auiæ. §. quia verò. Sed nunquid hãc affectionem habet aliquis ad concubinam quandoque? Certè sic: & ideo adiicias huic definitioni, diuini & humani iuris cõmunicatio: vt ff. de rit. nupt. l. j. Diuini: quia eiusdem sectæ debent esse: vt non sit vnus Christianus, & alter Iudæus: vt C. de Iudæ. l. ne quis. Humani: quia forum viri sequitur vxor: vt ff. ad munic. l. fin. §. ij. secus est in cõcubina, vel qualibet minus legitima vxore, vt ff. ad munic. l. de iure. §. fin. licet concubinatus iure permittente sit. ff. de concub. l. in concubinatu. in fin. Neque valet oppositio de matre ad filium: quia ibi non est talis consuetudo, qualis ad vxorem: vt ĩ. titu. j. §. ergo. & in auth. quomod. oport. epis. §. j. & §. volumus autem. ibi, Sed aut solæ, &c.

CASVS.

¶ Ius autem. Intelligo, qui paternæ potestati subiecti sunt. quæro nunc quo ex iure profecta sit, naturali, gentium, an ciuili? Ex ciuili Romanorũ, inquit. Nam etsi aliæ gentes genus aliquod potestatis in liberos natura retineant, nulla tamen est, quę hanc nostrã obseruet. nobis enim propria & peculiaris est. In quo autẽ versetur, posteà cognosces ex libro I I. Nam olim vitæ, necísq; potestatẽ parentes in liberos habebãt. Itaq; Cassius filium, ꝙ primus in Tribunatu plebis legẽ Agrariã tulisset, deposita potestate, propinquorũ & amicorum cõsilio domi adhibito, affectati crimine regni damnauit, verberibúsq; affectũ necari iussit. Præterea parentes famẽ laborantes, liberos vendere poterãt. nunc autem ius patrium magis in pietate situm est, quàm in illa pristina herili potestate. Ergo M. Tullius filiũ quem ex Terentia suscepit,

¶ Ius autẽ [b] potestatis, quod in liberos habemus, proprium est ciuiũ Ro

in sua potestate habebat. neq; tantùm filium, sed qui etiam iustis nuptiis ex eodem filio nasceretur, & qui deinceps ex eo nepotem, pronepotem, & abnepotem. Quid autem in filia? Cicero enim filiam habebat charissimam, nomine Tulliolam. ea C. Pisoni nupsit, ex quo filium suscepit. is filius nunquid erit in M. Tullij potestate? nequaquam, inquit: sed in C. Pisonis, eodem modo, quo Cicero filius in patris potestate manebat. Cor. Vibul.

Not. quòd soli Rom. ciues habẽt filios in potestate. Not. ꝙ verba non dicuntur superflua, quæ ad maiorẽ declarationem ponuntur: non enim necessaria erat illa clausula, Nulli autẽ, cùm esset dictũ, proprium: quod est, quod alteri nõ competit. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & ad hoc allegat iste tex. per Dec. in consil. cclxij. Item ꝙ dictio ergo, est illatiua. Item ꝙ eandem potestatem habet auus in nepotem, quam pater in filium. Item quòd descendentes ex filia nõ sunt in potestate aui materni: & sic quòd descendentes sequuntur patrem, nõ matrem quoad patriã potestatẽ, & familiã. Sy.

Ius autem Quod cõsistit in septem. Primò: quia necessitate famis pater filium vendere potest, vel obligare: vt C. de pa. qui fil. distr. l. ij. Secũdò: quia ab eo in ius vocari nõ potest: vt C. de in ius vocan. l. fi. Tertiò: quia nec cum eis agendo, iudiciũ habere possumus: vt ff. de iud. l. lis. Quartò: quia per eũ acquirimus: vt ĩ. per quas person. no. acq. §. j. Quintò: quia in iudicio cõtra aliũ sine licẽtia nostra esse non potest: vt C. de bon. quæ lib. l. fin. §. j. Sextò: quia eo inuito sua bona aduẽtitia administramus: vt infrà per quas perso. no. acq. §. j. Quidam tamen dixerunt, ꝙ alimenta adinuicem hoc iure præstantur: quod falsum est: cùm in emancipatis

cipatis etiã hoc fit: vt ff. de lib. agna. l. si q̃s à liberis. in prin. Itẽ ciuilis obligatio inter nos esse nõ potest, vt ĩ. de inut. stip. §. itẽ inutilis. Et vt octauus, vt possim petere filiũ in meã potestatẽ. Circa q̃d distingue: q̃a aut à nullo detinetur, aut ab aliquo, volens, an inuitus. Primo casu petam eũ per officium iudicis. ff. de li. exh. l. iij. §. hoc autem. & preiudiciali actione in rem agam: vt ĩ. de ac. §. præiudiciales, non interdicto, nisi in casu: vt si volo eũ adire hæreditatẽ, in qua fact⁹ est hæres: vt ff. de acquir. hær. l. si quis mihi. §. iussum. & de lib. exhi. l. si cum. In secũdo eadem auxilia locum habent: & plura. s. rei vendicatio de iure Ro. vt ff. de rei ven. l. j. In tertio locũ habet interdictũ de libe. ho. exhi. Item actio in rem de iure Quiritũ: vt ff. de rei ven. l. j. §. j. & de lib. exh. l. j. j. respon.

manorũ[a]. Nulli enim alii sũt homines, qui talẽ in liberos habeant potestatem, qualem nos habemus.

¶ *Filiis ex legitimis nuptiis progenitis, omnésque per filios ... dẽ es, in patria sunt potestate: ex filia ve ...*

¶ Qui igitur ex te, & vxore[b] tua nasci tur, in tua[c] potestate est. Itẽ, qui ex filio tuo, & vxore eius nascitur, id est, nepos tuus, & neptis, æquè in tua sunt potestate: & pronepos, & proneptis, & deinceps cæteri. Qui autẽ * ex filia tua nascũtur, in potestate tua nõ sunt[d], sed in patris eorum.

TITVLVS X.

DE NVPTIIS.

¶ *Masculi decimumquartũ annũ attingentes: & fœminæ duodecimũ, iustas ... qua in potestate cõstituti, non nisi patre assentiente, contrahere possunt: modo talis sit pater, qui consensum præstare valeat.*

IVstas autem nuptias inter se ciues Roma-

non est sub Imperio Romano. Ias.

b Et vxore. Aliud si ex cõcubina: vt ĩ. tit. j. §. fi. vel incesto coitu nat⁹: vt in authen. quib. mod. nat. effi. leg. §. fina.

c In tua. si tamẽ tu sis tui iuris, nõ aliàs: vt ff. ad l. Iu. de adulte. l. sic eueniet.

d Nõ sunt. q̃a q̃ nascũtur, patris familiã sequũt: vt ĩ. de legib. agn. tut. §. j.

*sap. Th. alii legunt tamen.

DE NVPTIIS.

¶ Suprà tit. pro xi. in prin. dictũ est q̃ in potestate nostra sũt liberi, quos ex iustis nuptiis pcreauim⁹. ideo hic subiungitur inter quos dictę iustę nuptię cõtrahuntur. Accursius.

ADDITIO. In quibusdam exẽplarib⁹ titu l⁹ est, de iustis nuptiis. rectè. & probatur ex initio huius tituli.

IVstas autem. Iste tit. diuiditur in viij. partes. In prima ponit, q̃ possunt cõtrahere matrimoniũ, & qualiter, subiiciẽdo quæstionẽ de filio, & filia furiosi. Secunda ibi, Ergo non omnes. vbi ponit generaliter & specialiter quasdam esse personas, inter quas non potest esse matrimonium, scilicet inter ascendentes, & descendentes. Tertia ibi, inter eas. vbi ponit inter quas personas ex collateralibus etiam coniunctis per adoptionem potest fieri, & non fieri matrimonium. Quarta ibi, Affinitatis. vbi ponit inter quas personas non potest fieri matrimonium ratione affinitatis. Quinta ibi. Illud certum. vbi ponit qualiter matrimoniũ prohibeatur ratiõe seruilis cognationis. Sexta ibi, Sunt & aliæ. vbi ponit generaliter quasdam esse alias personas, inter quas non potest constitui matrimoniũ. Septima ibi, si aduersus.

a Romanorum. i. Omnium, qui sunt de Ro. Imperio. aliæ verò gẽtes quædam, vt seruos tenẽt filios, vt Sclaui: aliæ vt prorsus absolutos, vt Francigenę: ideo cautè dicit ĩ. talẽ, qualem.

ADDITIO. Dum dicit, quòd filii Francigenarum non sunt in potestate parentum: adde quòd hanc glos. in hoc reputat vnicã. & singul. Bal. in c. j. §. si duo fratres. aliàs ille §. est. c. ij. in tit. de fratri. de nouo benedic. inuest. Hanc etiam glos. Bal. commendat in cap. j. an maritus suc. vxo. in benefic. & vide totum in l. pen. C. qui test. fac. poss. & in d. c. j. an mari. suc. vxo. in benefi. dicit Bal. quòd ista glo. est sing. Et eam etiam dicit sing. Ia. ad hoc, quòd regnum Franciæ

annullat matrimonia cōtracta cōtra iuris præcepta,& quicquid secutū est exinde,& punit cōtra faciētes. Octaua ibi, Aliquādo, vbi ponit de filiis naturalib⁹,& quomodo possūt legitimari. Item prima pars principalis. ni [a] contrahunt, diuidit in tres partes. Nam in prima ponit dictū generale. In secunda illud declarat. In tertia determinat incidentem quæstionem. Secunda ibi, Masculi, Tertia ibi, vnde quæsitum. secundum Por.

CASVS. Quoniam dixisti eos in patrū esse potestate, qui ex nuptiis, iisque iustis, suscepti essent, & de subiecto, id est de nuptiis explicasti, sequitur vt de attributo exponas. Quæ sunt iustæ nuptiæ? Quas, inquit ciues Romani inter se cōtrahūt: veluti C. Cęsar ciuis Roman⁹ Pōpeiā ciuē Romanā Qu. Pōpeii ciuis itē Romani filiā vxorem ducit, hæ dicūtur iustæ nuptiæ. Sed an satis est cōiuges esse ciues Romanos? minimè. desideratur enim vt leges de nuptiis scriptę in eo cōiugio obseruatæ sint: veluti hę quas postea enumerat. Quænā illarum prima est? Vt masculus sit ætatis, qua malæ adolescentiū lanugine vestiri incipiunt: id est annorum xiiii. fœmina, qua possit iam concipere, & sit iam matura viro, ac nubilis. nempe annorū xij. Quænam est lex secunda? Vt qui adhuc filiusfamilias est, id est patri subiectus, patris consensum habeat: veluti Pamphilus amabat vnicè Glyceriū: quoniam tamen in patris erat Simonis potestate, eam sine & Simonis sui patris & Chremetis Glycerii patris cōsensu ducere non poterat. Et quonam ex iure hæc lex enata est? Ex naturali & ciuili, inquit. Naturale autem, Gentium hîc significat, neque enim id belluarū etiam commune est. Ius autem gētium à Deo constitutū est vt Cicero in legibus testatur. quare, Canonici (genus animantium rationis & humanitatis expers) qui nuptias sine parentum consensu furtim contractas cōfirmarunt, ius diuinum sustulerunt. neque enim mouet, quod citant, Quos Deus coniunxit, homo non separet. Deus enim illa clandestina matrimonia non coniunxit.

¶ Vnde quæsitum est.] Orestes, vt notū est, ob interfectā Clytēnestrā matrē furiosus euasit. Finge filiā eius velle nubere, aut filiū velle vxorē ducere. At nūc dicebas cōsēsum patris exquiri: furiosi autē nullū videri esse cōsensum: mentis enim cōpos non est. quid fiet? De filia inquit, facilè conuenit inter Prudentes, vt patris consensum non expectet. qui secundū præ- opinor, hac de causa, q̃ filios non gignet filia in Orestis patris sui potestatem: sicuti paul⁹ antè dicebamus. itaque ipsi inuito nō augebit familiam. De filio verò dubitabatur, q̃ fortè qui ex eo nascerentur, iū aui inuiti potestatem nascerentur. itaque inuito illi ab intestato successores essent. Imperator autem filio quoq; vxoris ducendę potestatē sine patris furiosi consensu permisit. Cor. Vib.

¶ Nota quæ sint iustæ nuptiæ. Itē in qua ætate contrahere matrimonium liceat. Itē q̃ filio contrahenti matrimoniū requiritur cōsensus paternus ex ciuili & naturali ratione. Item, q̃ nō solùm consensus, sed iussus requiritur. Item, q̃ filii furiosi sine paterno cōsensu cōtrahunt nuptias. Item, quòd statutum in filia furiosi nō extenditur ad filium, contra hîc notata per Angel. aliàs enim non fuisset necessaria decisio Imperatoris: nec fuisset variatum, vt dicit idem Imperator. Item, quòd matrimoniū est tantùm inter liberos. Sylu.

ADDITIO. Vlpianus in Epit. tit. v. Iustū, ait, matrimoniū est, si inter eos q̃ nuptias cōtrahūt, cōnubiū sit: & tā masculus pubes, q̃ fœmina potens sit, & vtriq; cōsentiāt, si sui iuris sunt: aut etiā parētes eorū, si in potestate sunt. Connubium autem est, vxoris ducendæ facultas. Hæc ille. Porrò Eguina. Ba. sentit hoc loco Canones requirere non coitum, sed cōsensum eorum, de quorum coniunctione agitur. inter quos sunt parentes. c. sufficit. 27. q. 2. c. nostra. 30. q. 5. vtcūque glossatores aduersus rationem naturalem abusum iuuant iudicantium.

¶ a Ciues Romani. i. Liberi homines: vt s. de lib. §. fi. serui ergò non faciunt matrimonium. sed contuberniū: vt hîc, & C. de incest. nupt. l. cum ancillis. & in auth. de nupt. §. si verò, decretū. ver. si verò ab initio. Sed aliud est iure canonicū, quod præualet: vt in auth. de eccl. tit. in pri. & in glo. vbi dicit, q̃ canones sūt seruādi p legib⁹.

Adde, q̃ de iure canonico matrimoniū est inter seruos: & potest contrahi

trahi etiã inuitis, & cõtradicentibus dominis.c.j.de coniug.seruor.Syl.

¶ a Præcepta. Quæ sũt ĩ.eo.tit.p totũ. & ff.eo.& C.eo.tit.p totum, vt colligemus in magna gl.ĩ.eo.§.sunt & alii.

¶ b Puberes. id est, Maiores xiiij. ann. vt ĩ. quid.mod.tu.fi. in prin.

ADDITIO. Hæc gl.non bene loquitur. nã licet quo ad tutelas,& testamẽta ille appellatur pubes, qui xiiij. annum cõpleuit, si vir sit, aut xij.si mulier fuerit: quò tamẽ ad matrimonia cõtrahẽda appellant pubeStres: q̃ primum coire possunt: non igitur in matrimonio copulando pubertas cognoscitur ex annorum numero, sed ex potestate coeundi.c. puberes.extra de despon. impu.secundum Christoph.

¶ c Viri potẽtes. I. Maiores xij. annis.ĩ. quib.mo.tut. fi.j. respon. sed in spõsalibus vij.anni sufficiunt: vt ff.de sponsalib. l. in sponsalibus. Sed nunquid hodie xv. anni sunt necessarij ad matrimonium: vt in authen.de temp. nõ sol.pecu.§.nouim⁹. Respõ. lex illa consuetudinem,& frequẽtiam hominum ponit. aliud de iure, vt hic. Item quid, si aliquis antè, quàm istud tempus attingat, inuentus fit sufficiens ad matrimonium? Videtur quòd nubere possit: vt ff. quã. dies. le.ce.l. pe. quasi felici diplomate vsus: vt ff. de verb.obli.l.continuus.§. cùm ita, Sed contradico. imò lege Iulia de adulterio,& stupro commisso poterit puniri: vt ff.de adul.l.inter liberas.j. resp. & est pro hoc.ff.de concub.l.j.§. fi. Si autem de facto intra dictum tempus vxorem quis acceperit, tunc erit vxor, cùm ad ætatem prædictã peruenerit, vt ff.de ritu.nupt.l.minorem.

ADDITIO. Pro notatis in hac gl. vide c.puberes.extra de despõ.impu. vbi opinio glo.videtur reprobari. Et ꝑ fin. hui⁹ glo.vide c.j.de despõ.imp. li.vi. An autẽ mulier possit cõtrahere matrimoniũ ante xij. an. dic secundũ

cepta [a] legũ coeũt masculi quidẽ puberes [b], fœminæ autẽ viri potẽtes [c]: siue patres * familiarũ [d] sint, siue filii familiarũ: dũ tamẽ, si filii familiarũ sint, * consensũ habeãt parentum, quorum sunt in potestate [e]. Nã hoc fieri debere,& ciuilis [f] & naturalis [g] ratio suadet: intantũ, vt iussus parentis præcedere debeat [h]. Vnde [i] quæsitũ est, an furiosi filia nubere aut furiosi fili⁹ vxorẽ ducere possit [k]? Cũque super filio [l] variabatur, nostra processit decisio [m]: qua [n] permisiũ est, ad exẽplũ filiæ furiosi [o], filium quoque furiosi posse, & sine patris interuentu, matrimo-

Ioã. de Pla. q̃ sic, vt puta ꝑpter pacẽ: vt c.ij.de despõ.impu. Itẽ si malitia suppleat ætatẽ: vt c.j.de cõiu. seruo. & c. de illis.de despõ. impu.q.a mai⁹ periculũ est in ea, quã in masculo, ꝑpter calidiorẽ sãguinẽ ad luxuriandũ. & fragilitatem sexus: vt in glos. q̃ incipit, Nam de filia ĩ.

¶ d Patres familiarũ. I. Qui sunt iuris sui, cuiuscunq; ætatis sint: sic & matresfa. Sed filii, & filiæfa. q̃ sunt in potestate, cuiuscunque ætatis sint: vt ff. de iis, qui sunt sui, vel alie.iu.l. nã ciuium.

¶ e In potestate. Quid ergo de emãcipatis? Videtur idem: vt C.eo.l.viduæ. sec illud cõsilium est, nõ præceptum. Quòd autem possit filius emãcipatus, dicitur ff. de contra.tab.l.iij. §. si emancipatus. & ff.de rit.nupt.l.filius emancipatus.

¶ f Et ciuilis. Quia est in potestate de iure ciuili Ro. vt ĩ.tit.j.§.ius.

¶ g Et naturalis. Quia pater: vt ff. de iusti.& iure.l.ij. vel quia proauus: vt ĩ.de pupil.subst.§.ij.

¶ h Debeat. Aliàs non valet: vt ff. de sta.homi.l.Paulus respondit. videtur tamen consentire, nisi contradicat expressè: vt ff.de spon. l. in sponsalibus. in fin.

¶ i Vnde. Quia patris consensus exigitur.

¶ k Possit. Videtur quòd non, cùm pater non possit consentire: vt ff. de iur. cod.l.ij.§.furiosus.

¶ l Super filio. Nam de filia facilè consensum fuit: quia fortè calidior sanguis est in ea: vt in auth. de nõ eligen. §. cùm igitur. vel veriùs propter fragilitatem sexus. Arg.ĩ. qui alie. licet.in prin.sed prima non placet.

¶ m Decisio, id est, Sentẽtia vel lex: vt C.eo.l.si furiosi.

¶ n Qua decisione.

¶ o Furiosi. idem & si captus fuerit. & abfuit pater per triennium, vel nescitur an viuat, vel nõ: vt ff. de nup.l.si nepos.§.fi.& l.si ita.

niũ sibi copulare, secundum datum[a] ex nostra constitutione modum.

¶ [illegible]

¶ Ergo[b] non omnes[c] nobis vxores ducere licet. nãquarundã[d] nuptiis abstinẽdum est. Inter eas enim personas, quæ parẽtũ, liberorúmve locũ inter se obtinẽt, cõtrahi nuptiæ non possunt: veluti inter patrem, & filiam: vel auum, & neptem: vel matrem, & filium: vel auiam, & nepotem: & vsque in infinitum[e]. Et si tales personæ inter se

¶ a Secũdũ datũ. s. Cũ auctoritate curatoris patris, & dote, secũdũ quãtitatẽ patrimonij patris data: vt C. eo. le. si furiosi. in fi. Sed iure canonũ sufficit cõsensus eorum, de quorũ matrimonio agitur. sed illud fortè in aliis, non in filiisfamiliâs. intelligitur. vel credo, q hoc corrigit: qa ita honesta est res cõtrahere matrimoniũ, sicut & intrare monasteriũ: vt in authent. de sanc. epis. §. sed & hoc præsenti.

ADDITIO.

Aemil. Fer. pro interuentu, legit Interitu. qd cùm omnes, quos vidi libri, tũ etiã Theophilus refellit. καὶ τὴν τοῦ πατρὸς μὴ ἀναμένειν συναίνεσιν. i. & patris non expectare consensum. Ergo significat non requiri, non desiderari, non opus esse patris furiosi consensu.

¶ Ergo. Diuiditur in quinque partes. Primò ponit vnũ dictũ. Secundò ponit rationẽ dicti. Tertio suũ dictũ specificat.. Quartò ponit, quid resultet contrahendo cum aliqua de prohibitis hic. Quintò extendit ad filios adoptiuos. Secunda ibi, nã à quarundã. Tertia ibi, Inter eas. Quarta ibi, Et si tales. Quinta ibi, & hæc adeo.

CASVS. Iam duas leges exposuisti, è quibus iustæ nuptiæ conciliari possunt. quænã est tertia? Ne cognatione cõiuncti matrimoniũ inter se cõtrahant. Et qd est cognatio? Cohærentia quędã personarũ, quæ p generationẽ cõtracta ex eodẽ sãguine cõstat. cui9 cõmunione altera alteri cõiũcta est. veluti, Adamus fons & quasi caput est ex quo sanguis in posteros defluxit: q vno sanguine inter se cõiũcti sunt, ex quo etiã cognati inter se dicentur. Et quænã est diuisio cognatiõis? Alia est parẽtũ, q supra caput nostrũ sunt: alia propinquorũ q ab vtroqve latere nobis coniunguntur. Ex quo intelligis non posse describi cognationẽ in Adami persona, quippe cuius parentes nulli sunt: sed genealogiam duntaxat: vt suo loco docebimus. Quos ergo lex vestra nuptias cõtrahere prohibet? Eos primùm qui parentum, aut liberorum numerorum. Nam Cicero matrẽ, auiã, proauiã, & q suprà sunt, vxores ducere non poterat. nõ itẽ filiã, aut neptẽ, aut pronepte, & quæ infrà sunt. semper enim aliquis nominandus est, cui9 de cognatiõe quæratur: qui Latinè vno verbo Propositus, Græcè, Hypotheticus dici põt. nã Hypothesim Cicero Propositum cõuertit. Video ista, putóq; naturæ admodũ esse consentanea. Sed memini alios quosdam esse filios, non re vera, sed fictione tãtùm, quæ adoptio dicitur: vt apud Terentiũ, Mitio, qui vxorem non duxerat. filium fratris Demeæ Aeschinũ adoptauerat: & Paulus Aemilius, P. Scipionis Africani filium: & Iustinus Imper. Iustinia. maximum Impe. cujus hę sunt leges. Quid ergo Finge Mitione puellam aliquam adoptasse, an non poterit eam vxorem ducere, quòd eam filiæ loco habeat? Non poterit, inquit: ac ne eius quidẽ filiam: adeò vt etiam dissoluta adoptione, ea lex permaneat. Cor. Vib.

Not. q regula nuptiarum est prohibitoria certarum personarum, & ideo qui non prohbetur contrahere, intelliguntur permissi. Item, quòd inter ascendentes & descendentes in infinitum, etiã adoptiuos, & soluta adoptione non sunt iustæ nuptiæ. Item, q incestus & nefarius coitus dicitur cũ cõsanguineis. Itẽ, quòd cessante causa quandoque cessat effectus. Syl.

¶ b Ergo. Quia secundum præcepta legum fiunt matrimonia, ergo, &c.

¶ c Non omnes. scilicet mulieres.

¶ d Quarundam. scilicet mulierum.

¶ e In infinitum. Adeò, vt si Adam hodie viueret, nó posset habere vxorem,

rem, secundum Ioan. vt ff. de rit. nupt. l. nuptiæ consistere.

Vlpianus in Epit. tit. v.

Inter parentes & liberos infinitè cuiuscunque gradus, connubium nõ est.

a Idem iuris.

Vt non possint coniungi.

Inter eas. Diuiditur in quatuor partes. Primò ponit dictũ in genere ĩ trãsuersalibus. Secundò illud specificat in transuersalibus coniunctis per sanguinem. Tertiò de coniunctis per adoptionẽ. Quartò infert ex prædictis vnum casum. Secunda ibi, Sanè. Tertia ibi, Sed etsi. Quarta ibi, Et ideo.

Habeo de recto cõsanguinitatis ordine: nunq̃d aũt est ali⁹? Sanè verò. Is q; ordo dicitur transuersus, cuius gradus q̃dam appellant, eo numero, quo

coierint, nefarias atque incestas nuptias cõtraxisse dicũtur. Et hæc adeò* vera sunt, vt quanuis per adoptionẽ parentum, liberorúmve loco sibi esse cœperint, nõ possint inter se matrimonio iungi: intantum, vt, etiam dissoluta adoptione, idẽ iuris[a] maneat. Itaque am, quæ tibi per adoptionem filia, vel neptis esse cœperit, non poteris vxorem ducere: quamuis eam emancipaueris.

Inter fratrem & sororem ex vtroque, vel altero parente [illegible]

consistere nequit, quod ius ad adoptiuos fratres (quãdiu adoptionis vinculũ permanet) etiã trahitur: eo verò soluto, nil obstat nuptiis contrahendis.

Inter eas quoque personas quæ ex transuerso gradu cognationis iũguntur, est quædã similis obseruatio: sed non tanta[b]. Sanè enim inter fratrem, sororémque nuptiæ prohibitæ sunt: siue ab eodem patre eadémque matre nati fuerint, siue ex altero* eorum. Sed & si qua per adoptionem soror tibi esse

co intelliges. Quid ergo consilij Dario Persarum regi impartires? Is Alexandro magno Statyrãm filiã suã nuptũ collocat. vult aũt Alexãdrum generũ suũ adoptare: ex quo continget, vt Alexãder fit frater Statyræ adoptiuus. At nũc dicebas nuptias inter sororem & fratrem adoptiuum non consistere: quid fiet? Remedium inuentũ est, inquit. Darius emancipet suam filiã. dicebamus enim tum posse valere nuptias, quum vel adoptio, vel patria potestas dissoluta est. Cor.

Not. q̃ maior est prohibitio descẽdentium, quàm collateraliũ: quia illa est in infinitum: hæc vsq; ad certos gradus. Itẽ quòd inter fratres, & sorores non sunt iustæ nuptiæ, siue ex vtroq;, siue ex altero parẽte se

*alterutro D.

sunt generationes, veluti, Sergius Catilina genitus est ex patre Sergio, ecce, vna generatio vnũ efficit gradũ. idẽ Sergius pater Sergiam filiã procreauit: ecce alter gradus. Quæro, an Catilina suam sororem in matrimonio habere possit? Nequaquã. & cũ nefarius ille nebulo rem cũ sorore sua habuit, contra leges, & religionẽ fecit. Quid verò si non sint germani, sed alter ex altero patre, aut matre natus est? Respondet, idem iuris esse. Quid verò in adoptione? idémne iuris est in sorore, quod dixisti in filia? veluti, P. Aemylius Scipionem adoptat, licétne Scipioni P. Aemylij filiam habere in matrimonio? Distinguo: Dum adoptio manet, non licet: ea dissolura, licebit. Licebit præterea & alio modo, si P. Aemylius suã filiam ex potestate sua emiserit. quod quomodo fiat, suo lo-

contingunt. Item q̃ adoptiua durante adoptione, non ducitur in vxorem. Item, quòd emancipatio inter adoptiuos collaterales soluit penitus affinitatem. Item, quòd finita causa impedimenti, finitur impedimentum.

b Sed non tanta. f. Vsque ad gradum septimum, secundum canones: vt xxv. quæst. iij. c. progeniem. & c. de consanguinitate. & c. in copulatione. & c. nulli. Sed secundum leges vsque ad quartum: vt infrà eod. §. fratris. Idem hodie iure canonico: vt extra de consanguinitate & affinitate non debet. & c. vltim. Sed tamen alitèr accipitur gradus secundum canones, quàm secundum nos: vt dices infrà de gra. co.

Adde, quòd hodie de iur. cano. prohibitio est vsque ad quartum gradũ. c. non debet. §. prohibitio. de consan. & affin. Syluest.]

a Quandiu. Sic ff. de verb. obli. si stipuler. §. j. sic ff. de li. & posthu. l. si quis posth. in fin.

b Dissoluta. Quia ipsa est emancipata, vt differat à sequenti casu.

c Generum. i. Maritum filiæ.

d Eum. s. patrem.

e Antea. id est primò.

f Filiam. Hoc ideo: quia emãcipatione facta, desinit esse agnata patri: ergo per patrem non potest fieri agnata tali filio adoptiuo, vt ff. de adopt. l. qui in adoptione. hodie verò non desinit, vt j. de leg. agn. suc. §. fin. & ita hoc cõsiliũ hodie non valet.

Sed hæc gl. cõmuniter repræhenditur: quia & si non quo ad facultatem succedendi, desinit tamẽ quo ad familię nomen. & ad contrarium. §. sed hodie. j. tit. j. respon. secundum Christophorum, quòd quanuis in potestatem non trãseat, iura tamen adoptionis consequitur, vt C. de in ius vocan. l. fin. & l. adoptiuum. ff. eo. Vel secundum Iasonem transit, sed habetur pro non transeunte, vt d. l. fin. Iason.

g Nurum. id est, vxorem filij, vt probatur infrà eod. §. affinitatis.

cœperit, quandiu[a] quidem constat adoptio, sanè inter te & eam nuptiæ consistere non possunt. Cùm verò per emancipationem adoptio sit dissoluta[b], poteris eam vxorem ducere. Sed & si tu emãcipatus fueris, nihil est impedimento nuptiis. Et ideo cõstat, si quis generum[c] adoptare velit, debere eũm[d] anteà[e] filiam[f] suam emancipare, & si quis velit nurũ[g] adoptare, debere eum anteà filiũ suum emancipare.

Filiam, vel neptem fratris, vel sororis suæ non pot[est] quis [illegible]

Fratris verò, vel sororis filiam, vxorem ducere nõ licet. Sed nec neptem fratris, vel sororis quis ducere potest, quanuis quarto gradu sint. Cuius[h] enim filiã vxorem ducere nõ licet, neque eius neptẽ permittitur.

Filiam sororis adoptiuæ potest quis ducere [illegible]

Eius[i] verò mulieris, quam pater tuus adoptauit; filiam non videris impediri vxorem ducere: quia neque naturali, neque ci-

neptem licebit. Quid autẽ in sororis adoptiuę filia? Eam, inquit, licet. Quia quum matres iure ciuili non habeant in potestate liberos (vt alibi disces) per adoptionẽ non transferunt eos in potestatem patris adoptiui: quamobrem tibi iure ciuili cognatione nulla coniuncti sunt. Cognatio enim, quę natura contingit, tanquam nulla est in adoptionibus. Cor. Vibul.

Not. ꝙ inter patruum, & neptem ex fratre, vel etiam inter patruũ magnũ nõ licet cõtrahere nuptias. Itèm, ꝙ de iure ciuili neptes fratris, vel sororis sunt in quarto gradu. Item, ꝙ cuius filiá prohibeor vxorem ducere, ita & eius neptem. Itẽ, quòd filia sororis adoptiuę nõ coniũgitur nec ciuili, nec naturali iure mecũ. Item, quòd fortius est naturale vinculum, quàm ciuile. Item, quòd vinculum legale tantum est inter adoptantem, & adoptatum. Syl.

Fratris. Diuiditur in tres partes. Primò ponit dictũ. Secundò illud extendit. Tertiò rationem reddit. Secunda ibi, Sed nec. Tertia ibi, Cuius enim.

Fratris. CASVS. M. Cicero fratrem habet Q. Ciceronẽ, qui ex Pomponia vxore filiã habet: Licétne Marco eam vxorem ducere? non licet. Quid eius neptẽ? nihilo magis. quid proneptẽ, aut deinceps? ne has quidem. Præceptum enim generale tenẽdum est, Cuius filiam non licet ducere, eius nec

h Cuius. Sed opponitur, filiam aui vel auiæ non possum ducere: tamen neptem possum, quæ est mihi cõsobrina: vt j. eod. tit. §. duorum? Resp. hanc reg. strictè intellige in eo casu, in quo loquitur, & in omni simili. s. quando ego & ille, cuius filiã ducere non possum, sumus in gradu primo ad stipitẽ, & in potestate eiusdem: & sic cuius, scilicet fratris vel sororis meę filiam, &c. & hoc in naturalibus. secus in adoptiuis, vt infrà §. proximo.

ADDITIO. Intellige istud verum, quando per adoptionem non contrahitur cognatio: vt ibi, secundum Ang. & Ias. aliàs secus.

i Eius. Sic construe: non videris impediri

pediri ducere vxorem filiam eius mulieris, quam pater, &c.

¶ g Octodecim annis. i. Tot annos debet habere plus adoptās, quā adoptatus, qui faciūt vnā plenā pubertatē tanti tēporis. Sed nūquid q. plures adoptat, debet plurib⁹ vicibus præcedere in tāto tēpore? Res. nō (vt puto) cùm secundū naturā etiā in vno anno ex diuersis fœminis. vel etiā vna possit habere filios plures. & in hoc adoptio imitatur naturam, vt hic. Et nota plurib⁹ modis dici plenā pubertatē. nā interdū xiiij. an. vt j. quib. mo. tut. fini. §. j. & s. tit. j. j. resp. aliàs xv. an. vt in auth. de tēp. nō so. pec. super do. §. generaliter. aliàs xvij. an. vt s. qui manu. nō pos. §. si. & ff. de postu. l. j. §. pueritia. interdum xviij. ann. vt ff. de ali. & cib. leg. l. Mela.

¶ h Non habeat. Vel licet vxorem

nō habeat: quo casu tamen est contra naturā: vt ff. eo. l. & qui vxores. Accur.

a In locum filii. Item nepotem ex vno, quasi ex altero natum: vt ff. eo. l. si pater. §. qui duos. non autem loco fratris: vt C. de hære. inst. l. nec apud.

re. quę ab intest. §. cùm autem Alii dicunt hoc totū, ei inuito. i. filio inuito: & agnascatur. i. iuxta eū quasi nascatur quò ad successionē, quod satis in idem redit. Alii hoc totum, ei inuito. i. auo inuito: q. voluntate filii *abest. proposuerat adoptare: nūc autem cōtra propositū suum facit: & hic dicit inuitus ratione propositi primi. Et secūdū istos, hic nepos, inuito auo filio, adoptatus nō succedit vnà cū filio: sed demum eo mortuo. prima verior est. Sed quare hic filius impediret matrimoniū sui filij, etiā auo volente, & nō impedit hūc ciuilē actū: vt ff. de rit. nupt. l. oratione. §. j? Respō. quia matrimoniū est vinculū magis indiuiduum: vt s. de pat. pot. j. respon.

Sed si quis. Octauius filium habet aut naturalē, aut adoptiuū. Vult tamen etiā in nepotis locū Herennium, quasi ex altero illorū natū, adoptare. licebitne id legibus facere? Licebit, modò cōsensu, & voluntate filij. qua de causa? ne cui inuito suus hæres adnascatur, & extorquatur. Sequens. §. per se intelligit. Cor. Vibul.

Not. quòd ille de cuius prę-iudicio tractatur, est requirēdus. Item, q nullus inuito potest adnasci. Item, quòd auus dat nepotem in adoptionē absque consensu filii. Item, quòd in plurimis filii legitimi tantùm æquiparantur legitimis & naturalibus. Item. quòd adoptatus potest dari in adoptionē. Syl.

Licet ... suum, ... alienum in suum suum adoptare.

Et tam filiū alienum quis in locum nepotis adoptare potest, quàm nepotē in locum filii[a].

¶ Sed si quis nepotis loco adoptet, vel quasi ex eo* filio, quē habet iā adoptatū, vel quasi ex illo, quē naturalem in sua potestate habet, eo casu & [c] filius cōsentire debet[b]: ne ei inuito suus hæres adnascatur. Sed ex contrario, si auus ex filio nepotem det in adoptionem, nō est necesse filium consentire.[c]

¶ *Adoptiuus pater adoptatum filium in potestate sua cōstitutum, vel arrogatum, alteri in adoptionem dare potest ... secus, q. ... alis pater possit.*

b Consentire debet. quod non est in aliis cognatis, qui possent sperare successionem: vt ff. eo. l. cùm adoptio. Et si quidē filius consentiat, bene est: & recidet nepos adoptiuus in potestatem suam. s. filii, mortuo patre: vt ff. eo. l. si quis nepotem. Si autem non cōsentiat filius, tunc agnascitur, i. appropinquatur, seu agnatus fit ei: id est, auo hic nepos, & suus efficitur hęres, etiam filio inuito: nec recidit in potestatem eius: siue dicas eum succedere vt filium, licet non sit filius: siue vt nepotem, quasi ex altero filio præmortuo auum: quo casu æqualiter cū patruo admittatur, vt j. de hæ-

ADDITIO. Et sic ista glo. intelligit hunc tex. tripliciter: ibi, ei inuito. Primò diuisim, vt exponatur ei. s. auo, inuito. s. filio. Secūdò & tertiò cōiunctim, vt illa verba in totùm referantur, vel ad filiū, vel ad auum: cōtra quæ facit. d. l. si quis nepotem. Iason.

c Cōsentire. Sed videtur, quòd sic. nā læditur filius in duobus, & in hæreditate siue in bonis, quæ ad filium suum proponebat ex voto trāsmittere: vt ff. vnde libe. l. scripto hærede. quod non facit: vt j. de hæred. quæ ab intest. defer. §. at hi. & quia in potestatem illius transit, quare in patris sui naturalis potestatem non recidit iure isto veteri, vt s. eo. j. respon. Ad primum respōdeo: quia alio modo potest euitare instituendo eum. Ad secundum dico, quòd non potest æstimari patria potestas: vt ff. de legat. j. l. filiusfamilias. §. secundū vulgarem,

garem. Sed hodie vterq; timor cessat. nam & succedet, & in suã potestatem recidet, vt C. de adopt. l. cùm in adoptiuis. §. scimus. & ĩ. eo. §. sed hodie.

a In plurimis. Quãdoq; enim est cõtra: vt ĩ. de hær. quæ ab intest. §. minùs. secundũ Azo. Itẽ in eo, quod adoptiu⁹ pater non tenet eũ instituere, vt ĩ. de her. quę ab intesta. §. sed ea omnia. ver. cum nec necessitas.

b Extraneũ. vt sic transeat in suam potestatem: vt ĩ. eod. §. sed hodie.

CASVS. Quęro an spado adoptare possit? Distinguo. Spadonũ enim nomen generale est, quod duas species complectitur. Alij enim sunt, quibus viriliũ mẽbrorũ vitio spes generãdi prorsus adẽpta est, vt antiqui Persarũ reges, qui Bagou vocabantur, vt Dorus apud Terentium: alij, quibus sublato vitio spes est generare posse: quales sunt qui vocantur ὑποσπαδίαιοι, qui semen habent fœcũdum, sed quia meatus contortos vinculum occupat, generare non possunt. Illi ergo, qui Castrati vocantur, neque adoptare, neque arrogare possunt. Hi verò possunt. Sequens §. nostræ non indiget explicationis. Cor. Vib.

Not. quòd adoptio non potest fieri ab his, qui non habent potestatem generandi de facto, secùs à natura. Item, quòd impossibilitas de facto magis impedit, quàm naturalis. Item, quòd fœmina non adoptat, nec habet filios in potestate. Syl.

c Vtriusque. Quarum vna hodie vocatur arrogatio, alia adoptio: vt ĩ. eo. §. Imperatoris.

d Non possunt. Qui omnes eunuchi vocantur: sed ab hoc genere detrahit castratos, qui generare non possunt, id est, castè sic natos, vt nunquam potuerint generare.

In plurimis[a] autem causis assimilaturis, qui adoptatus vel arrogatus est, ei, qui ex legitimo matrimonio natus est. & ideo si quis per Imperatorem, vel apud Prætorem, vel Præsidem prouinciæ nõ extraneum [b] adoptauerit, potest eũdem in adoptionẽ alij dare.

¶ *Qui secundum na-* [illegible] *ture rare nequeunt, nec secundum artem sibi parare queunt.*

Sed & illud vtriusque[c] adoptionis commune est: quod & hi, qui generare nõ possũt [d] (quales sunt spadones[e]) adoptare possunt: * castrati autem non possunt.

¶ *Fœmina non po[...] adoptare, nisi e[...] propter amissos liberos ex principis indulgẽtia cõcedatur*

¶ [illegible] *vt iuribus potestatis patriæ minimè* [illegible]

Fœminæ quoque adoptare non possunt [f]: quia nec naturales liberos in sua potestate habent[g]: sed ex indulgentia [h] Principis ad solatium liberorum amissorum [i] adoptare possunt.

*absunt D.

e Spadones. Quibus testiculi, vel genitalia abscissa sũt cultello vel spatha, & est ratio: quia forti⁹ est impedimentũ naturę, quàm accidentis: vt hîc, & ff. de lib. & posthu. l. sed est quæsitũ. §. j. & ij. Et no. q vulgariter promiscui appellant.

ADDITIO. Spadonum tres sunt species. Primi sunt, eunuchi, quibus aut virile membrũ totum, aut soli testes adempti sunt. Secundi, q Thlibię Thlasię que dicunt, qui attritos fractósve testes habẽt. Tertij, qui quãuis generare nõ possint, non est tamen illis spes adempta sublato vitio. Primi & secundi Castratorum nomine hoc §. intelliguntur, reliqui generis nomine, Spadones. vide l. si serua. ff. de iur. dot. l. adigere §. quanuis. de iur. pat. & Anton. August. lib. iij. cap. v.

f Non possunt. Sed ipsæ arrogari possunt: vt ff. eo. l. nam fœminæ.

g Habent. Nota fœminas non habere filios in potestate, & facit ad hoc ff. de suis, & legi. l. nulla. & ĩ. de hære. qual. & diffe. §. cæteri. & ff. de contra. tab. l. illud. §. ad testamenta.

h Sed ex indulgentia. De nouo iure concedenda, vt C. eo. l. mulierem.

i Amissorum. In acie principis: vt hîc innuit. & ĩ. de exc. tut. §. sed & si in bello. ff. de inoffi. test. l. si suspecta. §. fin. Sed nunquid & tunc habebit in potestate? Videtur quòd sic, cùm beneficia Principum sint extendenda: vt in authentic. const. quæ de di-

gni.§.pen.& ff.de constit.princ.l.pen. Sed tamen contrà dico ad instar.scilicet naturalium. nam naturam imitatur adoptio: vt s.eo.in §.minorem.& facit ad hoc C.eo.l.mulierem.

ADDITIO. Verba Suetonij in Tiberio hæc sunt: Adoptatur ab Augusto, coactus ipse prius Germanicū fratris sui filiū adoptare: nec quicquam postea pro patrefa.egit, aut ius, quod adoptatione amiserat, ex vlla parte retinuit. nam neq; donauit, neq; manumisit ne hereditatem quidem aut legata percepit vlla aliter, quàm vt peculio referet accepta.

Illud ppriū. CASVS. Mitio Aeschinū adoptat, Aeschinus filium habebat Luciū. Eritne Lucius in Mitionis potestate? erit. Quid si non naturalis, sed adoptiuus erat Luci⁹? veluti, Augustus adoptat Tiberiū. is Germanicum Drusi fratris sui filiū adoptauerat. eritne Germanicus in Augusti potestate, nepotis numero? erit. Cornel. Vibul.

¶ No. quòd adoptione trāseunt etiam filij in potestatem adoptantis. Syl.

¶ *Arrogatus non solùm in* [illegible] *in potestate habet.*

¶ Illud proprium est adoptionis illius, quæ per sacrum oraculū[a] fit, quòd is, qui liberos in potestate habet, si se arrogandum dederit, nō solùm ipse potestati arrogatoris subiicitur, sed etiā liberi[b] eius in eiusdem fiunt potestate, tāquam nepotes. Sic etenim diuus Augustus[c] non anteà Tiberium adoptauit, quàm is[d] Germanicū adoptasset: vt protinus[e] adoptione facta[f], inciperet Germanicus Augusti nepos esse.

¶ *Seruus à domino adoptatus, vel apud acta filius nominatus, libertatem nan*[illegible]

¶ Apud Catonem bene scriptum refert antiquitas, seruos *, si à domino adoptati[g] sint, ex hoc ipso posse liberari. Vnde & nos eruditi, in nostra constitutione[h] etiam eum seruū, quem dominus, actis[i] interuenien-

¶ a Oraculum. i. Per principē, vt de eo, qui sui iuris est, & ideo trāsit etiam hodie in potestatem arrogatoris: vt suprà eodem, in princip. ideo sic dictum quia oramus, siue deprecamur eum, vt in talibus præstet hostibus auctoritatem. Accurs.

¶ b Liberi. Omnes nati & nasciturі, & etiam reuersuri ab hostibus: vt ff.eo. l.si paterfamilias.in princi.fallit hoc. ff.de oper.liber.l.operæ.

¶ Adde, quòd intelligitur sec. Ias. si nati sunt: secùs, si in vtero essent. l.fin. ff.de collat.bonor.Syl.

¶ c Diuus Augustus: Hic Imperator volebat adoptare quendam nomine Germanicū, & hic Germanicus noluit cōsentire: vnde nō poterat procedere adoptio. vt infrà titu.j.§.si pater.& ff. eod.l.ij.in prin. vnde Augustus callidè suasit cuidam nomine Tiberio, vt illum Germanicū adoptaret, quod fecit: & hunc Tiberium postea arrogauit princeps: quare & per consequens habuit Germanicum loco nepotis.

¶ d Is. Tiberi⁹.

¶ e Protinus. i. statim.

¶ f Adoptione facta à Principe.

¶ Apud Catonem. CASVS. Pompeius Demetrium seruū adoptat. Quid cōsequit̄ Demetrius? Libertatem, nō enim filij ius, item vt qui liber adoptatur. Quid si non apertè adoptauit, sed tantum apud magistratum eum filium suū appellarit, eámq; rem perscribi consignariq; voluerit, & inter acta iudicialia eius diei referri? Etiam libertatem, sed ius filij, minimè. Cor. Vib. Not. ꝙ per adoptionem serui efficiūtur liberi. Itē, quod libertas nō solùm expressè, sed tacitè dari potest. Item, ꝙ seruus filius nominatus, fit liber, si nominetur in actis, licet nō acquirat iura filiorum. Item, ꝙ verba blanda, & adulatoria in iudicio emissa fauore libertatis operantur. Item, ꝙ si non valet quod ago, vt ago, valet, vt valere potest. Item, quòd ex sola nominatione quæritur ius. Syluest.

*seruis

¶ g Adoptati. s. à domino: ab extraneo autem non potest etiam libertus: vt ff.eo.l.si pater.in fine.

¶ h Constitutione. Vt C.de lat.libe. tol.l.vnica.§.simili quoque modo.

¶ i Actis. id est, coram iudice: dicendo hæc verba, veni huc, fili, secundum Azo. vel, vt puto, corā iudice agebatur,

tur, vt filius fieret adoptiuus, & inde facta fuit scriptura, nó tamen res peruenit ad perfectionē: vt differat à proximo casu superiori. Aliud si extra iudicium talia fierent. vel agerentur. vt C. de libe. caus. l. pen. & sic collige ex hoc & superiori responso, ꝙ si id quod ago, nó valet vt ago, valet tamē vt valere pōt: sic C. de lat. lib. tol. l. vnic. §. simili quoq; modo. Arg. contrà. ff. de iur. codic. l. j. & ff. de pact. ibest. l. si vnus. §. si acceptilatio.

[illegible] Respondent doctores, quòd ibi constabat testantem nolle codicillari.

tibus, filium suum nominauerit, liberum esse constituimus: licet hoc ad ius filij accipiendum non sufficiat.

TITVL. XII.

QVIBVS MO[illegible] [illegible]

¶ [illegible] dit, si non superfit et pater, in cuius re[illegible]

Q[illegible] [illegible] ẽis soluitur.

¶ Suprà visum est, quomodo dominica potestas constituatur, & constituta tollatur: subsequenter visum est qualiter patria potestas causetur. Sequitur de iure videre, quibus modis dissoluatur, secundum Porcum.

Videamus. Totus iste tit. diuiditur in sex partes. Primò, qualiter dissoluatur patria potestas morte naturali. Secūdò qualiter morte ciuili ex delicto proueniente. Tertiò qualiter propter dignitatem à filio acquisitā. Quartò qualiter propter captiuitatē patris vel filij. Quintò qualiter emancipatione. Sextò qualiter per dationē in adoptionē auo paterno, vel materno. Secunda ibi, Quum autem. Tertia ibi, Filius. Quarta ibi, Si ab hostibus. Quinta ibi, Præterea. Sexta ibi, Sed & si pater. Item hoc principium subdiuiditur in quatuor: quia primò ponit de quo est tractaturus. Secundò qualiter: aliàs s. dixit de seruis. Tertiò qualiter filij liberentur à patria potestate, generaliter respon. Quartò dictam responsionem diuidit. Secundà ibi, Et quidem. Tertia ibi, Hi verò. Quarta ibi, Sed hoc.

Videamus nunc quibus modis hi, qui alieno iuri sunt subiecti, eo iure liberentur. Et quidem [a] quemadmodum liberentur serui à potestate [b] dominorum, ex iis intelligere possumus, quæ de seruis manumittendis superius exposuim⁹. Hi* verò, qui in potestate parentis [c] sunt, mortuo eo[d], sui iuris fiunt. Sed hoc [e] distinctionem recipit. Nam, mortuo patre [f], sanè omnimodo filij, filiæve

[illegible] Didici quemadmodum potestas in homines comparari, acquirique possset, tum herilis, tū patria. Quæro nunc quibus ea modis dissoluatur? Herilis quidē manumissione: vt dictum est. Patria autē, morte. Nā Alexander, Philippo mortuo, sui iuris efficitur. An verò etiam aui sui Amyntæ morte? Etiam, modò antè Philipp⁹ esset mortuus, aut emãcipatus. Nam emancipato Philippo, Alexander in solius erat Amyntæ potestate. Eo igitur mortuo, liber est. CVib. *Ex Gaij Inst. tit. 6.

¶ No. quòd verbum, videamus, refertur ad oculū intellectus. Item, ꝙ cognito quomodo aliquid concipiatur, vel acquiratur, cognoscendū est quomodo dissoluatur, vel amittatur. Item, ꝙ morte patris, vel aui filij, vel nepotes sui iuris efficiuntur. Item, ꝙ licet dictio, omnimodo, habeat naturam pręcisam, recipit tamen congruū intellectū secundum alia iura: vt hîc, & cap. j. de desponsat. impuber. Syl.

¶ a Et quidem. q. d. quid sit circa seruos de absolutione potestatis eorum, diximus s. de lib. §. j. & §. multis.

¶ b A potestate. Subaudi dominica.

¶ c Parētis. Strictè accipe pro his tãtùm, qui sunt superiores ex linea masculina. Nam fœminæ non habent in potestate filios: vt s. titu. j. §. fœminæ. generalius accipitur s. tit. ij. §. j.

¶ d Eo. scilicet Parente.

¶ e Hoc. Scilicet, quod dixi morte superioris inferiores effici sui iuris.

¶ f Patre. f. familiàs. subaudi supra

quem nullus est ratione potestatis.
¶ a Non omni modo.i.generaliter.
¶ b Sed ita.s.Fiunt sui iuris.
¶ c Eorum.scilicet nepotum.
¶ d In potestate. Et non exiuit. nam si exiuit,& post ea rediit, quia est arrogatus, nõ recideret filius in potestatẽ eius: vt ff.de adopt.l.si pater filium.& est ratio,vt ibi not.

ADDITIO.

Scilicet, quòd ius semel quæsitum, nepoti non debet tolli per arrogationem:per regulã iuris,l.Ius nostrum.ff.de reg.iur. Alia enim ratio ibi posita reprobatur. qđ facit,vt post impetrationem vacaturæ nubens non obtineat: etiam si vxor moriatur.Angel.

¶ e Is.s.filius prædictus.

f Mortuus est.s.Filius prædictus.

¶ g Sui iuris. Nisi in casu: vt quando per dignitatem filius sui iuris factus fuisset: vt in authent. constit. quæ de dign.§.illud.

¶ Quum autem.Diuiditur in quinque partes. Primò de deportatione patris.Secũdò de deportatione filij.Tertiò de indulgentia principis.Quartò de relegatis. Quintò de seruis pœnæ. Secunda ibi, Pari ratione.Tertia ibi, Sed si ex indulgentia. Quarta ibi, Relegati.Quinta ibi,Pœnæ.Aretin.

Ouidius ab vrbe abesse iussus est, & maris Euxini positos ad læua Tomitas,quærere.Quæro,retinétne patriam in liberos potestatem? Distinguo. Si deportatus est, quia ciuitatem Rom. amittit, non retinet. Patria enim potestas (vt iam antè didicisti)ciuium est Rom.propria.similiter filius deportatus, & exul, è patria potestate migrat.Sin autem duntaxat relegatus est (vt ipse de se testatur) retinet. sic autem de Augusto loquitur : Ipse relegati : non exulis vtitur in me nomine, tuta suo iudice causa mea est.similiter igitur relegati liberi patris in potestate remanent. Nunquámne deportatus potestatem illam recuperat? Imò verò, principis beneficio & ciuitatem, & potestatem potest recipere.

sui iuris efficiũtur. Mortuo verò auo, nõ omnimodo [a] nepotes, neptésque sui iuris fiunt: sed ita [b], si post mortẽ aui in potestatem patris sui recasuri non sunt. Itaque si moriente auo, pater eorum [c] viuit, & in potestate patris sui est, tunc post obitum aui in potestate [d] patris sui fiunt. Si verò is [e], quo tempore auus moritur, aut iã mortuus est [f], aut emãcipationẽ exiit de potestate patris, tunc ij, qui in potestatem eius cadere nõ possunt, sui iuris [g] fiunt.

¶ *Deportatio patris [illegible] potestatis vinculum soluit, restitutio verò principis, id in pristinũ statũ reponit.*

¶ Quum autem is, qui ob aliquod maleficium in insulam deportatur [h], ciuitatem amittit : sequitur,

Pœnæ serui. Quis præterea patriam potestatem amittit? Seruus pœnæ. Qui sunt serui pœnæ?Qui pœnæ,ac supplicio mancipati sunt. veluti,qui ad effodiendum metallum damnantur.aut calcem, aut sulphur.Itẽ qui in cibum dantur bestiis, vt Daniel vir sanctus:aut spectaculi gratia cum bestiis pugnaturi committuntur, vt ille Androdus (si liber fuisset) qui à leone agnitus est Romæ in circo maximo:de quibus scribit Gellius lib.v.cap.xiiij.Cor.Vib.

¶ Not. quòd deportatus perdit ciuitatem. Item, quòd qui desinit esse ciuis Rom.non habet filios in potestate. Item,quòd dictio, perinde, denotat similitudinẽ,licet non per omnia. Item,quòd mors ciuilis æquiparatur naturali.Item,quòd deportatione filij soluitur patria potestas:ex quo notatur,quòd patria potestas est ciuium Roma.actiuè, & passiuè. Exigit enim in patre, & filio ciuilitatem. Item, quòd restitutio reponit omnia in pristinum statum. Item, quòd relegatio non tollit patriam potestatem, secus in seruitute pœnæ. Item,quis dicatur seruus pœnæ.Syl.

¶ Cùm autẽ. Dictũ est §.qualiter soluitur patria potestas morte naturali: nunc ponit, quãdo morte ciuili. Acc.

¶ h Deportatur. Hîc no.ꝙ hæc sententia deportationis vt valeat. j. vt statum, & ciuitatem perdat, non potest dari,nisi à quatuor iudicibus.s.ab Imperatore, vel ab eo, qui eius vice iudicat.& à præfect.præto.& à præfect. vrb. ff.de pœn. l.ij. §.j.& de legat.iii. in l. Deportare possunt quatuor iudices.

vt qui eo modo [a] ex numero ciuium Romanorũ tollitur, perinde* quasi eo mortuo [b], desinant liberi in potestate eius esse. Pari [c] ratione & si is, qui in potestate patris sit, in insulam deportatus fuerit, desinit esse in potestate parentis. Sed si ex indulgentia* principis [d] restituti fuerint per omnia pristinum statum [e] recipiunt. Relegati autem patres in insulam in potestate sua liberos retinent [f]. Et ex contrario liberi relegati in potestate parentum

*quasi.

*aliàs, principali.

in l.j.§.à præfecto.& ff.de inter.& releg.l.inter pœnas. §.j. Idem credo in senatoribus, qui parem sententiam.i. parem habeant effectum principi, vel maiorẽ quàm prædicti: vt ff.à qui.appel.non licet. l. j.§.j. Si autem alius iudex talem sententiam det, non valet, nec mandatur executioni, nisi princeps approbet eam, vel insulam siue locũ assignet, vt ff. de leg.iij.l.j.§. ij.& §.deportatos. & ff.de iniust. rup.& irri. testa.l.si quis.§. eius.in gl.j.Quę autem sint delicta pro quibus in insulam debent deportari, dicemus infrà de publi.iudi.per totum titulum. Sed relegare potest quilibet, qui habet merum imperium, vt ff.de inter.& releg.l.relegatorũ.j.resp. Et not.ꝙ primò de media, secundò de relegatione, tertiò de maxima dicit. Prima & vltima tollunt patriam potestatem: sed relegatio non sic. cum status non sit mutatio, nec capi.deminutio.

a Eo modo. i. Per istam deportationem in insulam.

b Mortuo. Non deportatum mortuum. s. ciuiliter. sic ff.de contra.tab. l.j.§.quidam filium.& ff.pro soc.l.verum.§.societas.ver.intereunt.

c Pari. Hîc not. vbi est eadem, vel similis ratio, idem ius cõstituatur. sic ff.de verb.oblig.l.à Titio.circa fi.& j. quod cũ eo, qui in alie.po.§.si igitur. in fi.& ff.de eden.l.quidam.§.nummularios.in glo.quia.& ff.ad leg.Aqui.l. illud. Arg.contra ff.de colla.bon.l.si quis.in fin.j.respon.ibi, hæc in patre. Solue secundum Ioan. Fab. & Angel. hîc, quòd ibi non erat eadem ratio per omnia.

d Principis. Aliàs principali. Sed nũquid per alium poterit restitui? Resp. non: nisi fortè per senatorem qui potest restituere ad statũ: vt ff.de postul. l.j.§.eũ, qui.ver.de qua & §.an autem. Adde restitutionem fieri per omnẽ, qui auctoritatem supremam principis habet, siue sit senatus, siue ciuitas. l.fin.& ibi glos.& doctor. C.de præscript.long.temp. Syl.

e Statum. scilicet quantum ad honores, vel ordines, & similia: vt C.de sen.pas. l.j.ergo & patriã potestatem: & hoc vult dicere. Sed contrà dicitur C.de sent.pa .l. insulam & l.si pater. Solu.hîc specialiter ad omnia fuit restitutus. secundum M.& sic facias punctum ibi, per omnia. hanc reprobo: quia semper intelligitur ad omnia restitui, nisi cõtradixerit expresim: nam verbum. s. restituo, generale est, vt ff.de vsur.l.videamus. ij.§. in Fauiana. Alij hoc intelligunt ad patrem reuertentem tantum referendũ, cui debet restitui filius in potestatem: sed filio restituto non sic: quia sic noceret ei restitutio. ar. C.de legi.& con. l.quod fauore. Sed hanc opinionem reprobo. nam libertus deportatus, & restitutus in libertinitatem, recidit, vt ff.de iu pat.l.siue libertus. Dic ergo interesse, vtrũ princeps dicat hæc verba, restituo te: & tunc ad omnia restitutus videtur, vt hîc. an hæc, indulgeo tibi: quo casu de pœna tantùm remittenda cogitasse videtur: vt in contrariis argumen. C.de sent.pas. l.generalis.& l.tutor. & l.cum indulgentia. & C. de gener.abo.l.fina. Accursius.

f Retinent. Nota differentiam inter deportatũ, & relegatum quo ad familiam: vt hîc, & j.proxi §.Item hic bona retinet, ille non: vt ff.de interd.& relegatis.l.j. Item hic ciuitatem retinet. ille non: vt ff. de interdi.& releg. l.relegati. & l.relegatorum §.siue ad tempus.& §.ad tempus. Item ꝙ hic ad tempus, vel in perpetuum: ille autem tantum in perpetuum deportatur: vt ff.de interdi. & releg. l. relegati. & l. relegatorum.§.hęc est differentia. sed in libertate non est differentia. nam vterque liber remanet: vt ff de bonis dam.l.sed si alia.§.j.Sed bannitos nostri temporis quibus comparabimus? Resp. si tantum est maleficiũ, vt etiam cum ciuitate bona sua publicẽtur, vel

Deportatus, & relegatus differunt.

de iure, vel de consuetudine ciuitatis: tunc deportato comparabo. aliàs relegato, vt argu. ff. de bonis damna. l. j. non autem dico, quòd possit deportari à præside de iure: vt s. §. proxi. diximus. nec relegari aliquis potest à defensore ciuitatis: cùm sit de imperio mero relegatio: vt in auth. de defen. ciui. §. nulla. in fine §. Vnde versus, Qui deportantur, semper pœna cruciantur. Pœna relegatis est téporis, estque perennis.

a Pœnæ. i. Supplicij. supplicium enim suus dominus est, nõ fiscus: vnde ei nihil quærit: vt ff. de iis, quæ pro nõ scrip. ha. l. iij. Sed nouo iure nemo ingenuus fit seruus ex supplicio: vt in auth. de nup. §. quod autẽ. & §. si verò.

*Alias dantur. Ingenuus ex supplicio non fit seruus.

remanent.

¶ *Seruitus pœn[illegible] patriam pote[illegible] tollit. Angel.*

¶ Pœnæ [a] seruus effectus filios in potestate habere desinit. Serui aũt pœnæ efficiuntur, qui in metallũ [b]* damnantur: & qui bestiis [c] subiiciuntur.

¶ *Sola patritia[illegible] dignitas filium à [illegible]*

Filiusfamiliàs.

¶ Filiusfamiliàs si militauerit [d], vel si Senator *, vel si Consul factus fuerit: remanet* in potestate patris. Militia enim, vel consularis dignitas de patris potestate filium non liberat [e]. Sed ex constitutione [f] nostra summa Patriciatus [g] dignitas ilico omnes liberantur. Cor. Vibul.

*extiterit.

*maneat.

CASVS. L. Torquatus in militiã proficiscit, ac ꝓ patria nullũ periculũ refugit: liberatúrne à patria potestate? minimè. Quid, si sit Patricius, i. Senator? nã sub Constãtino magno, ac deinceps Senatores, Patricij dicti sunt. Olim ne consulatus quidẽ, de patris iure quẽquã liberabat. Iustiniani verò lege, & consules, & Patritij

b In metallum. i. in opus metalli, ad fodiendum metallũ, vel etiam deportandum, & hi, ne fugerent, ligabantur, & pondere quodã opprimebantur, vt ferro vel alio modo. Alij verò erant, qui dicebantur damnati in opus metalli: & hi non tanto pondere opprimebantur: & qui hinc fugiebãt, in metallo ponebantur. Alij verò erant qui in ministeriũ, vel in seruitium metallicorum tantum ponebãtur. ex hoc, si perpetuò fieret erant serui: aliàs contrà: vt ff. de pœn. l. aut damnũ. §. inter eos. & §. quisquis. & §. in ministerium. Sed quid, si prouincia nõ habeat metalla aliqua vel ferri, vel alicuius similis cõditionis? Respon. in vicinam prouinciam mittebantur, vt ff. de pœ. l. aut damnum. §. est pœna. Alij sunt in opus publicum perpetuò dati, vel ad tempus, qui sunt similes relegatis: vt ff. de pœn. l. quidam. sed huiusmodi pœnæ non sunt in vsu hodie. Accurs.

c Bestiis. Deducendis fortè. vel etiam vt comederet cum eis, vel alia bestialia faceret. de hac pœna dic vt not. ff. de pœn. l. qui vltimo.

[illegible] Qui in cibum dantur bestiis, subiecti bestiis dicuntur: qui verò ad pugnam bestiarum introducuntur, obiici bestiis magis dicuntur: cuius rei exemplum vide apud Gellium lib. 5. cap. 14. E. B.

Nota, quòd hoc iure filiusfamiliàs miles non liberatur à patria potestate. Item, not. Patriciatum liberare à patria potestate. Item, quòd argu. ab inconuenienti valet. Item, quòd argumentum de minori ad maius valet affirmatiuè. Item, quòd dignitas Patritiatus est summa & maxima. Item, vnde Patritij dicantur. Syl.

d Militauerit. id est, Miles factus fuerit: ad quod multa sunt necessaria: vt in auth. de mand. princi. §. fi. versi. si quidem. in glos. j. diximus etiam in l. penultima. ff. ex quibus causis maio. vbi sex requiruntur ad hoc quòd quis fit miles. Vel dic militauerit, id est, in exercitio militiæ fuerit.

e Non liberat. Hoc est iure isto. nã nulla dignitas, præter patriciatum releuat filium à potestate patris, vt subiicit: sed hodie xij. sunt dignitates, quæ liberant aliquem hominem: curialem à curiali conditione: vt C. de decur. l. fin. lib. x. & illæ eædem liberant à patria potestate: vt in authen. consti. quę de dig. §. j. & §. generaliter. vnde cùm sit ibi consul, corrigitur quod de eo hîc dicitur.

f Constitutione. Vt C. de consulibus. l. finali, libro duodecimo.

g Patriciatus. Erat enim patricius quasi principis pater. vnde Salustius, O pa-

O patres conscripti. nã scripta erant eorum nomina in aliquo loco, vel in corona capitis eorum, vel aliâs.

ADDITIO. Miserũ seculũ Accursij, Patricij primi dicti sunt q. ex cẽtũ patribus à Romulo lectis descenderunt, auctor Liuius lib. j. Sed sub Constãtino magno, & deinceps nomen esse cœpit supremi consilij, dictiq; sunt patricij, quasi patres cõmunis Reip. auctore Suida.

¶ Vide Bud. in suis annotat. in l. fin. ff. de Senato. Syl.

¶ a Ilico. Hoc est speciale in Patricio, & Cõsule, etiã hodie vt sola collatione. i. datione codicillorũ. i. dignitatis scriptæ, vel p aliquod priuilegiũ fiat sui iuris, etiã sine administratione: in aliis decẽ, tunc demũ cùm cœperint administrare: vt in auth. cõsti. quæ de digni. §. j. in gl. codicillos. quæ est C. epi. & cle. auth. sed dignitas. & C. de decu. l. fi. lib. x. Itẽ in tertio casu cùm ordinatur episcopus, qui est etiam vltra supradictos casus: vt in auth. constit. quæ digni. §. palam.

ADDITIO. Et nota, q vbi electio est necessaria ex parte vtriusq;, vt q. a eligẽtes cogũtur eligere: & electus cõsentire: quæritur ius ex sola electione etiã absenti, & ignoranti. l. illud. ff. de tut. & cur. da. ab his. Sed si nõ sit necessaria ex parte electi, vt in episcopo: quæritur ius ante acceptationẽ. c. si tibi absenti. de præben. lib. vj. Item vbi fit electio per viã facultatis, vt à populo vel domino. Sed est speciale in Patricio, & Consule, vt hic. Angel.

¶ b Liberat. scilicet dignitas.

¶ c Quis enim. quasi dicat, si quilibet pater etiam vilissimus filiũ suũ emãcipat quãdo vult. vt ĩ. e. §. admonẽdi. & §. præterea. quare hoc Imperator nõ poterit facere? vel dic in casu electi Patricij: quasi dicat, cũ ipse pater patricij possit emancipare, & ad hoc cõpellatur cum alapis, & verberibus: vt in auth. cõsti. quæ de digni. j. resp. quare & ipse Imperator &c.

¶ d Elegit. Quod rarò fit: vt C. de cõsulibus. l. fin. lib. xij. secundum M.

¶ Si ab hostibus. Diuiditur in tres partes principales, Primò loquitur, quãdo pater fuit captus. Secũdò quãdo fili⁹. Tertiò declarat quid sit postliminium. Secunda ibi, Ipse quoque. Tertia ibi, dictum est. Are.

CASVS. Pone C. Hostiliũ ab hostibus captũ esse Quæro, nũquid ei⁹ filius sui iuris euadat? Distinguo. Aut apud hostes moritur Hostilius: quo casu, etiam ex captiuitatis tẽpore liberat⁹ est fili⁹: aut postliminio rediit, ac tum liberatus nunquã fuisse dicit. Quid est redire Postliminio? Est post limina, siue fines imperij emigratos, in eadẽ rursus limina, finésq; reuerti. fines enim ditionis: limina veteres appellarũt. Seruiũ tamen aliter existimasse Cicero in Topicis testatur. Quid autem si filius captus est? Idem quod in patre constitutum est. Casus autẽ, siue propositũ in hoc §. vt vim huius legis intelligam⁹, fingi sic potest: Titius cùm duos haberet filios, in bonis autem aureos ducentos, ab hostibus captus est. alter filiorum ex centum aureis negotiatus tantundẽ quæstus fecit: alter ignauus ac dissolutus, otiosè tradidit. Postea nuntiatum est patrem apud hostes decessisse. Filij de diuidenda hæreditate agunt inter se. Iners ille filius vult omnia partiri ex æquo, quasi quæstus ille sit ex bonis paternis quoniã quæ filiusfamiliâs quærit, parẽti acquirit. Alter cõtrà gnauus atque industrius ex quo tẽpore pater captus est, eum mortuũ esse cõtendit, quare quæ suo labore quæsiuit, sibi non patri quæsita esse. Quod Imperator hoc §. confirmauit. Cor. Vibul.

¶ Nota quòd captus ab hostibus, etsi ciuis Roman. efficitur seruus hostium. Itẽ, quòd si pater capiatur ab hostibus, pendet ius liberorum. Item, quòd reuersi ab hostibus omnia iura recuperant. Item not. quid sit postliminium, vnde dicatur, & eius effectus: & quòd licet arguere ab etymologia vocabuli, & quid sit limes. Syl.

ADDITIO. De postliminij vocabulo Cicero ita disputat in Topicis: In quo, inquit, Seruus noster, vt opinor, nihil putat esse notandum; nisi post & liminium illud productionem

co[a], Imperialibus codicillis præstitis filium à patria potestate liberat[b]. Quis enim[c] patiatur, patrẽ quidem posse per emancipationis modũ potestatis suæ nexibus filiũ liberare:* Imperatoriã autẽ celsitudinem non valere eum, quem sibi patrẽ elegit[d], aliena eximere potestate.

* relaxatur.

-Patrem i. senatorem, inquit Nebr. ss. in lexico suo iuris ciuilis in ver. pater.

esse verbi vult, vt in finitimo, legitimo, æditimo nõ plus inesse Timũ, quã in Meditullio tulliũ. Scæuola autẽ P. F. iũctũ putat esse verbũ, vt sit in eo & post, & limẽ: vt quæ à nobis alienata sunt, cũ ad hostẽ peruenerint & ex suo tãquã limine exierit, deĩ cũ redierit, post ad idẽ limẽ, postliminio videatĩ rediisse.

Hostes qui dicã tur.

[a] Ab hostibꝰ. Hostes sũt quibꝰ populꝰ Rom. bellum indixit: vel ipsi po. Ro. vt ff. de cap. & post l. re. l. hostes,

[b] Pẽdet. Hîc colligit quoddã hominũ genus esse in pendẽti: vt diximꝰ

... minium ius. ... nim fingitur in ciuitate fuisse, qui ab hostibꝰ reuersus est.

¶ Si ab hostibus[a] captus fuerit parèns, qnanuis seruus hostium fiat, tamen pendet [b] ius liberorum propter ius * postliminii [c]. Quia ii, qui ab hostibus capti sunt, si reuersi fuerint, omnia pristina iura recipiunt. idcirco[d] reuersus etiã liberos habebit in potestate: quia postliminium fingit eũ, qui captus[e] est, in ciuitate semper fuisse. Si verò ibi decesserit, exinde, ex quo captus[f] est pater, filius sui iuris fuisse videtur. I-

Aspẽ T.

suprà, de iis qui sunt sui, vel alie. iur. §. j. Sed certè qđ hîc dicit, pendet, verũ est ꝑpter iuris fictionẽ. nã quo ad veritatẽ sui iuris est filius: vt ff. de testam. l. lege Cornelia. in fine. & ff. de lib. & posth. l. pen. & C. de sent. pas. l. fin ibi. quod est maximè, &c. & ff. ad Mace. l. j. §. j. nam pater seruus est hostiũ, vt s̃ de iure persona. §. serui. ergo aliũ in potestate habere non potest, vt ff. ad leg. Iuliã. de adulte. l. sic eueniet. Dic ergo, ꝙ nulla præterita, vel præsentia pendent inspecto statu præsenti, sed futura sic: vt infrà de verb. obligatio. §. conditiones.

Filius captus ab hostibus in veritate est sui iuris.

Adde meliorẽ tex. cum glo. in l. qui res. §. j. ff. de sol. l. cum hæredes. §. j. de acquir. pos. l. pe. ff. de suis. & legit. l. in bello. §. si quis capiatur. ff. de capt. & post. lim. reuer. l. bona. §. quod si filiꝰ. eodem titulo. Syluester.

ADDITIO. Etiam quo ad testamẽtũ, vel contractus filij super aduentitiis acquisitis ante captiuitatem, nec in aliũ trãslatis quouis titulo. præter quã hæreditario, aliâs secùs, secundũ Angelũ Areti. sed secũdum Iasonem non pendet contractus filij, nisi patris præiudicium concernant.

[c] Postliminij. Est autem postliminium ius amissæ rei recuperandæ ab extraneo, moribus, & legibus constitutũ: vt colligitur ff. de cap. & postli. reuer. l. postliminiũ. §. respon. Accur.

[d] Idcirco. Quia reuersi. omnia iura recuperant*.

*excepta possessione rerũ suarũ. l. denique, & l. nec vtilem. ff. ex quib. cau. mã. la i.

[e] Captꝰ. Et reuersꝰ vt ff. de cap. retr.

[f] Captus. Intra fines nostros, nec vltra deductꝰ.* ita ĩpropriè reuersus dicitur postliminio. Vel dic captus fuerat vltra fines: & tunc dicitur etiam redisse ante q̃ ad limina redeat: quia sic recuperat statum, licet impropriè. & facit ad hunc §. ff. de capti. l. in bello. §. j. item ad idẽ. ff. de vi, & vi arma. l. q. possessionem.

*Quia fuit recuperatus ante quã excederet fines. Ang. Po.

¶ Præterea. Diuiditur in sex partes. Primò qualiter ꝑ emãcipationẽ liberetur filius à patria potestate Secũdò qualiter fiebat emãcipatio de iure antiquo. Tertio qualiter fiat hodie. Quartò, ꝙ pater habet legitimam in bonis emancipati, sicut patronꝰ in bonis liberti. Quintò ꝙ pater legitimꝰ est tutor filij impuberis emãcipati. Sextó, ꝙ nepotẽ põt emãcipare, retẽto filio in potestate, & è cõtra. Secũda ibi, Sed emãcipatio. Tertia ibi, Nostrá. Quarta ibi, & tũc. Quinta ibi, Et preterea. Sexta ibi, Admonendi. Are.

CASVS. Num quisnã est alius prætereà modus? Per emancipationẽ. Et quid est emancipatio? erat olim quædã similitudo vẽditionis, in qua præter verum patrem alter pater adhibebatur, cui filiũ pater naturalis emancipabat, id est in manum tradebat: ab eo vicissim vnum aut duos numos in similitudinem pretij accipiens. quod iterum, ac tertiò fiebat, itaque de patris potestate exibat. vnde fictus pater dicebatur Fido carius. quòd pater verꝰ fiducia probitatis eius adductus, suum illi filium quasi venditum cõmitteret. Nunc verò quid est Emãcipatio? Sublata formula, nomẽ, eiúsque vis tota remansit. Est ergo nunc simplex liberatio filij, quam pater apud magistratus facit, filiũ sua potestate solutum declarans. Atque ex eo

tempore

tempore pater eadem habet iura in emancipati filij bonis, quæ patronus in bonis liberti: de quibus suo loco cognosces. Cor. Vibul.

¶ Not. modũ emancipandi de iure antiquo. Itẽ q hodie emãcipatione soluit patria potestas, & q idẽ iuris habet pater, qđ patronus. Itẽ nota circuit⁹ & fictiones reprobari. Syl.

ADDITIO.
Quomodo autẽ fiebat emãcipatio, docet Vlpian⁹ in titulis, tit. x. Liberi ait, parentũ potestate liberãtur emancipatione. i. si posteaquã mancipati fuerint, manumissi sint. Sed filius quidẽ ter mãcipatus, ter manumissus sui iuris fit. id enim lex xij. tabular. iubet his verbis, Si pater filiũ ter venundauit, fili⁹ à patre liber esto. Cæteri aũt liberi præter filium tam masculi, quàm fœminæ, vna mãcipatione manumissióne que sui iuris fiunt. Vide etiã (si lubet) Caium lib. inst. j. & in hunc §. Petri Nannij miscellan. lib. x.

a Preterea. nõ solum supradictis modis, sed prætereà, &c.

b Liberi. Generale nomen est ad omnes inferiores, vt infrà tit. ij. §. fin.

c Procedebat. id est, ea demum ad effectum per ducebantur. Accurs.

d Per imaginarias. i. fictitias. sic & ff. de reg. iur. l. imaginaria. nam pater vendebat filiũ pro vno nummo fortè: & emptor eũ manumittebat, vt hîc, & ff. de cap. demi. l. liberos. §. j. & C. eod. l. fi. j. resp. & facit ad hoc j. de testa. §. j. & propter hoc dicebat filius capite minui. Sed cũ hodie talia nõ fiãt, vt sequitur, nũquid dicit capite minui? Resp. sic: q a statũ suũ mutat ad min⁹: vt j. de ca. demi. j. resp. & §. minima.

e Ex imperiali rescripto. Et hoc modo etiã sine venditione fiebat: vt puto.

Et erat ratio, sẽcundũ Ang. hîc: quia frustra precibus imploratur, quod datur à iure. l. j. in gl. fi. ff. ad munici.

f Per constitutionem. vt C. de emanci. lib. l. fi.

g Fictione. Aliàs functione. id est, vsu. aliàs factione.

ADDITIO.
Quæ fictio non debet deduci in genere: putà q cõtract⁹ sit simulatus, sed in specie & qualiter presumatur, vel pbetur per testes. vide per Ang. hîc.

h Explosa. id est, expulsa. sic j. de fideic. hæredi. §. sed quia stipulationes.

i Recta via. Vel indirecta: nõ curo. vel dic i. recto iure.

Ipse quoque filius, nepósve, si ab hostibus captus fuerit, similiter dicimus propter ius postliminij, ius quoque potestatis parentis in suspẽso esse. Dictum est aũt postliminiũ, à limine, & post. Vnde eũ, qui ab hostib⁹ [capt⁹ * est, &] in fines nostros postea peruenit, postliminio reuersum rectè dicimus. Nã limina sicut in domo * finem quendã faciunt: sic & imperij finẽ esse limen, veteres voluerũt. Hinc & * limẽ dictũ est, quasi finis quidã, & terminus. Ab eo postliminiũ dictum est: quia ad idẽ limen reuertebatur, quod amiserat. Sed & qui captus, victis hostibus, recuperatur, postliminio redisse existimatur.

¶ *Emancipatio apud quemuis magistratum) etiã citra antiquã solennitatem) facta, patriæ potestatis vincula soluit: verùm pater ex emãcipati bonis sibi iure debitam portionẽ consequitur, illiúsque (si impubes sit) legitima tutela.*

Prætereà [a] emãcipatione quoque desinunt liberi [b] in potestate parẽtum esse: sed emancipatio antea quidem, vel per antiquam legis * obseruationem procedebat [c], quæ per imaginarias [d] venditiones, & intercedẽtes manumissiones celebrabatur, vel ex imperiali rescripto [e]. Nostra aũtem prouidentia, etiam * hoc in melius per constitutionem [f] reformauit, vt, fictione [g] pristina explosa [h], recta via [i] ad * competentes iudices, vel magistratus [k] parẽtes intrent [l] *, & filios suos, vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac de-

k Vel magistratus. Quilibet, etiã si non habẽt merũ imperiũ, vel mistũ: vt in auth. de defen. ci. §. iusiurandũ. vers. & quicquid aliud. & ibi gl. & etiã extraordinarios: vt duo bononien. coram iudice Mutin. vt ff. de manu vindi. l. etiam. §. fi. & C. de iudi. l. penul.

l Intrent. Si iudex est in domo.

abſunt quidam | domi- | limes. | * xij. Tabul. | * &. | * apud. | * Sic Th aliàs &.

inceps à ſua manu [a] dimittant. Et tunc [b] ex edicto [c] Prætoris in bonis [d] huiuſmodi filij, vel filiæ, nepotis, vel neptis, qui, quæve à parente manumiſſus [e] vel manumiſſa fuerit, eadem iura præſtantur parenti, quæ tribuuntur patrono [f] in bonis liberti. Et præterea, ſi impubes ſit filius, vel filia, vel cæteri, ipſe parens ex manumiſſione [g] tutelam eius nanciſcitur. [h]

¶ Habens filium, & ex eo nepotem in poteſtate, poteſt vnum ex eis vel ambos emancipare, &c.

Admonendi autem ſumus, liberum arbitrium eſſe [i] ei, qui filium, & ex eo nepotem, vel neptem in poteſtate habebit * [k]: filium quidem de

ſdem vbicunque ſit, dummodo non ſit in loco turpi, vt ff. de iuſti. & iu. l. pen. ff. de arbi. l. ſi cum dies. §. pen.

a Sua manu. i. debet capere eum per manum, & relaxare eum per verba ad hoc idonea. vel dic manu, i. poteſtate. nã quandoque & nõ capta manu emancipantur, vt C. de emanc. lib. l. pen. Accurſ.

b Et tunc. id eſt, Ex tunc. nam prius occuparet pater omnia iure peculij, vt ĩ. quib. non eſt permiſ. face. teſta. §. j. & eſt ſimile tunc. ff. de cond. & demon. l. iiij. in fin. & ff. ſi cer. pet. l. lecta. circa princ. ibi tunc eo amplius, & in gloſ. tunc. & ff. de vul. ſubſt. l. in pupillari. §. j.

c Ex edicto. ſ. Poſito. ff. ſi à pa. quis fue. ma. l. j. in fin. j. reſpon.

d In bonis. Acquirendis, vel acquiſitis: vel à patre ſibi nunc collatis.

e Manumiſſus. i. emancipatus. Impropriè enim ponitur, vt ff. quando act. de pecu. eſt anna. l. j. §. alienatio.

Patron⁹ qualiter ſuccedit liberto.

f Patrono. Patronus autem ſuccedit liberto in totum ab inteſtato, filiis non extantibus: ex teſtamento, in tertia parte bonorum liberti: liberis exiſtentibus, in nihilum: licet olim eſſet aliter, vt ĩ. de ſucceſ. lib. §. j. & ij. & §. ſed noſtra. Sic erit hîc in patre. Sed hæc ſimilitudo interdum fallit: nam interdum habet totum * pater, vt ſi filius turpem perſonam inſtituit hæredem: vt ff. ſi à paren. quis fuer. manumiſſ. l. Pantonius. in princ. Interdum nihil ex ſucceſsione, vel alio modo: vt in ſex caſibus, ſ. quando pretium emancipationis accepit pater à filio. Item quando filius eſt miles, & habet caſtrenſia: vt ff. ſi à pa. quis fuer. manu. l. j. §. ſi parens. & §. eſt & alius. & ff. de milit. teſt. l. ſi à milite. §. fi. & l. ſeq. Item filiis aliis patris licet hæredibus, non datur: vt ff. ſi à pa. quis fuer. manu. l. j. §. fin. ſecus eſt in filiis patroni.

*Pater quibus caſibus ſuccedit filio, & quibus non. Vide Decium conſil. 530. par. §. dub. 7

Item quãdo emancipauit coactus, vt ff. ſi à pa. quis fuer. manu. l. j. §. fina. Item Caluiſiana non ita patri, vt patrono datur: vt ff. ſi à patr. quis fuer. ma. l. j. §. ſi parens. & l. nõ vſque. Item nec operas à filio, vt à liberto patron⁹ habet, vel poteſt habere: vt ff. ſi à pa. quis fuer. ma. l. penul. licet hæc prædicta ſpecialia in patrono vera nõ ſint: vt colligit ex generali capite illius tituli ſi à pa. quis fue. ma. l. j. j. reſp. & ij. & in ſpecialibus caſibus, qui in illo titulo ponuntur, vt dictũ eſt. Sed ſecundũ hoc ſemper videtur pater amittere: cùm ſemper præmium emancipationis habeat hodie, vt ĩ. per quas perſ. no. acq. §. hoc quoque. & C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. §. pen. Sed dic iſtud legale, non conuentionale præmium eſſe: & ideo licitum. nec puniendum, vt C. de admin. titu. l. ſancimus. l. j. ibi, non enim debet. & C. ad l. Iuli. de adult. l. Gracchus. verſ. quòd legitime.

Actio Caluiſiana.

*habet.

ADDITIO. Dic, quòd de conſuetudine aliter obſeruatur: quia pater in emãcipatione donat aliquid filio, ſecundum Angel. & Ia. hîc.

g Ex manumiſsione. id eſt, emancipatione.

h Nanciſcitur. Concordat huic verbo, infrà de legi. pat. tut. & infrà de fid. tu. in princ.

Amonendi. CASVS. Herennius filium habet, atque ex eo nepotem. quæro an filium emancipare poſſet, & nepotem in poteſtate retinere, vel contrà, nepote liberato retinere filium? poteſt. quod etiam in pronepote, atque abnepote locum habet. Cornel. Vibul.

i Liberum arbitrium eſſe. Niſi in caſibus: vt ĩ. eod. in fin. dicemus. & facit ad hunc §. ff. de adop. l. liberum.

k Habet. Vt ſuprà de pat. pot. §. qui igitur.

Manumit-

¶ a Manumittere.i.emancipare.
ADDITIO. Manumittere hîc dixit, generali verbo vtens nō proprio, quod est emancipare.E.B.
¶ b Vel omnes. Repete, liberum esse.
¶ Sed & si pater. CASVS. Nunquisnam est alius amittendæ potestatis paternę modus? Est verò, inquit, veluti, si Philippus Alexādrum filium suū auo suo Amynthæ in adoptionē dederit, Philippus patriam potestatem amittit, eáque Amynthæ acquiritur. Adoptandi autē formulā suprà suo titulo explicauimus: vbi de acquirenda potestate quærebas, quum hîc de soluenda interrogaris. Cor. Vibul.
¶ Not. ꝙ dictio, sed etsi, ponit diuersitatem facti, & identitatem iuris. Item, ꝙ adoptio exigit scripturā. Item, ꝙ præsentia & taciturnitas habetur pro cōsensu. Item, ꝙ vno & eodem tēpore quis trānsit de potestate vnius in potestatē alterius, omnibus viuentibus. Item, not. ꝙ hæc adoptio non potest fieri cū absentibus. Item, quòd non inconuenit, quòd vna decisio respectu diuersorum titulorum, & sic diuersæ materiæ, repliceturmec per hoc dicitur superflua. Syl.
¶ c Constitutiones: Vt C. de adopt. l. cùm in adoptiuis. & s. de ado. §. sed hodie. & §. si verò.
¶ d Præsente eo. Nisi sit infans: vt C. de eman. lib. l. pe.
¶ e Non contradicente. No. patientiā consensui comparari. sic qui tacet affirmat. sic ff. pign. l. fideiussor. ij. §. pater. in fi. & ff. sol. mat. l. ij. §. fi. Arg. cōtra. ff. de adopt. l. ij. §. j. & de procura. l. filiusfamil. §. j.

potestate dimittere: nepotem verò, vel neptem retinere. & èconuerso, *filium quidem in potestate retinere: nepotem verò vel neptem manumittere [a] vel oēs [b] sui iuris efficere. Eadem & de pronepote, & pronepte dicta esse intelligantur*.

¶ *Adoptatus ab ascendente (si præsens adoptioni non cōtradicat) à patris naturalis soluitur potestate, & in adoptantis potestatem transit.*

¶ Sed & si pater filium, quem in potestate habet, auo, vel proauo naturali secundum nostras cōstitutiones [c] super his habitas, in adoptionem dederit: id est, si hoc ipsum, actis interuenientibus, apud competentem iudicē manifestauerit, præsente eo [d], qui adoptatur, & non contradicente [e]: necnō eo præsente, * qui adoptat: soluitur quidem ius potestatis patris naturalis: transit [f] autem in huiusmodi parentem adoptiuum, in cuius persona, & adoptionem esse plenissimā anteà diximus [g].

ADDITIO. Sed ibi erubescentia tacuit, quo casu non videtur consentire. secundum Ias. per tex. in l. pen. ff. de fur. vel pro solutione distingue: vt per Aretin. hîc.
¶ Adde, ꝙ hæc est materia l. quæ dotis. ff. solut. matrim. vbi Ias. ponit xvij. casus, in quibus præsens, sciens, & tacens habetur pro consentiente: & septem casus contrarios, ex quibus omnia iura soluuntur. Syl.
¶ f Transit. Ergo non tollitur patria potestas, sed transfertur. Ad quid ergo hic casus in hoc titulo ponitur? Resp. quia & si non tollitur incommutabiliter, tollitur tamen quo ad primum. idem dico in eo, qui iudicatur in potestate mea nō esse. nā non efficit sui iuris, cùm sentētia non faciat ius, imò remanet ī potestate: licet quo ad me pro emancipato habeatur: vt ff. de cōdic. inde l. Iulianus. in princ. & l. vl.
¶ g Diximus. Vt s. tit. j. §. si verò.
¶ Illud autem. Diuiditur in tres partes. Primò dicit de filiis ante emancipationem patris conceptis. Secundò de conceptis posteà. Tertiò, quòd filius non potest cogere patrem ad emancipandum eum. Secunda ibi, ꝙ si. post. Tertia ibi, Et quidem. Aretinus.
CASVS. Simo Pamphilum filium in potestate habebat: cuius vxor grauida erat. Is Pamphilum vel emancipat, vel dat in adoptionem. Nepos cuius erit in potestate, Simonis an Pamphili, an patris adoptiui? Simonis. Quid verò hoc modo? Simo Pamphilum emancipārat, vel in adoptionem dederat. Pamphili vxor concepit, ac peperit: natus in cuius erit potestate? Pamphili, si emancipatus erat: pa-

Marginalia: ἐκ τῆς ... | intelli[gi]mus. | *abest. | Tacens affirmat

tris adoptiui, si adoptatus. Atque hæc quidem aliò pertinebant, sed proximæ disputationi coniuncta sunt.

¶ Et quidem. THEMA. Potéstne filius patrem suum aut naturalem, aut adoptiuũ cogere, vt se nexu patriæ potestatis liberet? non potest extra certos casus, de quibus suo loco cognosces. C. Vib.

Illud. Hic §. tradit duo præcepta: vt suprà de adoptione. §. sed hodie.

a Ex filio. Scilicet, naturali, & legitimo. secùs in legitimo tantùm, vt in adoptiuo. nã tũc filio emancipato, etiam nepos ex eo emancipatus videtur, secundum quosdã: vt ff. de cap. demi. l. liberos. §. emancipatio. & ff. de adopt. l. sed etiã nepos. Vel meliùs dic in eo idẽ, quod in naturali: vt in fine huius tituli. & ff. de adoptio. l. liberum. & ff. de capti. & postli. reuer. l. si me tibi. Accurs.

Illud autem scire oportet, quòd si nurus tua ex filio [a] tuo conceperit, & filium postea emancipaueris, vel in adoptionem dederis, prægnãte nuru tua: nihilominus, quod ex ea nascitur [b], in potestate tua nascitur. Quòd si post emãcipationem, vel adoptionem conceptus fuerit, patris sui emancipati, vel aui adoptiui potestati subiicitur.

Et quidem [c] neque naturales [d] liberi, neque adoptiui vllo penè [e] modo possunt cogere parentes de potestate sua eos dimittere.

b Ex ea nascitur. Secùs in ancilla prægnante manumissa, vel alienata: vt s. de inge. §. sufficit. ff. de acqui. rerum domin. l. fi. & C. de proba. l. matrem.

c Et quidem. Hoc est secundũ præceptum, & repete, scire oportet, quod neque, &c.

d Naturales. subaudi, & legitimi. nam naturales tantùm non sunt in potestate: vt suprà de nup. §. fin.

e Penè. Hîc not. talem regulam, quòd nullus filius potest compellere patrem, vt emancipet eum: quod fallit in quatuor casibus. & ideo dicit, penè: vt si pater agnouerit legatum sibi relictum hac contemplatione, vt liberos emanciparet: nam tunc compellitur extra ordinem emancipare: vt ff. de condi. & demonst. l. si cui legatum. Item si Titius adoptauit priuignum suum, compellitur emancipare eum, eo pubere facto, si probauerit sibi non expedire esse in potestate: vt ff. de adop. l. nonnunquam. & l. seq. Itẽ in quolibet adoptiuo: vt ff. de minor. l. iij. §. si quis minor. Item si filię peccandi necessitatẽ imponat: vt C. de epi. aud. l. si lenones. Itẽ si filium malè & cõtra pietatem affecerit: vt ff. si à pa. quis fuer. ma. l. fin. Item è contra filius nõ potest compelli, vt emancipetur: vt in auth. quib. modis natu. effic. sui. §. generaliter.

TIT. XIII. DE TV-

¶ Imperator. intermissum diuisionis membrũ resumit, & dispertitũ persequitur ad finẽ huius libri.

Transeamus nunc ad a-

Transeamus nunc. Iste titul. diuiditur in quatuor partes. Primò subdiuidit primum membrũ personarum positũ s. tit. de iis qui sunt sui, vel alieni iur. Secundò definit, quid sit tutela. Tertiò qui sunt tutores, & vnde dicantur. Quartò qui sunt illi, qui possunt tutores ex testamẽto dare. Secunda ibi, Est autem. Tertia ibi, Tutores. Quarta ibi, Permissum Aretinus.

CASVS. Accepi ista, didicíque quinam alieno iuri subiecti sint: quare nunc, quod mihi pollicitus es, præstato: ac de iis, qui sui iuris sunt, explicato. Quænam est illorum diuisio? Triplex. Alij siquidem in tutela sunt: alij in curatione, alij neutro iure tenentur. Corn. Vibul.

¶ Nota

¶ Nota, quòd cognito vno contrariorum, cognoſcitur & aliud. Syl.
¶ a Ad aliã. Nã diximus duas: vt ſ. de iur. perſona. in princip. & ſ. de iis, qui ſui, vel alieni iuris ſunt in princi.
¶ b Ex his. Nota ergo, quòd hîc ſubdiuidit illud mẽbrum: quædam perſonę ſui iuris ſunt: quod eſt oppoſitum illi, quædã alieno iuri ſubiectæ ſunt: vt ſuprà, de iis, qui ſui, vel alieni iuris ſunt.
¶ c Non ſunt. Qui ergo in tutela, vel cura ſunt, ſui iuris ſunt. Filiusfamilias ergo nõ poteſt habere tutorem, vel curatorem: vt hîc, & C. de cura. furio. l. fina. in princip. Sed cõtrà. C. de ſentent. paſ. l. fina. §. primo. quia filius eius, qui eſt apud hoſtes, eſt in tutela: & tamen non eſt ſui iuris: vt ſuprà titu. j. §. ſi ab hoſtibus. ſed ibi verè non erat in poteſtate, cùm pater deportatus eſſet: vt diximus ſ. titu. j. §. cùm autem.
¶ d Neutro. Nec tutela, nec cura.
¶ e Ita enim. Quia contrariorum eadem eſt diſciplina, vt hîc, & ſ. de iis, qui ſui, vel alieni iuris ſunt. in princip.
¶ f In tutela ſunt. De aliis dicetur. vt j. de cura.
¶ E ſt autem. CASVS. Quid eſt tutela? Gubernatio bonorum eius, qui per ætatem ea regere non poteſt, nam puerorum (vt ait Auſonius) dura rudimenta, & iuuenum temeraria pubes. Liberóſne, an ſeruos intelligis? Cùm de iis loquamur. qui ſui iuris ſunt, de Liberis nos loqui manifeſtũ eſt. Quo iure hæc moderatio pueritiæ inuenta eſt? Ciuili Romanorum. Ariſtoteles datus eſt magiſter Alexandro puero. Erátne ipſius tutor? minimè, vt nunc quidem loquimur. Gubernationem enim bonorum & fortunarum intelligimus: cùm illa ſit animi & morũ. Quod enim ait: Tuendum eum, ſignificat tuenda, & adminiſtranda bona, & facultates.

Iã[a] diuiſionẽ perſonarũ. Nã ex iis[b] perſonis quæ in poteſtate non ſunt[c], quædã vel in tutela ſunt, vel in curatione: quædã neutro[d] iure tenentur. Videamus ergo de iis, quæ in tutela, vel in curatiõe ſũt. ita enim[e] intelligemus cæteras perſonas, quæ neutro iure tenentur. Ac priùs diſpiciamus de iis, quæ in tutela ſunt[f].

¶ *Illud ex tutelæ finitione nota, tutorẽ primariò, perſonæ tuẽdæ cauſa datũ, ...*

Ẽſt autem tutela (vt Seruius[g] definiuit) vis* ac poteſtas[h] in capite libero[i], ad tuen-

¶ Tutores autem. THEMA. Et qui ſunt tutores? Ii ſunt, quibus ea gubernatio commiſſa eſt, vt pupillorũ bona ita tueantur integrã, & illæſa, quemadmodum Æditui ædes ſacras ſibi commiſſas ſarctas tectáſq; tueri debẽt. vnde etiam nomẽ vtrique inuene runt. nam & tutores & Æditui, à tuẽdo dicti ſunt. C. Vib.
¶ Not. definitionem tutelæ. Item quòd tutela datur principaliter perſonæ, ſecundariò rebus. gloſ. in §. certæ. j. tit. Itẽ, quòd tutela eſt de iure ciuili. Item, quòd tutor eſt cui definitio tutelæ competit. Item, quòd propria deriuatio vocabuli ſumitur ex definitione. Itẽ, quòd valet argumentum ab etymologia: & & quòd tutores dicuntur defenſores pupillorum Syl. *Ius. T. & Harm.
¶ g Seruius. Nomen eſt Iuriſconſulti. & facit ad hunc §. ff. eodem. l. j.
¶ h Vis, ac poteſtas. i. Violenta poteſtas: nam datur tutor inuitus: cùm enim ſit munus publicum: vt j. de excu. tuto. & curato. in princip. ibi, exemplo cæterorũ munerum ergo inuitus datur: vt C. de decur. l. nullus. libro x. Item inuito datur: vt ff. de tuto. & curato. da. ab iis. l. necnon. & ff. de tutel. l. ij. Vnde patet, quòd hîc eſt alia poteſtas, quàm patris in filium, & domini in ſeruũ: cùm illa ad commodum ſit: vt j. per quas perſon. nob. acquit. § j. & ſ. de iis, qui ſui, vel alieni iuris ſunt. §. ij. hæc verò ad onus. tenetur enim de dolo & lata culpa: vt C. arbi. tut. l. ij. Item per hoc quod datur inuito, differt à curatore, qui volenti datur: vt j. de cura. §. itẽ inuiti. ff. eo. l. ij. §. ſi pupillus. Vel dic, vis ad cogendùm poteſtas ad imperandum.
ADDITIO. Dic quòd Vis poſitum eſt pro Ius: vt Theoph. oſtendit, qui vertit, τὸ δίκαιον.
¶ i Libero. Nã niſi ſit liber pupillus, non poteſt habere tutorem. cùm ſi

seruus sit, nõ sit sui iuris: quod est necesse: vt s. eo. in prin. Itẽ, & si dubius est, potest habere tutorẽ: vt ff. de tut. & cur. da. ab iis. l. ei qui. Est tamẽ casus vbi seruo datur tutor: vt ff. de tu. & cu. da. ab iis. l. si impuberi. j. resp. cui tamen legi signatur cõtra ff. ad Tre. l. si res aliena. §. si seruus. & l. cog. §. fina. & his duabus est alia contra. ff. eo. ti. l. mulier. §. non est. Quæ legum contrarietas ita soluitur, cùm libertas fideicõmissaria, & hæreditas relinquitur ab eodẽ præstãda, poterit seruus cogere, vt institutus hæreditatẽ adeat, & tunc detur etiam seruo tutor. vbi verò ab vno hæreditas, & ab alio libertas relicta est: non potest nisi priùs præstita ei libertate. tũc enim coget alium hæredem hæreditatem adire, & sibi restituere, secundum Ioan.

Tutor quando que seruo datur.

*sponte D.

*i. xii. Tab.

*ex qua re ipsi.

¶ a Ad tuendum. Per hoc etiam remouet patriam potestatem, quæ non est ad tuendum, sed ad gubernandum prout vult, & sibi acquirendum.

¶ b Propter ætatem. Ad differentiam curatorũ, qui dantur furiosis. & mẽte captis, qui propter morbũ se defendere non possunt: vt j. de cur. §. furiosi.

¶ Adde, ꝙ talis curator furiosi datur prĩcipaliter personæ, prout declarat Saly. in l. in copulãdis. C. de nupt. Syl.

¶ c Iure ciuili. Nota tutelam esse de iure ciuili, licet omnes ferè contractus sint de iure gentium: vt s. de iure na. §. ius autem.

¶ d Data. scilicet à lege, vel iudice permissa verò à testatore dicitur: vt j. eod. §. permissum. Vel dic, data personæ principaliter permissa, secundariò rebus: vt j. tit. j. §. certæ. & j. de excu. tuto. §. datus.

¶ e Eam vim. Quæ est dicta s. proxi. §.

¶ f Exque reipsa. i. vi, & potestate

¶ g Defensores. Et secundũ hoc etiã curatores sũt tutores: secundũ Ioã. & plerũq; sic appellãtur: vt ff. de leg. iij. l. cum. filio. §. j. & ff. de mino. l. j. §. ij.

ADDITIO. Hãc glo. reprobat Ias. quia licet allusio vocabuli cõueniat, non tamẽ procedit: quia repũgnat definitio: vt no. Bar. in l. j. de testa. ff.

¶ h Qui ædes. Vt est præfectus vigilum, & qui cum eo de nocte vadunt, vt ff. de off. præfect. vigil. l. iij. §. sciendum.

ADDITIO. Imò dic, quòd iis demandata erat cura ædiũ sacrarum, quas tuebantur. l. iij. ff. de tab. exhib.

¶ Permissũ est. Diuidit in tres partes. Primò ponit dictũ in genere. Secũdò illud modificat. Tertiò modificationem exemplificat. Secunda ibi, Nepotibus. Tertia ibi, Itaque. Aretinus.

CASVS. A quibus igitur illi tutores dantur? A patribus in testamento. Quid? nónne etiam ab auis, aut proauis tutores dari possunt? Distinguo. Aut pueri in patris sui potestatem re casuri sunt, aut non sunt. (quibus autem modis id fiat, iam didicisti.) Si delapsuri sunt, frustrà darentur, quum bonum habeant tutorem, patrem: si non sunt dati, licebit. Cor. Vibul.

¶ Not. ꝙ quilibet ascendens in infinitum, qui habet liberos in potestate, potest testamento de tutore prouidere: intellige tamen concurrentibus requisitis in hoc tex. Item, quòd dictio omnimodo, importat idem quod generaliter. Syl.

¶ i Permissum est itaque. Quia quædã generaliter vidimus de tutelis: & omnis tutela est vel testamentaria, vel legitima, vel datiua: itaque priùs de testamentaria, vtpote de digniore, videamus in hoc titulo, & sequenti. De legitima autẽ dicetur j. de leg. agna. tu. vsque ad tit. de Atti. tut. de datiua dicetur j. de Atti. tu. per totum.

dũ [a] eum, qui propter ætatem* [b] se defendere nequit, iure* ciuili [c] data [d] ac permissa.

¶ Ille est tutor in quẽ cadit deffinitio tutelæ. Aretinus.

¶ Tutores autem sunt, qui eã vim [e] ac potestatem habent: exque re ipsa [f]* nomen acceperunt. Itaque appellantur Tutores, quasi tuitores, atq; defensores [g]: sicut Æditui dicuntur, qui ædes [h] tuentur.

¶ [illegible] est patri, [illegible] quos in potestate habet, testamẽto tutores dare. Item nepotibus, modò eo mortuo non sint in eorum patris recasuri potestatem.

¶ Permissum* est itaque [i] parentibus, liberis impu-

*lege xii Tab.

¶ ¶ Im-

¶ a Impuberibus. Etiam inuitis:vt ff. de tu.l.muto.hoc etiā prætori,& præsidi licet vt ff.de tu. & cu.dat. ab iis. l.necnon.& l.nec mandante.§.fin.

¶ b In potestate. Naturalibus etiam dari possunt in iis, quæ sibi relinquuntur? vt C. de confir.tu. l.fina.

¶ Adde, quòd potest intelligi de naturalibus dupliciter: vel quia solutū sit vinculum ciuile: vel quia nati sint ex concubina.& vtroque casu dic non esse vim in potestate dandi tutorem: quia vtrisque dare potest, & in bonis per eū relictis, & in aliis:sed in hoc vis est,ꝙ in vno casu confirmatur sine inquisitione,in alio cū inquisitione: ita est doct. Bar. in l. naturali. §. j.ff. de confir. tut. vbi vid.Syl.]

¶ c Testamēto. Vel codicillis testamento cōfirmatis:vt ff.de test.tute.l.iij.

¶ d Tutores. Sed non curatores: vt ĵ. de cura.in princ,

¶ e Tua sit. Et nunquam exiuit:alioquin nō recidit:vt ff.de adopt.l.si pater filium.& de hoc dixi.ŝ.rit.j.§.j.

¶ f Non poterunt. Licet miles sit testator.vt ff.de testa.tut.l.ij.

¶ g Tutores.Si autem filius, vel emācipatus est,vel mortuus, tūc nepotes ex eo sunt sui iuris, mortuo auo:vt ŝ. titu.j.§.j.in fi.vnde ex testamento aui possūt habere tutorē.vt hîc innuitur.

CASVS. C. Caius moriens vxorem relinquit prægnantem. quæro an ei, qui in vtero est,& posthumus erit,tutorem possit relinquere? Distinguo. Aut enim posthumus eiusmodi est, vt si viuo patre,nasceretur,in eius potestate,ipsíque hæres(vt suus, ac filius) esset:ac tunc posthumus pro nato haberetur. Aut nō esset in potestate patris,veluti si postea, quā iā esset cōceptus, pater ipsius emācipatus fuisset, vt ex me audisti. §. pen. ŝ. quib. mo. ius patr. pot. sol. quo casu dari ei tutor à patre non potest. Cor.Vibul.

¶ h In cōpluribus. Vt quoties de cōmodo eorum quæritur: vt ff. de sta.ho. l. qui in vtero. non si de cōmodo aliorum: vt ff .de verb. signifi. l. quod dicimus. vel si de inconmodo matris: vt ff. de sta. ho. l. Imperator. ij. quo casu nō habetur pro iā nato.

¶ i Fierent. Vt quia ex vxore nasciturus erat, vel nuru: aliud si ex concubina, nisi in his quæ sibi dimitteret: vt C. de confir.tu.l. fi. tales enim tunc non nascerētur in potestate.ŝ.de nup.§.fi.

¶ Sed & si emācipato. CASVS. Titius filiū emācipauit,quæro,an ei moriēs tutorē dare possit? minimè. dictū est enim in §. permissum. dari tutores iis,qui in potestate sunt. Quanuis antē hi tutores per se, ac iure ciuili nō valeant:confirmantur tamen à magistratu:idq; etiā sine inquisitione, hoc est,non exquiritur, vtrum locupletes sint,an egentes. quid ita? quoniā defuncti patris testimonium satis eo si-

beribus[a], quos in potestate[b] habent, testamento[c] tutores[d] dare:& hoc in filios, filiásque procedit omnimodo. Nepotibus verò,* neptibúsque ita demū parentes possunt testamento tutores dare, si post mortem eorum in potestatem patris sui non sunt recasuri.Itaque si filius tuus mortis tuæ tempore in potestate tua sit[e], nepotes ex eo nō poterunt[f] testamento tuo tutores[g] habere:quāuis in potestate tua fuerint, scilicet, quia mortuo te,in patris sui potestatem recasuri sunt.

¶ *Posthumo quoque (qui si viuo patre natus esset, in eius potestate futurus fuisset) testamento tutor dari potest.*

¶ Cùm autem in compluribus[h] aliis causis * posthumi pro iam natis habeantur: & in hac causa* placuit,non minùs posthumis, quàm iā natis testamento tutores dari posse: si modò in ea causa sint, vt si viuis parentibus nascerentur, sui hæredes*,& in potestate eorum fierent.

¶ *Emancipato tutor inutiliter testamento datur: datus tamen etiam sine inquisitione à iudice confirmandus est.*

¶ Sed &*si emācipato filio tutor à patre datus fuerit testamento confirman-

Marginal notes: tamen, | *casibus. | *casu | *abest Th. | *abest T.rectè.

idoneos esse declarat:satisque magnā illis tribuit auctoritatē.Cor.Vibul.

¶ a Confirmādus. Non ergo valebat datio ꝑ se: cùm non esset in potestate: vt s.eo.§.permissum.Sed nunquid hic tutor confirmatus dicitur testamētarius?qđ si esset, præferretur legitimo: vt j. titu. ij. in prin. an datiuˢ? quod potest admitti. & facit pro hoc ff. de verb.sig.l.lege. & in authen. de defen. ci. §. decætero. ita legitimus tutor huic præfertur: vt j.de Atti. tu. in prin.

Tutor confirmatus est datiuus & non testamentarius.

dus [a] est ex sententia præsidis omnimodo, id est, sine inquisitione [b].

¶ Adde quòd hæc glo. communiter reprobatur:eam tamen saluat Præp. Senē.in j.casu, quæst. iiij. per totum. Syl.]Et ideo glossauit, id est sine inquisitione non ꝙ vellet eū cōfirmari, si alius esset legitimus: sed quia non quęrit an sit locuples, vel nō. Sed ar. cōtra ff.de cur.fu.l.si furioso puberi.

¶ b Sine inquisitione. i. Quia non satisdat.s.rē pupilli saluā fore. Itē locuples sit, vel nō hoc enim nō quęritur: vt ff.de confir.tut.l.i.Sed aliud in matre dante tutorē filio.ibi enim & si nō satisdetur, tamen cū inquisitione datur:vt d.l.dicitur.& C.de confir.tut.l. j. Sed quare diuersum in matre dante tutorem filiæ? Respon. in memoriam præcedentis potestatis:vt ff.de quæst. l.vnius.§.seruˢ primò. & ff. qui pe.tuto.l.si.facit ad hoc j.de satisd.tuto.& curat.in princ.& ff.de libe.agno.l.j.§. Iulianus.& C.de episco. audien. l. de creationibus. Sed argumentum contrà ff.de in lit.iuran.l.videamus.

QVI TESTAMENTO tutores dari possunt.

¶ Dictum est suprà in §.permissum. tit.j. quibus dātur tutores. Restat videre, qui possūt dari tutores. ideo ad hoc vidēdū ponitur hic titulus.Are.

Dari autem. Totus iste titulus diuiditur in quinque partes.Primo qui possunt tutores dari. Secundò quomodo seruus alienus potest in testamento tutor dari. Tertiò quando furiosus,vel minor tutor datur. Quartò quando ad certum tempus,vel sub conditione, vel certæ rei datur.Quintò quando filiis, vel filiabus datur : quibus datˢ videatur. Secūda ibi, Seruus autem. Tertia ibi, Furiosus. Quarta ibi, Ad certum tempus. Quinta ibi, Si quis filiabus.Et hoc prīcipium subdiuidit in quatuor partes. Primò quòd paterfamiliàs, & filiusfamiliàs potest tutor dari. Secundò quando seruus proprius datur cum libertate. Tertiò ꝙ si sine libertate, tunc tacitè videt̃ sibi data libertas. Quartò quādo credebat̃ liber, partes de se patēt.

¶

DAri autem tutor potest testamento, non solùm pater-

CASVS. Potèstne etiā Sex.Roscius, dū in patris potestate est, neq; dū emācipatus est,tutor testamento dari? potest, nam filiusfamilias in publicis causis ꝑ patrefamiliàs habetur.Quid autem de suo seruo? veluti, Simo ita scripsit, Dauus liber, & tutor liberis meis esto.Valet.Quid, si hoc tantùm? Dauˢ liberis meis tutor esto.Valet.Libertas enim directa ei tacitè data est. Quid est hoc,directa? Cùm dicit testator,Liber esto:neq; hæredē rogat, vt liberū esse sinat, rectà beneficio testatoris liber est, neque circuitu quodā hæredē interuenire oportet. Quid autem si Dauum liberum putabat, quū dixit,Tutor esto?Error testatoris efficit,vt voluntatem habuisse manumittendi non videatur.Cor.Vib.

¶ Not. ꝙ filiusfamiliàs potest esse tutor.Itē. ꝙ seruus proprius cū libertate, vel simpliciter rectè tutor datur. Itē,ꝙ dando eum tutorē. censetur liberari:& sic ꝙ qui vult cōsequēs,vult omne necessarium antecedens: & qui vult:vnum,vult omne id,per quod ad illud perueniri potest.Itē,ꝙ quandoque error in re propria toleratur : & vitiat,etiam si sit in qualitate.Item,ꝙ libertas tacitè dari potest.Syl.

Vlpianˢ in tit.titu.vndecimo.Testamento inquit, nominatim

tim tutores dati confirmantur. l. xij. Tab. his verbis, Vti legassit super pecunia, tutelâve suę rei, ita ius esto. qui tutores datiui appellantur.

a Paterfamiliàs. nisi sit mutus, vel surdus: quia tutor & loqui & audire debet: vt ff. de tut. l. j. §. pen. & §. fin.

ADDITIO. Et ideo taciturnitas, seu patiẽtia tutoris non haberetur pro auctoritate: vt not. glo. in l. iij. ff. de auctor. tu. posset tamen esse procurator ad negotia, sed non curator: vt per Angel. & alios hîc.

Adde, secus in minus audiẽte: vt declarat text. in l. penul. & fin. ff. de legit. tutor. Syl.

familiàs [a] sed etiã filiusfamiliàs [b]. Sed & seruus proprius testamento [c] cum libertate rectè tutor dari potest. Sed sciendum est, eum & sine libertate [d] tutorem datũ, tacitè libertatem directam [e] accepisse videri: & per hoc rectè tutorem esse. Planè, si per errorẽ, quasi liber tutor datus sit [f], aliud dicendum est [g].

Alienus seruus sub conditione libertatis futuræ tutor in [illegible] : proprius au[illegible] sub conditione [illegible]

Seruus autem alienus purè inutiliter [h] testamento datur [i] tutor: sed

b Filiusfamiliâs. Cùm enim tutela sit iuris publici. vt j. de excu. tut. in princ. non curatur ius pat. po. vt ff. ad Treb. l. nam quod. j. resp. ff. de his, qui sui vel alien. iur. sunt. l. filiusfamilias. quo casu pater de peculio tenetur, nisi agnoscat. tunc enim, scilicet quãdo agnouit in solidum: vt ff. de tut. l. si filius. & ff. de admi. tut. l. Lucius Titius.

Adde, quòd non obstat testamentũ esse publici iuris, & tamen impediri à patria potestate. l. iij. ff. de testa. quia in eo non agit filiusfamiliàs, vt publica persona, vt in tutela, & magistratu, sed vt priuatus. Syl.

c Testamento. Sed à Præside tutor dari non potest seruus, vt C. qui dari tut. pos. l. in seruili.

d Et sine libertate. Non expresso hoc, quòd sine libertate det, sed omisit libertatis dationem: vt suprà qui manu. non pos. §. licet. in fin. & C. de neces. ser. l. quidam. §. illo. Accurs.

e Directam. Imò videtur q̀ fideicõmissariam: vt C. de fideic. lib. l. & si nõ adscripta. contrà. Sed certè hîc testamento hoc fit: ibi alia voluntate, puta codicillis, vel per epistolam. Vel dic, q̀ ibi alienum credebat, hîc suum sciebat. Item alia ratione nõ videtur valere datio: quia ille solus datur tutor, qui testamenti habet factionem: vt ff. de test. tut. l. testamento. tuto res. Resp. Illud intellige in passiua significatione: in qua etiam seruus dicitur habere testamenti factionem: vt infrà de hæred. qual. & diff. §. testament.

Adde, q̀ adiecta libertate tacitè vel expressè, seruus habet testamenti factionẽ. l. seruus legatus. ff. de legat. j. vt per Io. Fabrum hîc. Item an seruus proprius sub conditione, si liber erit datus tutor à domino putante alienũ, detur vtiliter, vi. Præpos. Senen. j. casu. quęstio. vj. per totum. Syluest.]

f Datus sit. Proprius seruus, licet hoc non sit verisimile, vt C. de rescin. vendi. l. quisquis. sed fortè ex causa hæreditaria nouiter habebat: vt ff. de regul. iur. l. qui in alterius. & infrà de vsuc. §. quod autem.

g Dicendum est. scilicet vt neque liber neque tutor sit. idem multò magis in alieno: vt ff. de fideic. lib. l. generaliter. §. si quis tutorem. & ff. de testa. tu. l. si quis tutorem.

Seruus aũt. CASVS. Chremes in testamẽto sic scripsit, Dauus meis liberis tutor esto. valétne hæc tutoris datio? minimè. Seruus enim alienus purè inutiliter testamento relinquitur. Dauus autem nõ Chremetis, sed Simonis erat seruus. Quid verò si sub cõditione? veluti, Dauus quũ liber erit, tutor sit. valet. Age, quid si sic Simo suũ Dauũ reliquerit? nõ valet. quid ita? quia illa conditio arguit testatorem nõ habuisse voluntatẽ dandi seruo libertatem. Alioqui enim dedisset. Cor. Vib.

Nota qualiter seruus tutor dari posset. Syluest.

h Inutiliter. scilicet, vt statim sit: sed cùm liber erit.

i Datur. Quia directò non erit liber, sed per fideicommissum: vt ff. de testam. tute. l. si hæreditas. §. fin. & de fideicommi. lib. l. & si non ad scripta.

¶ a Eo modo. s. Cùm liber erit. nam non erit tutor. inutilis enim dicitur etiam stipulatio propter inutilem adiectionem: vt ff. de stip. ser. l. sed si sibi. vel aliter inutiliter: quia pro non adiecta habetur: & erit tutor, ac si nõ esset adiecta: vt & alias j. de hæred. insti. §. impossibilis. vel dic tertio secũdum. P. non erit tutor nunc, sed conditione extãte. Hæc nõ placet: quia sic non esset differentia inter suũ & alienum: sed prima verior est: vt ff. de reg. iur. l. actus.

ADDITIO. Quæ lex procedit etiam in testamentaria tutela, quando scilicet cõditio est prohibita, vt hîc. aliàs secus: vt j. proxi. §. secũdum Io. Fab. & alios hîc.

ita, CVM LIBER ERIT, vtiliter datur. Proprius autẽ seruus inutiliter eo modo[a] tutor datur.

¶ *Tutor inhabilis, cessante impedimento, tutor efficaciter erit.*

¶ Furiosus, vel minor vigintiquinq; annis tutor testamento datus, tutor tunc erit, cùm compos[b] mẽtis, aut maior vigintiquinque annis fuerit fact⁹.

¶ *Ad certum tempus vel ex certo tempore, vel sub conditione, & ante hære[illegible] [illegible] dari potest: secus autem ad rem certam, vel causam. Arcti.*

¶ Ad certum tempus[c], vel ex certo[d] tempore, vel sub conditione, vel ante hæredis[e] institutionem posse dari[f] tutorem non dubitatur. Certæ autẽ rei[g], vel causæ[h] tutor dari nõ potest: quia personæ[i], nõ causæ, vel rei tutor datur.

¶ *[illegible] appellatione, posthumi quoque primi gra-*

¶ Furiosus. CASVS. Orestes ex dolore furiosus, atque insanus euasit. potéstne tutor relinqui, quũ ipse neque se, neque sua tueri possit? Respondet posse: conditionem enim subesse, cùm compos mentis erit. Quid minor annis xxv. num potest, quum ætas illa suis bonis administrãdis nequaquam idonea sit? Potest. inest enim hæc conditio, Cùm maior erit. Cor. Vibul.

¶ Not. quòd inhabilitas in tutela durante ea vitiat, sed non omnino. Syl.

¶ b Compos. Siue hoc dictum fuerit à testatore, siue non: vt ff. eo. l. si hæreditas. §. si furiosus. & facit ad hoc. ff. de iudi. l. cum furiosus. j. respon.

¶ Ad certũ. CASVS. Hęc tutoris datio Bibulus vsq; ad annos quatuor tutor esto, valétne? Valet. quid illa, Bibulus postquã Consulatu abierit, ex eo tempore tutor esto? valet. Quid illa, Pompeius si piratas profligarit, vel si nauis ex Asia venerit? valet. Quid, si tutorem prius in meo testamento scripserim, quàm hæredem, veluti, Pomponius tutor esto. Tullius autẽ mihi hæres esto. valet. Quid si certæ rei, vel causæ tutorem reliquerim ac non rebus vniuersis? Veluti, Tullius ad emendum, vel elocandum, vel colendum agrum Tusculanum tutor esto. Titius esto filio meo rerum mobiliũ vel immobilium tutor. Non valet. Qua de causa? quia personæ, non rei datur tutor. Cor. Vib.

¶ Not. ex die, ad diem, sub cõditione, & ante hæredis institutionem rectè tutorem dari: certæ autem causæ, vel rei non rectè. Item, quòd tutor personæ, non rei, aut causæ datur: & quòd non valet argumentum de re ad tempus, vbi non est eadem ratio. Syl.

¶ c Ad certum tempus. putà, Vsque ad Pascha:

¶ d Ex certo. id est à Paschate in antea, vt ff. de action. & oblig. l. obligationum §. j.

¶ e Vel ante hæredis. Contrà videbatur j. de leg. §. ante hæredis. Accur.

¶ f Posse dari. A testatore, non à iudice: vt ff. de reg. iur. l. actus. Accur.

¶ g Certæ autem rei. s. Africanæ, vel Syriacæ vtiliter datur: vt ff. de testamen. tut. l. si tamen tutor.

¶ h Causæ s. Certæ: vt ad rei vend. sed videtur cõtra. C. de in lit. dan. tu. l. ad litem. sed ibi tutor pro curatore ponitur. Item videtur contrà ff. de testamen. tute. l. si tamen tutor. sed ibi vniuersitati rerum datur, non rei certæ.

¶ i Personæ. s. Pupilli principaliter: vt eum instruat bonis moribus, & etiam salaria præstet magistris eius: vt ff. de administrat. tut. l. cùm plures. §. cum tutor. & C. de ali. præst. l. fin. ad hoc enim principaliter datur: secundariò autem rebus datur: vt j. de excusatio. tutorum. §. datus. sed in curatore e-

re econtra. nam principaliter rebus, secundario personæ datur: vt C. de nupt. l. in copulandis.

¶ Si quis, &c. CASVS. C. Rabirius filium habebat: habebat etiã vxorem grauidam. is in suo testamento ita scripsit, L. Titi⁹ filiis meis tutor esto. Num igit nato posthumo L. Titius tutor erit? Fore respódet. Quid si nepotes habeat, num etiã illis tutor dat⁹ est? Distinguo. Aut enim dixit, Filiis, & tũc nepotibus non videtur datus. Nã filiorũ nomine nepotes nõ intelligũtur. Aut dixit liberis, & tunc nepotibus datus tutor, intelligitur. Nam liberorũ appellatione & nepotes, & pronepotes, cæterique, qui ex his descendunt, conti nentur. Quid vero, si sic testator dixit, Titium posthumis meis tutorem do? & filij, & nepotes intelliguntur. Sunt autem posthumi, qui post mortem patrem nascuntur. Cor. Vib.

*deest. D.

dus continentur, no etiam vlteriores: liberorum autem appellatio, etiam nepo[illegible] descendentes includit: [illegible] liberorum gradus cõplectitur.

¶ Si quis filiabus suis, vel filiis tutores dederit, etiam posthumæ, vel * posthumo [a] dedisse videtur: quia filij [b], vel filiæ appellatione, & posthumus & posthuma cõtinentur. Quòd si nepotes sint, an appellatione filiorum & ipsis tutores dati sint? dicendum est, vt & ipsis quoq; dati videantur: si modò liberos dixerit. Cæterùm si filios [c]*, non continebũtur [d]. Aliter enim filij, aliter nepotes appellantur [e]. Planè, si posthumis* dederit, tam filij posthumi, quàm ceteri [f] liberi continebũtur.

TITVL. XV. DE LEGITIMA agnatorum tutela.

¶ *Cessante testamentaria tutela, locus est legitimæ: quæ [illegible] defertur agnatis, nõ etiam ad cognatos. *Agnati autem sunt per virilis sexus cognationem coniuncti: cognati verò per fœminei sexus personas.*

Not. quod filiorum appellatione veniunt posthumi, & liberorũ appellatione veniunt omnes descendentes: & quod filiorũ appellatione non veniũt nepotes ex vsu. Item, quod posthumorum appellatione veniũt omnes filij, & nepotes, siue posthumi, siue non. Syl.

¶ a Posthumo. scilicet filio.

b Quia filij. Hæc dictio filij, cóprehendit posthumũ, & posthumam: cùm masculinũ possit concipere fœmininũ. sed hæc dictio filiæ, non comprehendit vtrunque: & sic nec posthumũ, cùm fœmininũ non concipiat masculinum: vt ff. de leg. ij. l. si ita scriptum. in prin. & ff. de lega. iij. qui duos. & l. seruis legatis. Item no. quod appellatione natorũ etiã non nati continentur, cùm de eorũ commodo tractatur, vt ff. de sta. hom. l. qui in vtero. & s. tit. §. j. §. cùm autẽ. & facit ff. de test. l. si quis ita. §. j. & l. si quis filiabus. & l. quod si.

*Natorũ appellatione cõtinentur nondum nati.

¶ c Si filios. scilicet, dixerit.

¶ d Non continebuntur. s. Nepotes.

*Vide in hanc rem Alciat. lib. 3. par. c. 14.

e Appellant. Ab omnibus in vsu, vel consuetudine: sed secundum veram significationem verbi (quia fili⁹ dicitur à φίλος, quod est amor) etiam nepos dicitur filius, & etiam quilibet, quẽ aliquis diligit paterna dilectione, vt ff. de verb. sig. l. liberorum. §. sed & Papyrius. quæ videtur contra.

*posteris.

*Filius vnde dicitur.

¶ Adde, quod est ex eo, quia cùm pater non simpliciter dare nepotib⁹ tutores possit, sed tũc cum recasuri nõ sunt in potestatẽ patris. simpliciter dando non videtur dare in illo casu, quo specialiter dare potest ex voluntate ipsius. l. iam hoc iure. ff. de vul. & pup. Syl.]

f Cæteri. Etiã nati, secundũ quosdã, quod falsum est: vt ff. de verb. sig. l. nomẽ. Dic ergo cęteri. s. ex filiis nascituri, qui sui Posthumi sunt per leg. Velle vt ff. de iniust. rup. test. l. posthumorũ. & ĩ. de exhær. lib. §. posthumi. & ff. de libe. & posthu. l. Gallus. j. respon.

Adde, quòd posthumus dicitur pluribus modis, vt per glo. in rubrica. C. de posthum. hæred. instit. Syl.]

DE LEGITIMA AGNATORUM TUTELA.

¶ Supra duobus titulis præcedenti-

bus dictũ est de tutela testamentaria, hîc autẽ ponitur de tutela legitima, quæ sequitur testamentariam. Ange.

Quibus autem. Totus iste tit. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit qualiter lex xij. Tab. dat agnatos in tutores pupillis, deficientibus tutoribus testamentariis. Secundo q. sunt agnati, & qui nõ sunt. Tertiò, qualiter intelligenda sunt illa verba posita hîc in principio: videlicet, quibus autẽ testamento tutor datus non fit. Quartò qualiter ius agnationis perimitur. Secunda ibi, Sunt autẽ. Tertia ibi, Quod autem. Quarta ibi, Sed agnationis. Et subdiuiditur hoc principium in tres partes: quia primò dicit, qualiter, deficiente tutela testamentaria, vocantur legitimi. Secundò qui sint agnati. Tertiò qui cognati. Secunda ibi, Sunt autem. Tertia ibi, At qui.

*Tit.

*qui.

* personas cognatione.

Quibus [a] autem testamento tutor dat⁹ nõ est*, his ex lege xij. tabularum [b] agnati sunt [c] tutores, qui vocantur legitimi.

Sunt aũt agnati, cognati*per virilis sex⁹ cognationẽ*coniũcti, quasi à patre cognati [d]: veluti frater ex* eodẽ patre natus, fratris filius, nepós ve ex eo [e]: item patruus [f], & patrui filius, nepósve ex eo. At qui per fœminini sexus personas cognatione iunguntur, agnati [g] non sunt: sed aliàs naturali iure

CASVS. Pompeius intestatus decessit, quis erit tutor illius liberis? Proximus agnatus. Et qui sunt agnati? Cognatio nomen est generis. Eius duæ sunt species. Nam qui à communi patre per virilem sexum nati sunt, Agnati dicuntur: vt frater, soror, patruus, amita. Qui verò per fœminam nobis coniuncti sunt, Cognati dicuntur: generale nomen proprium, ac speciale efficientes, veluti, filia sororis tibi cõiuncta est per fœminam, nimirum. tuam sororem. item filia amitæ per tuam amitã. Cognatæ igitur illæ sunt: non Agnatæ. Age ergo, Socrates decessit intestatus, relinquens duos filios, quorum alter natu grandis emancipatus erat, alter adhuc paruulus. Quis huic paruulo erit tutor? Frater eius emancipatus, vtpote agnatus proximus. Quid si fratrem non habent? Eius patruus. Cor. Vibul.

¶ Not. quòd testamẽtarius præfertur omnibus tutoribus. Item, q̃ his deficientibus sunt legitimi tutores agnati. Item qui sint agnati, & qui cognati. Item q̃ cognatio est sicut adoptio: quia ponitur vt species, & vt genus. Item, q̃ cognati sunt naturali iure cõiuncti. Item, quòd dispositio in vno ex correlatiuis habet locum in alio. ibi, inuicem. Item, quòd filij sequuntur familiam patris, non matris. Syl.

ADDITIO Vlpianus in Titulis tit. xj. Tutores, inquit, legitimi sunt, aut senatuscõsultis constituti, aut moribus introducti. Legitimi tutores sunt, qui ex lege aliqua descendunt. Per eminentiam autem legitimi tutores dicũtur, qui ex lege xij. Tabul. introducuntur, seu pro palam, quales sunt agnati: seu per consequentiam, quales sunt patroni. *abest. D.

¶ a Quibus. scilicet, populis.

¶ b Duodecim tabularum. Quos ipsa lex vocat verbis & sententia: & nisi gerant, eorum periculo agitur: vt ff. eod. l. legitimos. aliàs autem quandoque ex sententia legis dantur: non ex verbis: vt infrà tit. ij. & iij.

ADDITIO. Qui facto inuentario & præstito iuramento de vtilibus faciendis, & pretermittendis inutilibus, promittendo etiã expressè ipsum pupillum defendere, & satisdare rem pupilli saluam fore: nam antè administrabunt, quàm sibi per iudicem administratio decernatur. l. iij. §. fina. ff. de administrat. tuto. Ang.

¶ c Agnati sunt. Si sint maiores xxv. ann. vt ĩ. de fiduc. tut. in fin. & maiores lxx. ann. aliàs excusantur: vt infrà de excu. tut. §. item maior.

¶ d Cognati. Nomẽ ergo cognationis generale est, agnationis nomẽ speciale. nã omnis agnatus est cognatus sed non conuertitur: vt hîc, & ĩ. de legi. agnat. succe. j. resp. & ff. eo. l. sunt autẽ. Cognatio & agnatio se habẽt sicut genus & species.

¶ e Ex eo. Filio fratris.

¶ f Patruus. Repete, si fuerit natus eodem patre cum patre tuo: alioquin est cognatus: vt C. de leg. hæred. l. fin. §. sed nec. & §. cùm autem.

¶ g Agnati. Etiam si masculus interueniat: vt puta si sint duo fratres vterini: filius vnius fratris filij fratris sui patris nõ erit agnatus, sed cognatus, inspecto fœminino sexu, propter quem adiu-

adinuicem sunt cognati, secūdum Io.

¶ a Amitæ. Sed ipsa amita est tibi agnata: quia per patrem tuum tibi coniungitur.

¶ b Iure scilicet Cognationis.

¶ c Familiam. i. Agnationem: licet & aliàs multas habeat significationes hæc dictio, familia: vt ff. de verb. signi. l. pronūtiatio. §. familiæ. & facit C. de verb. signi. l. fi. & ṡ. de pat. pot. §. fin.

¶ Quòd autem. Hic §. lumen interpretationis non desiderat. Cor. Vib.

¶ Not. qualiter verbum intestatus in materia tutelæ accipiatur. Item quòd limitata causa limitatū parit effectum. Item, quòd paria sunt inspecto presenti statu aliquid factum non fuisse, vel factum euanuisse. Syl.

¶ d Significationem. scilicet tantum.

¶ e Si omnino. Vel aliud contingat, quod tantundem valeat: quod dicemus infrà de hære. quæ ab intest. primo respon. & facit ff. quod cuiuscunque vni. no. l. j. §. & quidem.

¶ Sed agnationis: CASVS. Quod ait Imperator hoc §? Agnationis iura capitis deminutione non tolli, Cognationis tolli. Quid est hoc? Cognosces ex titu. sequenti. Nam hæc sanè præposterè Imperator in hunc coniecit locum. Cor. Vibul.

¶ No. q capitis deminutione tollitur agnatio. Itē, q est nomen iuris ciuilis. Itē no. secus esse in cognatione. Item, q ius ciuile per aliud tollitur. at ius naturale per ius ciuile non tollitur. Item quòd ea, quæ fortiori vinculo sunt ligata, difficilius tolluntur. Syl.

¶ f Sed agnationis quidem ius. Nota diligenter hunc §. Est autem ius agnationis, & ius cognationis, siue cognatorum. Agnati enim habent ius prærogatiuum ad cognatos, scilicet vt præferantur in hæreditatibus agnatorum mortuorū: vt j. de legit. agna. succes. primo respons. Item præferuntur in tutelis agnatorum paruulorum: vt ṡ. eod. titu. primo respon. his autem deficientibus, in hæreditatibus & tutelis cognati suo iure admittuntur: inter quos etiā agnati vocantur qui desierunt esse in iure agnatorū, vel desierūt habere iura agnatorum: vt per capi. deminu. vt infrà de hæred. quæ ab intesta. §. admonēdi. illud autem ius prærogatiuum, quod habent agnati (quia vltra iura cōmunia habent per l. xij. Tab.) facile perdunt: vt omnibus modis capitis deminut. id est, per omnem cap. deminut. vt per maximam, vel per mediam: de quibus duobus non est dubium: cùm & iura cognationis perdantur: vt infrà titul. j. §. quod autem. [Adde, quòd non perditur ipsa cognatio, & sic ipsa consanguinitas: sed effectus illi, qui à iure cognationi tributi sunt: vnde ius ciuile tollitur, tūc non naturale. Syluest.] Item per minimam tollitur ius agnationis, vt hîc dicitur. & ff. de cap. demi. l. tutelas. nisi in duobus casibus tātùm, vt inter tres fratres, licet alter emancipetur: vt C. de legi. tut. l. iij. & iiij. Item inter patrem, & filium: vt j. de leg. ag. suc. §. fi. & propter hos duos casus, qui de minima cap. deminu. excipiuntur, dicit hîc plerunque. at iura cognationis nō commutantur omnibus modis: quia non tolluntur minima cap. deminu. &

cognati. Itaque amitæ[a] tuæ filius, nō est tibi agnatus, sed cognatus: & inuicem* tu illi eodē iure[b] coniungeris: quia qui ex* nascū tur*, patris non matris familiam[c] sequuntur.

*scilicet. *absunt *adnascuntur.

¶ [illegible] tur, qui cum testa- [illegible] aut datio effectum sortita non fuit.

Quòd autē lex duodecim tabularum* ab intestato vocat ad tutelam agnatos, non hanc habet significationem[d], si omnino[e]* non fecerit testamentum is, qui poterat tutores dare: sed si (quantum ad tutelam pertinet) intestatus decesserit: quod tūc quoque accidere intelligitur: cùm is, qui datus est tutor, viuo testatore, decesserit.

*absunt *omnimodo.

¶ [illegible] ciuile sit vinculum) capitis deminutio- [illegible], cognationis verò non ita.

¶ Adnotatio, Nil tā [illegible]

¶ Sed agnationis quidem ius[f] o-

Agnati preferū tur cognatis in duobus.

est ratio, vt subiicit.

Adde, quod de iure antiquo secus est: quia penitus tollebatur illud ius, quod corrigitur per ius Codicis in l. illa: quod tamen fuit posterius hoc libro d. l. iiij. C. eod. Syl.

a Nam: pro quia.

b Agnatio iuris ciuilis nomen est, id est, à l. xij. Tab. est inducta hęc prioritas agnatorum: sed ius cognationis est naturale nomen: nam ratione sanguinis hoc nomen impositum est: vnde & vnum ius ciuile pōt per aliud facilè tolli: vt hîc, & ff. de reg. iur. l. nihil tam.

mnibus modis capitis deminutione plerunque perimitur. Nam[a] adgnatio, iuris* ciuilis nomen est[b]. Cognationis verò ius non omnibus modis commutatur: quia ciuilis ratio ciuilia quidem iura corrumpere potest: naturalia[c] verò non vtique[d].

*νόμιμον. T.

c Naturalia. i. iura cognationis, sic dicta: quia ea quis consequitur per natiuitatem, vt s. de adopt. §. sed hodie. in fin. §. non sic de facili tolluntur.

d Vtique. i. certè non tolluntur capitis deminutione: quum sint immutabilia hæc iura, vt s. de iur. nat. §. sed naturalia. Item nec ea, quę naturalem æquitatem habent: vt ff. de cap. dem. l. eos. & l. legatum. Item not. quia quædam cognatio est ciuilis tantùm, vt per adoptionem: vt ff. de adopt. l. qui in adoptionem. Item naturalis tantum. vt ad filios naturales tantum. Item naturalis, & ciuilis: vt ad eos, qui legitimi sunt. & de hac intelligitur hîc: vt ff. de grad. affi. l. non facilè. §. j. Item no. quia ciuili iure hæc. s. tutela, & hęreditas tribus modis deferuntur: vt ex verbis, & sententia legis xij. Tab. vt in agnatis. Item ex sententia tantùm, vt infrà de leg. pat. tut. & infrà de fi. duc. tut. Item ex aliis legibus veteribus, vel nouis: vt ff. de cap. deminut. l. tutelas. quam quidam mediam vocant. Nunquid ergo hæc omnia facilè perduntur per omnem cap. demi. Resp. sic in duobus primis tantùm, nō in tertio: vt hîc, & in d. l. tutelas. Item quæro, an futuras tutelas acquirendas, & hæreditates tantùm tollat: an etiam præteritas adimat? Respon. futuras tantùm, vt ff. vnde lib. l. fi. Quid enim potuit diuinare lex deferēs hæreditatem, vel tutelam de futura cap. demi. vt C. de testa. l. iubemus. in fin. Certè nullo modo, vt ff. mand. l. fideiussor. j. respon.

[Adde, quòd glo. communiter reprobatur per §. sed capitis. infrà. quibus mod. tutel. fin. & per text. in l. legitimos. in fi. ff. de leg. tut. Ratio autem differentiæ inter tutelam, & hæreditatē est: quia hæreditas actu ipso statim acquiritur: & quęsita non est, amplius hæreditas. l. j. §. veteres. ff. de acqui. possess. Tutela verò habet actus successiuos, & durat eadem per singula tempora. Syluest.] Hodie verò istam differentiam agnationis quærere non oportet: cùm agnati ante cognatos nihil habeant: vt in authent. de hæred. ab intest. venien. §. ex iis. Item not. quòd licet prædicta iura cognationis tollantur maxima & media capitis deminutione: ipsa tamen consanguinitas non tollitur: vt ff. de reg. iur. l. iura sanguinis.

Consanguinitas nunquā tollitur.

TIT. XVI.
DE CAPITIS deminutione.

Explicat [illegible] nem cap. deminutionis, postea eam diuidit

Est autem capitis deminutio, prioris * [illegible]

*abest. D.

DE CAPITIS DEminutione.

Continuatur sic, quia suprà visum est de legitima agnatorum tutela, & quia ius agnationis capitis deminutione corrumpitur. §. fin. suprà titul. j. meritò sequitur videre de capitis deminutione. Por.

Est autem. Totus iste titulus diuiditur in quinque partes. Primò ponitur quid sit capitis deminutio, & quotuplex sit. Secundò de maxima capitis deminutione. Tertiò de media. Quartò de minima. Quintò remouet certa dubia. Secunda ibi, Maxima. Tertia ibi, Minor. Quarta ibi, Minima. Quinta ibi, Quibus autem. Et hæc diuisio sufficit: licet alij aliter diuidant. Angel.

CASVS. Quid est capitis deminutio? Dicamus seorsum de singulis. ita enim facilius in vniuersum intelligetur. Quid est caput? Status * hominis ciuitatem,

*Sic explicat Bar. in l. & glo.

ciuitatē, libertatē, & familiā habētis: vt Tulli⁹ Cicero ꝙ hæc tria habebat, Caput habere dicebatur. Quid est deminutio? Aut triū illorū aut vnius amissio. Quot igitur modis accidit? tribus. est eñ maxima, media & minima. C. Vi.

per Dei dispositione aduenit.

¶ A Adde, ꝙ licet interueniat factū hominis in occisione, tamē illud factum non est ordinatum ad illud: & ideo consideratur vt mors, non vt occisio. facit tex. & ibi glo. in l. prouinciæ. ff. ad leg. Aquil. Syl.]

status a mutatio b: eáq; tribus modis accidit. Nam aut maxima est capitis deminutio, aut minor (quam quidam mediam c vocant) aut minima.

¶ maxima.

¶ Maxima capitis deminutio est, cùm aliquis simul & ciuitatem, & libertatē amittit: quod accidit iis, qui serui pœnæ efficiuntur atrocitate d sententiæ: vel libertis e, vt ingratis erga* patronos condemnatis: vel iis, qui se ad pretium participandū vænundari pas-

¶ Not. quid sit capitis deminutio. Itē, ꝙ est triplex. Itē, quòd minor & media supponunt pro eodem. Syl.

¶ a Status. Hic status consistit in tribus: in libertate, ciuitate, & familia, id est iure agnatiōis. Cùm enim primū, id est, libertatē q s perdit, ꝑ cōsequēs & duo vltima perdit: & tunc maximam cap. demi. patitur. Cùm verò secundum perdit: per consequens perdit & vltimum, sed nō primum: & tunc dicitur media cap. demi. Cùm verò vltimum perditur, non perduntur duo prima: & tunc minimam cap. demi. patitur, vt infrà. §. j. ij. & iij. & ff. eod. l. fina. Sed P. dicit statum hominis, id est, conditionē, in qua quis plurimùm potest.

¶ b Mutatio. Non ergo accipitur hîc ad literam, vt dicatur, capitis demi. quādo caput abscinditur: sed quādo status mutatur, vt caput, status dicatur: vt ff. ad Terty. l. j. §. capitis. Sed videtur hæc definitio non conuerti cum suo definito: nam morte patris filius mutat statum: quia fit sui iuris: vt s. quib. mod. ius pat. pot. sol. §. j. nō tamen dicitur capite minui: vt ff. ad Maced. l. si filiusfa. §. fin. Sed dic subaudiri hîc facto hominis interueniēte: vt emācipatione, vt deportatione patris, vel simili modo, vel etiam quasi facto, quod dico propter filios arrogati: quia vnà cum patre mutant statum: vt ff. eod. l. liberos. s. de adop. §. pen. Arg. contra, in auth. consti. quæ de dig. §. palam. colla. vj. vbi non ab homine, sed à lege quis efficitur sui iuris. At moriente patre nō interuenit factum hominis, imò magis Dei. Quid si interficiatur pater? Respond. idem: quia mors sem-

*Explicat definitionē cap. deminutionis: post ea eam diuidit.

¶ cc Mediam. sic ff. De an. & ar. l. qui lancem. & s. de libertinis. §. libertinorum.

¶ f Maxima. Quā dicis maximā? Cùm tria illa simul amittuntur. veluti serui pœnæ, de quibus didicisti suprà. quib. mod. ius pat. pot. sol. §. pœnæ autem. Itē si quis vt pretium participet, vænundari se patiatur. Cùm enim seruus fiat, neque ciuis est Romæ, neque liber, neque familiam habens. Item si quis libertus, ob ingrati animi turpitudinem, in pristinam seruitutem redigatur. Cor. Vibul.

*circa.

¶ Not. ꝙ maxima capitis deminutione perditur libertas & ciuitas. Syl.

¶ d Atrocitate. Est autem atrox, & dura hæc sententia: licet iustè feratur: vt s. quib. mod. ius. &c. §. pœnæ seruus. sed hodie propter huiusmodi pœnas nemo ingenuus fit seruus, vt in auth. de nupt. §. quod autem prius. & §. seq. Accur.

¶ e Libertis. s. Condemnatis, vt subiicit. & quod dicit ingratis, aliâs est ingrati. i. ingratitudinis, quæ reuocatio fit per actionem ingrati: vt dicunt quidam: vt C. de lib. & eo. lib. l. si. & pe. vel per vtilem rei vendicationem, secūdum alios ad instar donationis causa mortis, quæ reuocatur, vt ff. de do. cau. mor. l. si mortis causa res. vel (quod est verius) accusatione, vel actione extraordinaria, per quam officiū iudicis imploratur: vt C. de lib. & eorū lib. l. non est. & fit hæc reuocatio propter omnē offensam, etiam leuem: vt C. de lib. & eo. lib. l. ij. non autem fit propter omissionē obsequij: vt C. de lib. cau. l. solo. nisi in casu, vt cùm denegāt ali-

menta, vt ff. de lib. agno. l. alimẽta. §. Imperatoris. Nã tũc etiã occidere vel le videt̃ eũ: vt ff. de lib. agn. l. necare. & hoc nisi remiserit ius patronatus: tũc enim ex his causis solum reuocatur, ex quibus & donatũ: vt in auth. vt lib. de cæ. §. illud. quæ causæ sunt numeratæ C. de re uo. dona. l. vlt. & hæc vera sũt, cùm quis ex vo lũtate propria manumittit: vt C. de lib. & eo. libe. l. j. & ij. sed si nõ ex voluntate, nõ reuocaret: vt C. de lib. & eo. lib. l. j. Sed quid si manus in patronũ iniecit? Respon. Damnatur in metallum: si verò conuicia dixerit, mittitur in exiliũ: vt ff. de iur. pat. l. j.

si sunt[a].

Per deportationem, vel aquæ, & ignis interdictionem, contingit media capitis deminutio. Aret.

¶Minor, siue media capitis deminutio est, cùm ciuitas quidẽ amittitur, libertas verò retinetur: quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum[b] fuerit: vel ei, qui in insulam[c] deportatus est.

Per emancipatiõe vel arrogationem contingit minima capitis deminutio. Aret

¶Minima capitis deminutio, est cũ* ciuitas retinetur, & libertas, sed status hominis com-

¶Adde pro resolutione materię, ꝙ si necessariò quis manumittit, non reuocat. quia non vtitur liberalitate. l. rem legatam. ff. de adim. leg. l. ij. C. de oper. libert. Iudex autem puniet secundum qualitatem delicti. l. iure. ff. de oper. liber. Si nõ tenebatur, & non remisit ius patronatus, & delictum sit in faciẽdo reuocat: nisi patronus velit aliter punire, vt dicunt doct. hîc. Si in omittendo, ex leui causa non fit reuocatio: ex graui sic. dict. §. Imperatoris. Si sit remissum ius patronatus, tenet glos. & sequũtur alii, quòd ex illis causis reuocetur, ex quibus reuocatur donatio. d. §. illud. Dic tu tamen, quòd, quoad hoc remissio nihil operatur: sed solùm quoad alia iura. Quia sicut remissio iuris reuocandi donationem ex ingratitudine non valet, vt est communis opinio docto. post Bar. in l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verbo. oblig. eadem ratione ius reuocandi liberum remitti nõ debet, ne ita de facili delinquẽdi materia concedatur. Syl.

¶a Passi sunt. Hic multa sunt necessaria: vt s̃. de iure perso. §. penul.

¶Minor. THEMA. Quam appellas mediam? Cùm ciuitas tantum amissa est. veluti, Cicerò qui triplex illud caput habebat, quum. P. Clodius legem tulit, Velitis iubeatis Quirites, vt M. Tullio aqua & igni interdicatur: ciuitatem amisit: libertatem retinuit. Quid vocas aquę & ignis interdictionẽ? Veteres iis maximè rebus contineri vitam humanam crediderunt, itaque sacramento ignis & aquę nuptiarum fidem sanciebant. ignis enim calorem, aqua humorem habet. quibus duobus conseruantur corpora: quamobrem quibus aqua & igni interdicebatur, adimi tã quam vitã crediderunt veteres. Ciceronem ergo tecto nemo recipere audebat, aut vlla re iuuare, quæ ad vitam cultúmque pertinet. Item si quis deportetur in insulam. Cor. Vib. *&

¶Not. ꝙ deportatis, & quibus aqua & igni interdictũ est, remanet libertas: sed ciuitas amittitur. Syl.

¶b Interdictum. Hanc pœnam in vsu non habemus, sed eius loco successit deportatio: vt ff. ad. l. Iul. pecu. l. iij. sed instar excommunicatorũ habebantur, quib⁹ talia denegabãtur. Sed videtur hunc etiam fieri seruum. licet hîc denegetur. ff. de var. cog. l. cognitionum. in fi. contrà. sed perditur libertas: vt ibi dicitur, vt non possit facere testamẽtum, cui sic est interdictum: vt ff. de iniu. rupt. testa. l. si quis filio. §. eius. nõ quòd fiat seruus verè.

ADDITIO Quia aqua & ignis humanam vitã* continere sunt credita: & nuptiis (vt ait fest⁹*) aqua & ignis accipiebat̃, & exulib⁹ atrocissimè dãnatis, aqua & igni interdicebat̃. A. F. *lib. i.

¶Adde, quòd hæc glo. communiter reprobatur: quia excõmunicatus potius æquiparatur relegato, vt dicit Ias. in. l. fi. C. qui admit. Syl.

¶c In insulam. Secus si in metallum. vt s̃. quibus mo. ius. pa. po. sol. §. pœnæ. in casu tamen etiam libertatem perdit damnatus in insulam: vt C. vt nemo pri. l. ij. §. cum autem.

¶Minima. THEMA. Quam vocas minimam? quum neque ciuitas, neque

que libertas amittitur, sed tantùm familia: veluti P. Clodius quum se Fonteio in adoptionem dedit, familiam amisit, minimámque passus est capitis deminutionem. item filiusfamiliâs qui emancipatur. quamobrẽ? quia, si meministi, olim qui emancipabant, quasi vendebantur, & in seruilémque conditionem redigebantur. C. Vib.

mutatur: quod accidit iis, qui cùm sui iuris fuerint, cœperunt alieno iuri subiecti esse [a]: vel contra [b]: veluti * si filiusfamiliâs à patre emãcipatus fuerit, est capite deminutus*.

*abest.

*capitis deminutio.

¶ *Priuatio præsupponit habitum. Aret.*

¶ Seruus autẽ manumissus capite nõ minuitur [c]: quia nullum caput habuit.

¶ a Subiecti esse. vt in arrogatis.

¶ b Vel contrà. Aliàs est in litera: si filius à patre emãcipatus fuerit, est capite minutus. & secundum hoc, est expositio huius verbi, vel contrà. aliàs verò hoc totum deest: & tunc idem subintelligo. Alij dicunt, quando sui iuris non est, transfertur in potestatẽ alterius, putà aui materni, vel etiam paterni: vt s. de adopt. §. sed hodie. qui casus est contrarius illi, quando qui sui iuris est, in arrogationem datur. Sed quare filiusfa. cùm emancipatur, capite minui dicitur? Resp. propter imaginariam venditionem, quæ fiebat: vt s. quib. mod. ius pa. pot. sol. §. præterea. in princ. Sed cùm hodie nõn fiat hæc venditio, vt in eo §. continetur, videtur quòd hodie nõ minuatur capite. Sed certè illa sola nõ erat ratio: imò & alia, quia mutat familiam: vt ff. eo. l. libero. in prin.

¶ Adde, quòd ego aliàs ex illo text. tenebam contra gl. quia ibi ratio assignatur expressa & vnica, quæ hodie cessat. Not. tamen ex hac gloss. quòd correcta vna ex rationibus legis, remanet lex. Syl.

¶ c Non minuitur. i. eius status non mutatur: cùm primò nullũ habuerit statum: vt hîc, & ff. eo. l. liberos. in fin. & l. sequ. sed contrà est. C. de bo. proscri. l. j. Sed dic, quòd ibi crimine capitali seruus accusatur, id est, tali quod esset aliàs in libero capitale. Item, quid, si quãdoque habuit caput: quia fuit liber, & nunc seruus est, & manumittatur? Respon. idem: quia præsens tempus considero.

¶ Ren... te non pera...

¶ Quibus autẽ [d] dignitas magis, quã status permutatur, capite non minuuntur, & ideo à senatu motos capite nõ minui constat [e].

¶ *Cognationis ciuilis effectus, non minima, sed media ... capitis deminutione tollitur.*

¶ Quòd autem di

¶ Quibus autem. THEMA. Censores olim hanc potestatem habebant, vt improbos senatores senatu mouerent, Equitibus equum publicũ adimerent. obsecro, nunquid illa dignitatis amissio, capitis deminutio est: illique tum senatores, tum Equites capite deminuti erãt? nequaquam. Capitis enim appellatione dignitas non continetur. C. Vib.

¶ d Quibus autem. Dixi aliquem aliquo de tribus modis capite minui, vt s. eo. in prin. autẽ pro sed: sed quibus dignitas, &c.

¶ e Constat. vt ff. de sena. l. iij. & hic si fuerit remotus propter turpitudinẽ, non potest iudicare: vel testimonium dicere: vt ff. ad leg. Iul. re. l. eadem. §. j. & ff. de sena. l. ij.

¶ Quod autem. CASVS. Ius cognationis manétne etiam post omnes capitis deminutiones? non, sed post minimam tantùm. Maxima enim & media illud absorbent. Cedo exemplum. Cicero dum ciuis est, potest intestati patris hæres esse: aut fratris. Exul nõ potest. Neuius se vendidit, cùm seruus fit, patri, aut fratri iure cognationis non succedet. Quid verò, si sit manumissus? Ne tum quidem ius cognationis recuperat. Etiámne vt matrem, aut sororem ducere vxorem possit, quasi non cognatas? minimè. Ius enim cognationis est duplex. Vnum quod naturale est, id est, in sanguinis coniunctione positum: alterum ciuile, id est, à legibus inductũ propter sanguinis coniunctionem. illud tolli nõ potest. siquidem iura sanguinis nullo iure ciuili corrumpi possunt. hoc alterum potest: veluti, vt cognatus proximus sit hæres. Cor. Vibul.

¶ Nót. quòd lex sequens potest declarare præcedentem. Item quòd cognatione maxima & media capitis de-

ctum est[a], manere cognationis ius etiam * post capitis deminutionē: hoc ita est, si minima capitis deminutio interueniat: manet enim cognatio[b]. Nā si maxima capitis deminutio interueniat *, ius quoque cognationis[c] perit, vtputà seruitute alicuius cognati: & ne quidē si manumissus[d] fuerit, recipit cognationem. Sed & si in insulā[e] quis deportatus[g] sit, cognatio[f] soluitur.

¶ *Tutela defertur pro- & si plures sunt de- tur ad omnes. Arc.*

¶ Cùm autem ad adgnatos tutela pertineat[g]: non simul ad omnes pertinet, sed ad eos tātùm, qui proximiore gradu[h] sunt. Vel si plures eiusdem gradus sunt, ad omnes pertinet. veluti, si plures [i] fratres sunt, qui vnū gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur.

TITVL. XVI.

DE LEGITIMA Patronorum tutela.

¶ *Patroni ad libertorum tutelam*

minutione tollitur: dico autem media propter exemplū deportati. Item, q seruus nō recuperat cognationem, etiā eo manumisso. Item, q semel extinctū non reuiuiscit, etiā cessante causa extinctionis. liberi, & postea serui: quod eorum delicto contingit: vnde non debent habere commodum, vt ff. sol. mat. l. si ab hostibus. §. j. & ff. de min. l. Papinianus. ibi, indignum, &c. licet ibidem illa ratio corrigatur. ibi verò semper fuerunt serui. Vel illa noua corrigit istā. nā ex Græca constitutione illa est extracta, vt ibi dicitur.

Item, q à priuatione ad habitū non datur regressus. Syl.

¶ a Quod autē dictum est. supràtitulo proximo. §. fin.

¶ b Cognatio. i. ius cognationis à prætore inductū, ex quo ad bon. pos. vocatur per. vnde cogn. ī. de hær. quæ ab intest. §. admonendi.

¶ c Cognationis. i. Ius succedendi, & ad tutelam vocandi perit: sed ipsa consanguinitas non perit: vt ff. de reg. iu. l. iura sanguinis. cū sit de iure naturali: vt s. de iure nat. §. pen. contrà. & s. de nup. §. illud. contrà. Sed qualiter cognatis defertur? imò agnatis, vt s. titul. j. in princ. Resp. post agnatos: vt infrà de hære. quæ ab intest. §. admonendi.

¶ d Si manumissus. Aliud, si restitutus, secundum Io. vt ff. ad Tertyl. l. j. §. filio qui mortis. contrà. & C. de sen. pas. l. si. contrà. & ff. de contratab. l. j. §. fin. & l. ij. contrà. Item contrà est, in eo, quod hìc dicit, tolli ius cognationis per maximam & mediam capitis deminuti. ff. de reb. dub. l. si cognatis. Sed aliud in legato, in quo vertitur ius naturale: vt ff. eo. l. legatum. Vel ibi loquitur de cognatione iuris ciuilis, quę per adoptionem constituitur, vt ī. de leg. agnat. §. per adopt. & ff. de adopt. l. qui in adoptionem. hìc verò de naturali cognatione: vt ff. de grad. affi. l. non facile. §. j. & sic ibi de minima cap. demi. loquitur. Item contrà, infrà de serui. cogna. in fin. j. resp. Sol. hìc loquitur in his, qui primò fuerūt

¶ e Sed & si in insulam. Hìc ponit exemplum de media: sed. s. modò posuit exemplum de maxima.

¶ f Cognatio. i. ius cognationis: vt s. proxi. §. diximus.

¶ g Pertineat. Vt s. titu. j. j. respon.

¶ h Gradu. Facit ad hunc §. ff. de legat. iij. l. si plures. & ī. de legi. agn. suc. §. si plures. & ff. de sepul. vio. l. iij. §. si plures. Hodie verò hic §. corrigitur: quia æqualiter tam ad agnatos, quàm cognatos defertur tutela, sicut hæreditas: vt in auth. de hær. ab intest. §. ex his. col. ix. Et sic lex noua corrigens vnum ex specificatis à lege veteri, censetur etiam corrigere aliud: vt hìc, & l. si quis seruus. C. de fur. & per Angelum in §. j. s. de iure naturali.

¶ i Si plures. aliàs isti duo versiculi desunt, Si plures fratres sunt qui vnū gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur: sed ego habeo. Accurs.

DE LEGITIMA PA-

¶ Quia suprà visum est de legitima agnatorum tutela: & quia est & alia, quæ appellatur legitima, scilicet tutela patronorum, ideo de ea tractaturus, subdit de legitima patronorum tutela. Porc.

* &.

* incurrat.

Ex eadem. Diuiditur in sex partes. Primò ponitur qualiter tutela libertorum patronis deferatur. Secundò quomodo vocetur: & est legitima à lege xij. tabu. proueniens. Tertiò illud per rationẽ probat. Quartò confirmat per exemplũ. Quintò exemplum probat per rationem. Sextò rationem declarat. Secunda ibi, Quæ & ipsa. Tertia ibi, Eo enim. Quarta ibi, Cũm & agnatos. Quinta ibi, Quia plerunque. Sexta ibi, Ideo autem. Aret.

ex ... legis ... si intestatis liberis succedunt. ... emolumentum ...

Ex eadem[a] lege xij. tabul. libertorum[b], & libertarũ tutela ad patronos[c], liberósque eorum pertinet. quæ & ipsa[d] Legitima[e] tutela vocatur: non quia nominatim ea lege de hac tutela caueatur, sed quia perinde accepta est per interpretationem[f], ac si verbis legis introducta esset. Eo enim ipso, quòd* hæreditates libertorũ, libertarúmque, si intestati decessissent, iusserat lex[g] ad patronos,

*quo.

Casus. Sylla libertum habebat nomine Chrysogonum, adolescentem (vt ait Cicero) vel potentissimum ciuitatis. Is autem minor erat annis XIIII. quis erat eius tutor? Ipse L. Sylla, vel Syllæ filius. quo ex iure? Ciuili, duodecim tabularum. Idne lex illa disertè, ac nominatim iubebat? nequaquam. sed ita scripta erat, PATRONI, LIBERIVE EORVM, LIBERTIS INTESTATIS SVCCEDVNTO.* Quoniam autem vbi honos, ibi onus. Prudentes interpretati sunt hanc esse legis sententiam, vt cui honorem hæreditatis, eidem onus tutelæ deferrent. Ergo, vbi successio, ibi plerũque tutela. Cur addidisti, plerunque? propter mulieres. Nam si fœmina seruulum impuberem manumiserit, & is moriatur impubes, eius quidem hæres erit: si viuat tamen, tutrix non erit. quamobrem? quia tutela munus virile est. Cor. Vib.

*Ex Vlpi. epit. tit. 29.

Not. quòd dictio ex, denotat causam mediatam. Item, quòd dicitur ex lege quid esse, quando est ex ratione ipsius. Item, quòd ita dispositum censetur, quod deciditur per rationem, sicut illud quod deciditur per verba. Item, quòd illud quod sumitur ex ratione, dicitur venire per interpretationem. Item, quòd lex defert tutelas secundum naturam successionem regulariter: licet vbi est commodum, ibi est incommodum. Item, quòd dictio, plerunque, idem importat quod regulariter. Item, quòd fœmina manumittens succedit: & tamen non est tutrix. Item, quòd illud censetur dispositũ, quod verisimiliter potest esse de mente disponentis. Item, quòd extensio fit de casu ad casum ex identitate rationis. Syl.

a Ex eadem. scilicet per interpretationẽ, non ex verbis eius, vt subiicit & ff. de legi. tut. l. tutela. j. resp.

b Libertorũ. s. impuberum.

c Ad patronos. Quocunque modo manumittentes, nisi libertas detur à lege: vt ff. de leg. tut. l. tutela. vsque ad § fin.

d Quæ & ipsa. quasi dicat, non solùm aliæ quidam legitimæ sunt, sed & ista.

e Legitima. scilicet ex mente legis, non ex verbis, non tamen satisdant, nisi eorum personæ sint vulgares, & minus honestæ, aut modus tutelæ: quia magnum patrimonium, vel magna tutela nimis, aut persona, quia suspecta, vel non diligens pupillum, vel non honesta: aut causa admittat, id est, recipiat satisdationem: vt ff. eodem. l. legitimos. §. j. & ij. licet alij legitimi indistinctè satisdent: vt infrà de satisd. tut. §. j.

Adde, quòd quanuis hanc differentiam reprobet Bal. & seq. Porc. hic. tamen Ias. hic defendit optima ratione glos. & assignat rationem differentiæ inter agnatos, & patronos. Syl.

f Per interpretationem. scilicet, Iurisconsultorum.

... Hoc est notabile exemplum interpretationis legum, quæ ex sententia, non ex scripto ducitur. l. si quis id. ff. de iuris. l. non possunt. ff. de ll. quam Doctores vocant extensiuam.

g Lex. scilicet xij. tabul. vt infrà de succes. lib. j. respons.

liberósve eorum pertinere: crediderunt veteres [a] voluisse legẽ [b], etiam tutelas ad eos pertinere. Quũ & agnatos, quos ad hæreditatem vocat [c], eosdem & tutores esse iusserit [d]. Quia plerunque vbi successionis est emolumentum, ibi & tutelæ onus esse debet. Ideo autem diximus Plerũque [e], quia si à fœmina impubes manumittatur, ipsa ad hæreditatem vocatur, cùm alius sit * tutor [f].

*est.

TIT. XVIII.

DE LEGITIMA parentum tutela.

¶ Ex extensione Iu[illegible] [patr]onorum pater [illegible] legitimus tutor filio emancipato. Aretinus.

Exemplo patronorũ recepta [g] est & alia tutela, quæ & ipsa Legitima vocatur. Nam si quis filium, vel filiam, nepotem, aut neptem ex filio, & * deinceps, impuberes emancipauerit *, legitimus eorum tutor erit [h].

*vel. *emancipet.

a Veteres. scilicet, sapientes.

b Legem. s. eandem xij. Tabu.

c Vocat. scilicet, lex xij. Tab. vt infrà de leg. agna. suc. §. j.

d Iusserit. Vt suprà de legi. agn. tut. §. respon. & sic notabis hîc, quod vbi est eadem æquitas, idem ius debet statui. sic ff. ad leg. Aquil. l. illud. & ff. de fur. l. j. §. j.

Aequitas vbi eadem est, ibi & idem ius statui debet.

e Plerunque. quare hoc dicit, statim subiicit, & facit ad hanc regulam. ff. de regu. iur. l. secundum naturam. & infrà de cõtrahen. emp. §. cùm autem. & C. de fur. l. fi. §. sed cùm in secundam. & C. de cap. tol. l. vnic. §. pro secundo. & ff. de per. & commod. rei ven. l. id quod.

f Tutor. & ita apud alium est hæreditas, & apud alium tutela, scilicet agnatum, vel cognatum: vt hîc, & ff. de legi. tu. l. j. §. j. Item minor vigintiquinq; annis manumittens succedet in hæreditate, vt patronus, non tamen erit tutor: vt infrà de fidu. tut. in fin. & C. de legi. tut. l. vlt. §. fin.

Adde, quòd hæc declaratio posita in text. non erat necessaria, nisi gratia iuuenum, ex eo: quia quando lex præsupponit regulam, præsupponit in omni alio respectu habilitatem: ideo qui alio respectu est inhabilis, ob ídque non admittitur, non corrumpit regulam. c. j. de ætate, & qualitate. Syluest.

DE LEGITIMA PArentum tutela.

Quia suprà visum est de legitima patronorum tutela: & quia est & alia, quæ etiam legitima appellatur, vt parentum, ideo de ea subdit. Porc.

Exemplo. Diuiditur in tres partes. Primò, quòd tutela quæ defertur emancipatori, est similis illi, quæ defertur patrono. Secundò, quòd etiam est legitima. Tertiò exemplificat. Secunda ibi, Quæ & ipsa. Tertia ibi, Nam si quis.

CASVS. Cornelius filium suum impuberem emãcipat. Quis eius emancipati tutor erit? Didicisti regulam, Vbi successio, ibi tutela. Pater autem emancipato filio succedit: vt dictum est. §. & tunc. ꝟ. quibus mod. ius patr. Ad patrem ergo & tutela pertinet. Cor. Vib.

Not. patrem emancipantem esse legitimum tutorem. Item, quòd æquiparatur patrono. Item, quod ista non est ex verbis, nec ex mente, sed per interpretationem. secundum Ang. Tamẽ dic quòd exemplo patronorum, vult dicere. i. vt tutela patroni. Vnde sicut illa est ex ratione legis xij. Tabu. propter delatam successionem: ita & eodem modo ista est ex eadem causa, & ex eadem ratione introducta, statim aperta est via successioni: & ideo eodem modo dicitur ex mente vna, sicut alia. Item, quòd statutum in vno æquiparatorum, habet locum in alio. Syl.

g Recepta. s. per interpretationem Iurisconsultorũ, vt superior cùm desinebat esse agnatus, nisi cõtracta fiducia emanciparet, quod hodie semper præsumitur: vt ꝟ. de leg. agn. succes. §. fin. vnde hodie est semper legitimus.

h Tutor erit. s. qui emancipauit, si ipse est maior xxv. ann. vt infrà titu. j. in fin. & facit ad hoc suprà quib. mod. ius pat. po. sol. §. & præterea si impubes. & ꝟ. tit. j. j. respon.

DE FIDVCIARIA tutela.

Cótinuatur ad præcedétes hoc ordine. Suprà visũ est de legitima paréτũ tutela. Verùm quia alia est, quæ Fiduciaria appellatur, ideo de ea tractaturus intitulauit de Fiduciaria tutela.

Est & alia. Diuiditur in quinque partes. Primò ponit dictum. Secundò illud exemplificat. Tertiò ponit diuersum in filio patroni. Quartò diuersitatis rationẽ assignat. Quintò ponit aliud dictum. Secunda ibi, Nam si. Tertia ibi, At qui. Quarta ibi, Quoniam. Quinta ibi, Ita tamen.

Est & alia. [illegible] Habeo nunc causam nó admodum à superiori diuersã. Quid enim, si Cornelius sit mortuus, q. tutor erat legitimus? q.s erit tutor emãcipati filii? Maior natu filius, si quis sit. Vt ergo in manumissis seruis, patrono mortuo, eius filii: sic in emancipatis filiis, patre mortuo, eius filii tutores fiunt. In eo quidem similitudo est: sed in alia re differentia. Nã patroni filii tutores sunt, quia hæredes etiam sunt. at patris emancipatoris filii heredes non sunt. l. j si à patre q.s manu. Quare non dicentur tutores legitimi. quomodo ergo? fiduciarii. quid ita? quia vt pater fiduciarius dicebatur, cui emancipatus erat filius: ita contracta, id est reciprocata, relatáque fiducia, verus pater dici deberet Pater fiduciarius. Sed quia verus pater est, non mutat nomen. Præterea quemadmodum pater ille fiduciarius, si fiducia non est contracta, neque remancipauerit filium vero patri, sed eum manumissit, ad exemplum patroni tutor efficitur, qui Fiduciarius tutor appellatur, vt ait Vlpia. in titulis: sic pater verus, qui filium manumisit, dici deberet Tutor Fiduciarius. Verùm quia hæres est legimus, & qui hæres legitimus est, idem est tutor legitimus: hoc nomen in filium alterum tranfert, qui legitimũ dici non posset, quia non est hæres legitimus: alioqui par esset serui manumissi, & filii manumissi ratio. Quod æquum non est. Nam si seruus mansisset seruus, filiorum patroni seruus fuisset. Si filius non fuisset emancipatus, nõ recidisset in fratris potestatẽ; itaque neque in tutelã. Cornel. Vibul.

Not. minorẽ vigintiquinque annis non admitti ad tutelam. Syl.

TITV. XIX.

DE FIDVCIARIA tutela.

Pater vigesimum quintũ superans annum: filii sui ab a- [illegible]

[illegible] impuberis.

Est & alia tutela[a], quæ fiduciaria appellatur[b]. Nam si pater* filium, vel filiã, nepotẽ, vel neptem, vel deinceps impuberes[c] manumiserit[d], legitimã nanciscitur eorum tutelam. Quo[e] defuncto, si liberi[f] eius virilis * sexus existant, fiduciarii

*parẽs

*perfectæ ætatis D.

a Est & alia tutela, id est, alio nomine vocata.

b Fiduciaria appellatur. De qua dicitur infrà §. quo defuncto.

c Impuberes. Nam si puberes, non erit eorum curator legitimus: vt ff. de excu. tut. l. amicissimos. §. Lucius. Argu. contrà, authen. vt ii qui ob. se hab. per §. j. Ioan.

Adde, quòd hæc glo. communiter approbatur. cùm non detur curator legitimus nisi furioso, mente capto, & prodiguo. Syl.

d Manumiserit, id est, emancipauerit: vt ff. quando acti. de pecul. est an. l. j. §. j. & facit suprà titu. j. & ff. de leg. tut. l. tutela. §. fi. & l. seq.

e Quo. s. patrefa. qui erat tutor filiorum. & nepotum. Accur.

f Si liberi. Qui remanserunt in potestate patris. Idẽm puto, & si filii fuerunt emancipati. Si autem tàm impuberes, quàm puberes remanserunt in potestate, ipso iure recidunt in potestatem sui patris illi, qui filii sunt: sed fratres recidunt in tutelam fiduciar. & semper: vt s. quib. mod. ius pat. pote. §. fol. j. & s, de tùt. § permissum.

ADDITIO. Istam glo. repræhendit. Iac. quia tunc erat legitima ex mente & verbis. l. xij. Tabul. per tex in terminis, in l. tutor. in princ. ff. ad. Velleia.

a Filiorũ suorũ.s.nepotũ defuncti.

b Sororis. Sed certè frater videtur esse legitim⁹: vt C.de exce.l.aduersus, quæ est cõtrà. Sed certè qui fiduciari⁹ est, legitim⁹ est per interpretationẽ: licet aliud nomẽ habeat, s. fiduciarius: & illũ respectum habuit ibi, vt legitimũ fiduciariũ appellaret.

*absunt rectè. *abest. D.

secunda ratio cessat. sed potest dici contrarium: quia remanet prima.

ADDITIO. Forsitan facilius, & meliùs habebitur intellectus totius tit. si dixerimus solos fratres tutores fiduciarios suorum fratrũ, & nunquam filiorum suorũ, & exponamus tex. in principio filiorũ suorum, scilicet defuncti, vel fratris, & exponetur vel pro, id est, vt sit sensus, quòd liberi virilis sexus perfectæ ætatis, sint tutores fiduciarii fratrũ suorũ qui sunt filii patris defuncti, vt notũ est: & hoc euidenter apparet per rationem quam subiungit tex. vbi sola de fratribus mentio fit. Ias.

Istam gl. reprehendunt communiter omnes docto. hîc per hũc tex. in ver. atqui & ad cõtrarium respõdet, ꝙ loquitur in fratre non emancipato: quẽ inter agnatos vocat lex xij. tabu. secùs in emancipato, vt hîc.

tutores filiorum suorum[a]*, vel fratris, vel sororis[b], & cæterorũ * efficiũtur. Atqui[c] patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque eius legitimi sunt tutores: quoniam filius quidem defuncti, si non esset à viuo patre emãcipatus, post obitum eius sui iuris efficeretur, nec in fratrum potestatem recideret[d]: ideóque nec in tutelam[e]. Libertus autẽ, si seruus mãsisset, vtique eodẽ iure[f] apud liberos domini post mortem eius futurus esset. Ita tamen hi ad tutelã vocãtur, si perfectæ[g] sint ætatis, quod nostra cõstitutio[h] in omnibus tutelis & curationibus obseruari generaliter præcepit[i].

c Atqui. Pro certè. aliàs atquin, & tunc dic, at pro sed: & quin pro certè & est oppositio, quare filii patronorum sunt legitimi: vt suprà de leg. patro.tu.j.respõs. & isti filii non sic. Ad quod respondet: quoniam filius, &c. Sed hæc ratio non tenet, nisi inter fratres, qui non dicuntur recidere in potestatem fratrum suorum, sed filii, id est, nepotes erant recasuri in potestatem: ergo in tutelam legitimam. Sed respondeo, non recidunt filii iure hæreditario in potestatem: sed iure paternitatis & filiationis. At seruus si non esset manumissus, iure hæreditario erat futurus seruus apud filios domini: & nisi essent hæredes, nõ essent domini: sed filius etsi nõ sit hæres patris, tamen filium suum in potestate habet: vt s. quib. mod. ius pat.pot.sol. §. j. Erat & alia ratio iure veteri: quia emãcipatione tollebatur ius agnationis minima cap. etiam inter patrẽ & filium, nisi esset emancipatus contracta fiducia, nedũ inter fratres: vt C. de legi. tut.l. iiij. & s. de leg.ag.tu. §.fin. sed hodie corrigitur: vt d.l.iiij.C.& j.de leg.agn.suc.§. fin. Vnde dicitur quidam: vt Azo, hodie fiduciariam esse legitimam ex verbis & sententia. l. xij. tabul. ex quo hæc

d Recideret. Dicunt quidam quòd si non esset emancipatus, non erat futurus in potestate fratris, sicut erat patris: & ideo emancipatus non ita erit apud fratrem, sicut erat apud patrem. i. in simili tutela.

e Nec in tutelam. s. legitimam, sed fiduciariam.

f Eodem iure. seruus enim si nõ manumittat, erit in potestate filii patroni iure hæreditario: sed filius in potestate patris iure patriæ potestatis.

g Perfectæ. id est, xxv. ann. nã quoties fit mentio de ætate perfecta, vel de maiore annis, de xxv. ann. intelligitur: vt C. de iis, qui ven. æta. imp. l. fin. & ff. de leg. iij. l. cùm filio. §. fin. — Aetas perfecta quæ est.

Adde tu, quòd ista est vera in se: tamẽ veriùs dicetur ætatis appellatione, maximè perfectæ, venire tempus secundum subiectam materiam: Nam in matrimoniis, & beneficiis ætatis perfectæ appellatione venit pubertas in vno, in alio diuersimodè capitũ: vt per Abb. in c. cũ in cunctis. de ele. Are. in l. qđ Serui⁹. ff. de cód. cau. Syl.

h Constitutio. vt C. de leg. tu. l. fi.

i Præcepit. scilicet vt sit perfectæ ætatis. & est ratio: vt j. de excu. tu. §. minores

minores xxv. ann. Accur.

DE ATTILIANO TV[illegible]

Suprà visũ est. de testamẽtaria tutela: & subsequẽter de legitima. Verùm quia cessante testamentaria, & legitima, op⁹ est ꝓuidere de datiua: ideo subdit de Attiliano tutore. Porc.

a De Attiliado tutore. i. de eo tutore, qui dabatur per legem factam ab Attilio: vt in textu exponit.

[illegible]

Vlpianus in tit. 11. Lex, ait, Attilia, iubet mulieribus, pupillísue nõ habẽtib⁹ tutores, dari à Pretore, & maiore parte Tribunorũ plebis, quos tutores Attilianos appellamus. Sed quia lex Attilia Romæ tantùm locũ habet, lege Iulia, & Titia prospectum est, vt in prouinciæ quoque similiter à Præsidibus earum dentur tutores.

Vide [illegible] lib. 39.

I cui. Totus iste tit. diuiditur in quatuor partes. Primò ponit ius antiquum, circa dationem tutoris. Secundò ponit ius nouum. Tertiò ponit ius nouissimum. Quartò ponit nouum casum. videlicet, quòd naturali equitati conuenit impuberes esse sub tutoribus: & ꝙ, finita tutela tenentur ad rationem reddendam. Secunda ibi, Sed hoc iure. Tertia ibi, Nos autem. Quarta ibi, Impuberes. Itẽ prima subdiuiditur in alias quatuor partes. Primò, ex quibus legibus ipse tutor dabatur, deficiẽte omni tutore testamentario & legitimo, & à quibus dabatur. Secundò, quãdo testamẽtario dato sub cõditione, vel in diem purè tutor datur. Tertiò quid si testamentarius tutor sit captus ab hostibus. Quartò, quomodo istę leges ab vsu recesserunt, & causam propter quam. Secunda ibi, Sed & si. Tertia ibi, ab hostib⁹. Quarta ibi, Sed ex his.

CASVS. Didici iam quinque tutorũ species. Sed exorta est illa dubitatio: Annius pupillus erat, cui neq; testamẽtarius, neque agnatus, neq; legitimus, aut patron⁹, aut pater, neq; fiduciari⁹ tutor erat. qs ei tutor dabitur? Romę à Pretore vrbano, & maiore Tribunorum plebis parte (erant autem decem) lege Attilia dabitur ei tutor, qui Attilianus inde vocabitur: in prouinciis, à Pręside prouinciæ lege Iulia & Titia. Cor. Vib.

Not. quòd nõ habenti tutorẽ testamentariũ, vel legitimum, dabantur tutores datiui ex lege Attilia, & aliis in tex. expressis. Item, ꝙ licet referre legem correctam ad ponendam correctionẽ, & vt melius intelligatur. Syl

b Tutor fuerat. s. ex testamẽto. nam quandiu testamentaria tutela superest, non est locus alij. Item nec legitima. nam nec datiua tũc locũ habet: vt C. qui dare tu. poss. l. si sororis.

c Et maiore. i. duobus. Erant enim tres: vt arg. C. de offic. præto. l. ij. & ff. de orig. iur. l. ij. §. iisdem.

ADDITIO. Glosa fallit, nã postea creati sũt decẽ, quot erãt tẽpore legis Attiliæ. vide d. l. ij. ver. ergo ex his.

Sed etsi. CASVS. Testator dedit Annio pupillo Pompeium tutorem: sed sub conditione, putà, postquam Cõsulatu abierit. Interea pupillus carebítne tutore? minimè. Nam Attilianus, aut Iulianus ei dabitur tutor, Quid si purè dederit, sed hæres institutus nõdum adiit hæreditatem, diu s. deliberans? Ex iisdẽ legibus dabitur tutor. Quid verò postquã Pompeius victor ex bello Asiatico rediit, aut Consulatu abiit, aut hæres adiit? Testamentarius ad tutelam accedet: illi verò ab ea desistent. Cornelius Vibulanus.

Not. tutorem dari posse ad tempus Itẽm, quòd testamentaria tutela non

TITV. XX

DE ATTILIANO tutore[a], & eo qui ex Lege I[illegible] dabatur.

¶ Cessante testa[illegible] [illegible] legitima [illegible] [illegible] datur. [illegible]

I cui nullus omnino tutor[b] fuerat, ei dabatur in vrbe quidẽ à Prætore * vrbano, & maiore[c] parte Tribunorũ plebis tutor ex lege Attilia: in prouinciis verò à præsidibus prouinciarum, ex lege Iulia, & Titia.

¶ [illegible] [illegible] tempore, [illegible] habet locũ, qui tutor est, quousq; testamẽtarij impedimentum cessat. Ares.

Sed & si testamento tutor sub conditione, aut ex

cōfirmatur, nisi adita hæreditate. Itē, ꝙ datus propter alterius impedimētum durat eo durante, & nō vltrà. Syl.

a Ex die certo. Vt à Paschate in antea sis tutor.

datus testamento tutor, ab hostibus captus est. quis intereà dabitur? Attilianus, aut Iulius Titian⁹. Quid si reuertatur? Postliminii iure tutelā suscipiet. De postliminio autē superius explicatum est. Cornelius. Vibulanus.

die certo [a] datus fuerat quādiu cōditio, aut dies pendebat, ex eisdem legibus tutor dari poterat[b] Item si purè dat⁹ fuerat, quādiu ex testamento nemo[c] hæres existebat[d], tandiu ex eisdem legibus tutor petendus erat: qui desinebat [e] esse tutor, si conditio [f] extiterat, aut dies venerat, aut hæres extiterat.

¶ *Impedimēto super... testamentario, quod tamen speratur tolli de iure communi: datur interim tutor à iudice, qui desinit esse tutor, impedimento testamen...*

Ab hostib⁹ quoque tutore capto, ex his legibus tutor petebatur[g]: qui desinebat [h] esse tutor, si is, qui captus erat, in ciuitatem reuersus fuerat: nā reuersus recipiebat tutelam iure postlimini [i].

¶ *Item lege Atilia, ... tur de satisdatione tutoris, ideo ex his deferunt tutores dari. Aretinus.*

b Dari poterat. Et hodie datur: vt ff. de testamen. tut. l. si quis sub conditione.

Adde, ꝙ interim potius datur datiu⁹, q̄ legitimus: ex eo, q a cùm legitima tutela deferatur secundū cōditionē hęreditatis, hęreditati hæredíque legitimo nō est loc⁹ donec speratur, quòd locus esse possit testamentario. l. quandiu. ff. de acquir. hæredi. Syl.

c Nemo. Nā si vnus de pluribus hæredibus adierit, valet tutela, vt ff. de testa. tut. l. si nemo. Idē in libertate in testamento relicta: vt ff. de testa. ma. l. testamen. §. testamento.

d Existebat. Sed quid, si nullus fuit institutus cū pupillo: sed tantùm pupillus est hæres? Potest dici, ꝙ auctoritate iudicis adeat: vt C. de iur. deli. l. si infanti. & tunc valebit tutela, & incipit tutor administrare.

ADDITIO. Vide plenius hāc quęstionem per gloss. in l. si nemo. j. ff. de testamen. tute.

e Desinebat. i. ille, qui sic erat datus in subsidium, desinebat, cùm testamentarius venit, vt subiicit.

f Conditio. Hîc tutor tacitè vsq; ad diē, vel cōditionē existentē datur. expressè non potest: vt ff. de re. iur. l. actus.

ADDITIO. Quod pcedit in cōditiōe intrinseca prouenięte ex natura rei: secundū Christophor. vt hîc, & l. muto. §. sub conditione. ff. de tut.

Ab hostibus. Domitius

Not. ꝙ cessāte impedimento, cessat dispositio facta ex causa dicti impedimenti. Item, ꝙ fictio postliminii habet locū etiam in tutela. Syl.

g Petebatur. Nec erat locus legitimæ: vt ff. de leg. tuto. l. j. §. si apud.

h Qui desinebat. i. iste talis, qui erat datus in subsidium.

i Iure postliminii. quo iure etiā omnia alia recuperat: vt suprà quibus modis ius patriæ potesta. solu. §. si ab hostibus. nec de administratis interim tenetur hic reuersus, vt argum. ff. si quis cau. l. iiij. §. illud sciendum.

Adde tex. qui hoc probat in c. j. de offi. vicar. lib. vj. Syl.

Sed ex his CASVS. Manéntne hodie tutores illi Attiliani, ac Titiani? nequaquam. Iampridem enim Consulibus ac Prætoribus data erat prouincia tutores creandi ex inquisitione, id est, locupletes, si honesti, si idonei essent. postea Præfectus vrbis, aut Prætor, aut Præses prouinciæ tutores dabant, si nimis magnæ non essent pupilli facultates. Cor. Vi.

Not. legem tolli per non vsum. Item, quòd datiuus datur ex inquisitione. Itē, quòd tenetur cauere rem pupilli saluam fore. Item, quòd potest cogi administrare. Itē not. quòd magistratus illi cœperunt supplere defectum legis: & sic quòd magistratus possunt in re rationabili omissa à lege

Sed ex his[a] legibus[b] tutores pupillis desierūt dari posteaquam, primò[c] Consules pupillis vtriusq; sexus tutores ex inquisitione[d] dare cœperūt: deinde Prætores ex cōstitutionibus. Nam supradictis[e] legibus, neque de cautione à tutoribus exigenda, rem saluam pupillis fore[f], neque de compellēdis[g] tutoribus ad tutelæ administrationem quicquam cauebatur.

¶ [illegible] nunc Romæ [illegible] tor, in pr[illegible] Præsides, vel [illegible] si facultates pupilli nō sunt magnæ, dāt [illegible]

Sed hoc iure vtimur[h], vt Romæ quidē Præfectus[i] vrbi, vel Prætor secundum suam iurisdictionem[k]: in prouinciis autem Præsides ex inquisitione tutores crearent[l], vel magistratus iussu[m] Præsidum, si non sint

à lege, eam supplere. Syl.

a Sed ex his. Nunc recitat secūdum ius: nam quatuor sunt iura, quæ in hoc titulo notari possunt.

b Legibus. s. Attilia, & Iulia, & Titia: vt s. eod. tit. in princ.

c Postea quā primò. Aliàs quamprimùm.

d Ex inquisitione, s. inquirēdo facultates eorū. an sint pares oneri iniuncto, vt i. de exc. tut. §. sed & propter. Item bona conuersatio requiritur, vt & aliàs in patre arrogatore: vt ff. de adopt. l. nec eo. §. eorū. & s. de adop. §. cum autem.

Adde text. in materia in l. scire. §. fi. de tut. & cur. dat. ab his. Syluest.

e Nam supradictis. Bene dico, quòd desierunt per has leges tutores dari, posteaquam Consules dederūt ex inquisitione, & bonū fuit proptèr duas rationes, quas ponit. Nā pro quia, &c.

f Fore. hanc cautionem præstāt tutores, & curat. vt ff. rem pupil. sal. fo. l. non quasi. §. j. & l. & si ad species.

g De compellendis. s. captis pignoribus: vt i. de satisd. tu. §. pen.

h Sed hoc iure vtimur. Hoc est tertium ius, quod erat tempore Iustiniani: & hodie est quartum additum, quod est infrà proxi. §.

i Præfectus. Ad præfectum cognitiones criminales, ad prætorem ciuilia negotia veniebant: vt patet ff. de off. præ. vr. per totum tit. & ff. de offi. præ. per totum tit. Sed tutelam dabat vterque, vt hîc.

Adde quòd dum docto. hîc volunt, quòd Præfectus haberet cognitionem ciuilium per §. cura carnis. & per §. quies. l. j. ff. de offic. Præfect. vrb. non videtur verum: quia in vtroque casu, & in regenda quiete ciuitatis, & in custodiēdis carnibus vertitur potius iudicium criminale, quàm ciuile. Syl.

k Iurisdictionem. Præfecti vrbi est iurisdictio vsque ad c. miliaria: sed Prætoris Romæ tantùm: vt ff. de offi. Præf. vrb. l. j. §. cùm vrbem. & in Summa Azo. de offic. Præto. Dabunt ergo tutorem eū, & ei qui est de sua iurisdictione. vt statim in Præside notabis.

l Crearent. s. eum, qui est de sua iurisdictione dabunt: vt ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. ius dandi. Si verò ibi nō inueniantur idonei, etiā in alio loco. quæret, & præsidi nūtiabit: vt ff. de tut. & cur. da. ab his. l. diuus. Item ei, qui sit de sua iurisdictione, vel ratione originis, vel ratione possessionis, vel ratione domicilij: vt ff. de tut. & cur. l. j. §. vlti. & l. diuus. Si autem in altero horum trium locorum non inuenitur, sed in quarto loco, reducendus est ad alterum locum de his tribus: & ibi tutelam accipiet, vt C. qui per tut. vel cur. l. j.

m Iussu Præsidum. Ergo delegatur. Sed contra. ff. de tu. & cu. da. l. nec mādante. Sed ibi mandatū est, quod non importat necessitatem, hîc iussus qui importat: vt ff. quòd iuss. l. j. §. j. & ff. man. l. j. Vel ibi erant magnæ facultates pupilli hîc paruæ. Sed certè. & si sint paruæ, adhuc videtur idem. nam datio tutelæ est misti* imperij: vt ff. de tut. l. muto §. tutoris datio. vbi dicitur, quòd tutoris datio illi soli cōpetit, cui nominatim hoc dedit, vel lex, vel senatusconsultū, vel princeps: ergo nō potest delegari. vt ff. de off. eius cui mand. est iur. l. j. j. respon. Sed dic, quòd non potest delegari non habenti iurisdictionem, sed habenti sic: vt ff. eo. de tut. & cur. da. ab iis. l. ius dandi. & hîc dicitur. Sed quæ sunt magnæ facultates? Respon. quinquaginta aurei: vt C. de defen. ciui. l. j. Vel decem libræ auri: vt in authent. de app.

*Vide libr. 4. medi. iurispr. Prateij. cap. 6.

Facultates quæ dicātur magnæ.

§.ij.collat.iiij.vel ccc.aurei: vt in authen.de defen.ciui.§.& iudicare. col. iij. Vel verius vsque ad quingentos solidos sunt paruæ: si vltra, sunt magnæ: vt infrà proxim.

simul cum imperio fortunis principum, ad aureos omnis pecuniæ ratio reuocari cœperit: nō sine ratione, tan quam qui fungantur munere & vsu assis, quantum ad hoc: in supputandis, ac numerandis pecuniis aureū solidum appellauere. AEmyl. Ferret.

¶ Adde, quòd hæc disputatio hodie sublata est per tex.nostrū: aliter enim magnæ, vel paruæ facultates dicūtur ex arbitrio iudicis inspecta personarū, locorum, & rerū qualitate, secūdum Bar.in l.si constante. in j.q.ff. sol.matr. Syl.

¶ Nos autem. Quid attinebat istas mihi obsoletas res odiosè narrare, quas in procœmio fabulas appellasti? Quin tu mihi legē imperatoris vno verbo expedis? Hodie pupillo quingētorū aureorū domino, quiuis magistratus adhibito ciuitatis episcopo tutores cōstituit: satisdationē à tutoribus exigēs, rem pupilli saluā fore. Quid ergo si datus tutor non fuerit locuples? cuius erit periculo? ipsius magistratus. Cor. Vib.

magnæ pupilli facultates.

¶ [illegible] quingentis ne[illegible] rint ampliores, [illegible]

Nos autem per cōstitutionem[a] nostram huiusmodi difficultates hominū* resecantes, nec expectata iussione[b] Præsidū, disposuimus, si facultates pupilli vel adulti vsq; ad quingentos solidos[c] valeāt, defensores ciuitatis: vnà[d] cum eiusdē ciuitatis religiosissimo Antistite, vel alias[e] publicas personas. i. magistratus, vel iuridicum Alexandrinæ[f] ciuitatis, tutores, vel curatores creare, legitima cautela secundum eiusdē constitutionis normā præstanda: videlicet eorū[g] periculo, qui eā[h] accipiunt.

*omnino.

¶ d Vnà. id est, simul.

¶ e Vel alias. hoc quādo extra ciuitatem, vt in municipio. nam magistratus municipalis dabit.

¶ f Alexandrinæ. hoc quando tutor datur in ciuitate Alexādrina.

¶ g Eorum. scilicet tabellionum & aliorū non verò ipsorum maiorum iudicum, qui habēt potestatem dandi tantùm: vt infrà de satisd. tut. & cur. §.pen.& §.fin. qui sunt contrà.

¶ h Eam. scilicet satisdationem.

¶ a Per constitutionem. Quam non habemus.

¶ b Iussione. id est, delegatione, siue præcepto. Nam in hoc differt à mandato: quia mādatum ex voluntate est, sed iussus necessitatis, vt ff. quòd iuss. l.j.§.ij.& ff.mand.l.j.

¶ Adde, quòd iussus propriè est, quando præcipitur habenti iurisdictionē eam excitando, secundum glo.& doc. in l.more.ff.de iur.omn.iud. Syl.

¶ c Solidos. id est, Aureos: vt infrà de pœ.te.litig.§.fin. quorum septuaginta duo faciunt libram auri: & C.de suf. & ar.l.quoties.lib.x.

ADDITIO. Solidus propriè idem quod libra, quæ As vocatur. Volus. Met. appellat ideò, quòd solida perfecta dicuntur. cùm autem de minutis

¶ Impuberes autem. CASVS. Quo iure tutela introducta est? Ciuili, vt diximus suprà de tutelis.§.j. Quid verò si quis quum pupillum desertū videret, nemóque eius tutelam suscipere, humanitate inductus res eius quasi tutor administrarit? aliquídq; eo nomine in rem pupilli contraxerit, valebítne is contractus? Valebit. Ius enim naturale suadet, vt impuberum aliquis tutelam suscipiat. Quem ad annū tutela durat? ad decimumquartum, quo anno ferè pupillorum genæ pube ac lanugine vestiri solent. Quid si tutor datus quum pastor esse debuisset, lupi partes egerit? Prætor iudices dabit, qui eum rationem referre, suáque pupillo bona reddere compellent. Cor. Vib.

¶ Nota quòd tutela ratione naturali introducta est. Item, quòd ius naturale capitur pro illa ratione & dictamine rationis, quod à natura insitum est

est hominibus. Item, quòd tutor tenetur reddere rationem administrationis. Item quòd non potest conueniri actione tutelæ, nisi ea finita. Syl.

¶ a Impuberes. hic §. est generalis ad omnes præcedētes tit. de tute.

¶ b Iuri. id est, æquitati.

¶ c Gerant. aliàs egerunt, id est, gesserunt, aliàs gerunt.

d Post pubertatē. Sed & ante, si finita tutela fuerit prius: vt ff. de tutel. & ra. dist. l. nisi finita. aliàs (i. nisi esset finita tutela) non nascitur actio tutelę: sed aliæ actiones natæ sunt: sed non exercētur, vt ff. de tu. & ra. disti. l. si tutor. la. ij. §. fina. & l. sed non dantur.

ADDITIO. Ratio diuersitatis est: quia actio tutelæ est generalis, & sufficit eā semel nasci, & non sæpius per singulas causas, secundum Ias. Ang. tamen tenet contra istam gloss. & de casibus in quibus possit exerceri etiam durante tutela, se remittit ad nota. in l. ij. C. de adminis t. tut.

¶ e Tutelæ iudicio. i. Actione tutelæ, quæ datur in simplum: & propter dolum, & culpam latam & leuem. Est & alia actio, qua tutor tenetur. s. de rationibus distrahendis: sic enim nominatur: vt ff. de contra. act. tu. l. ij. & datur in duplum, & propter dolum, tantùm: sed ita, vt in duplo contineatur rei persecutio. Prior datur contra tutorem, & contra hæredes: posterior contra tutorem tantùm: vt ff. de tut. & ra. dist. l. j. §. pen. & l. ij. Item vna intentata, altera denegatur, licet plus sit in ea: & econtrà secus in actione tutelæ & furti: quæ secum competit: vt ff. de tut. & ra. dist. l. j. §. id tutela.

Actio tutelæ, & actio de rationibus distrahendis differunt.

¶ Adde pulchrā rationem assignatam per glos. in l. tres tutores. § j. in verb. hac actione. ff. de adminis t. tut. Syl.

¶ *[illegible] est, vt re[illegible] [illegible], qui nescu[illegible] se reg[illegible].*

¶ Impuberes[a] autem in tutela esse naturali iuri[b] conueniens est: vt is, qui perfectæ ætatis nō sit, alterius tutela regatur.

¶ *Tutela finita, admi[illegible] [illegible] redd[illegible] [illegible]*

¶ Cū ergo pupillorū, pupillarúmque tutores negotia gerant[c], post pubertatem[d] tutelæ iudicio[e] rationem reddent.

TITVL. XXI. DE AVCTORITATE TVTORVM.

¶ *[illegible] potestiquis fit vt in contractibus vltrò citróq; obligatoriis contrahentem sibi [illegible] illi non obligetur.*

Auctoritas autē tutoris in qui-

¶ Dictum est suprà qualiter tutores creantur: hîc quādo creati sunt, qualiter se regere debeant, & auctoritatē præstare. Areti.

Auctoritas autem. Totus iste tit. diuidit in tres partes principales. Primò ponit in quibus casibus necessaria est auctoritas tutoris, & in quibus non. Secundò quando ista auctoritas debeat impertiri. Tertiò remouet quoddā dubiū. Secunda ibi, Tutor autē. Tertia ibi, Si inter tutorem. Item prima pars vsq; ad §. neque tamen. subdiuiditur in quatuor. Primò ponit dictū bimembre. Secundò exemplificat quodlibet ex dictis membris. Tertiò rationem annectit. Quartò infert, & illationem clarificat per exempla. Secunda ibi, vt ecce. Tertia ibi, Namque. Quarta ibi, Vnde in his.

ADDITIO. De vocabulo, Auctoritas Fr. Hotom. in orat. Cic. pro Cæcinna, sic disputat: Auctor is propriè dicitur, à quo quis rem aliquam iusto titulo accepit, quem Galli vocant *Guarent.* vnde Auctoritas propriè dicitur, ius quod in rem aliquam habemus, vt patet ex l. vlt. de euict. & aliis similib. & ex l. xij. tabu. Vsus & auctoritas fundi bienniū esto. i. iustus titulus, siue idonea causa, quamobrē possideatur. Dictus est autem sine dubio Auctor ex eo, quod in auctione pretium maximè omnium auxit, & rem plurimi licitatus, eam abstulit, sibíq; hac de causa auctoritatem in eā rem quæsiuit. Translata autē postea significatio est ad eos omnes, qui suam auctoritatem, quam in rem aliquā quacunq; ex causa haberēt, in alios transferrent. nam & donator auctor est do-

natario:& hæres legatario. Et quo etiam sensim longius translatio ducta est, vt is à quo consilium accepimus, auctor noster translatè dicatur. quod etiam Gallicè vrbani homines vulgò vsurpant. Etenim Guarendiũ illum appellãt, cuius cõsilium sequũtur, quasi qui euentũ consilij præstare debeat. Qua de causa lex illa Romæ lata est, vt legũ, quæ comitiis centuriatis ferrẽtur, ante initum suffragium patres auctores fierẽt. vnde patrũ auctoritatẽ sequi populus dicebat: μελλεσφικῶν [illegible], & nõ illepida figura, quasi patres euentũ eius cõsilij præstare deberẽt, vt venditor euictionẽ. Vnde & tutor propriè auctor pupillo dicitur, cui consiliũ impartit: quasi cuius euentũ præstaturus sit: & eius cõsiliũ auctoritas. Est enim à rebus venustè ad facta traducta significatio. Qui verò ab αὐθέντης, aut αὐτὸς deductum nomen putarunt, ij Dionis verbis refelluntur, quæ in supradictis Hotomani cõmentariis legas, licebit.

[illegible] Auctoritatẽ accommodare & auctor fieri is dicitur, qui probat, quod ab alio fit. l. etiam. ff. eod.

¶ CASVS. Pupillus Annius vult cũ aliquo contrahere. nunquámne id ei facere licebit, nisi auctore, id est, consultore, ac comprobatore tutore? Distinguo. Aut enim stipulatur sibi dari. & tũc potest per se negotium gerere. aut alij stipulanti promittit. & necessarium est tutorem id probare, ac ratum habere. Quid ergo in iis cõtractibus, qui verè dicuntur Contractus: vbi scilicet vltro citróq; obligatio est? veluti, Annius pupillus equum emit à Titio decem aureis. Titius, inquit, Annio quidem obligabitur: & si tutor videat, villi pretio sibi pupillũ vtiliter emisse, equus erit emptus Annio, dabítque tutor pupilli nomine pecuniã. Annius verò non obligabitur. Itaque si carò equum emerit Annius, & pluris, quàm ei vtile sit, emptus equus nõ erit: neque cogetur Annius pretium dissoluere. Cor. Vibul.

busdã causis necessaria pupillis est: in quibusdam non est necessaria. vt ecce, si quid dari sibi stipulentur, nõ est necessaria [a] tutoris auctoritas. quòd si aliis promittant [b] pupilli, necessaria est [c] tutoris auctoritas. Nanq; placuit meliorẽ quidem conditionem suã licere eis, facere etiã sine tutoris auctoritate: deteriorem verò non aliter, quàm cum * tutoris auctoritate. Vnde in iis causis, ex quibus obligationes mutuæ nascuntur, vt in emptionibus, venditionibus [d], locationibus, cõductionibus, mãdatis, depositis [e], si tutoris auctoritas nõ interueniat, ipsi quidem, qui cum his contrahunt, obligantur, at inuicem pupilli non obligantur [f].

*abest.

¶ Not. ꝙ auctoritas tutoris in certis casibus non est necessaria, vbi scilicet se obligant pupillo. Item, ꝙ licet nõ possint per se pupilli facere cõditionem suã deteriorẽ: possunt per se eam facere meliorẽ. Item, quòd vbi nascitur mutua obligatio, est necessaria auctoritas, vt pupillus obliget: non autem, vt obligetur, qui secum contrahit: quia eo casu cessat ratio quare introducta est tutoris auctoritas, ne ętatis imbecillitate decipiantur. Syl.

¶ a Non est necessaria: vt C. de contrahen. & committen. stipulatio. l. neque & l. j. C. de auctoritate præstan.

¶ b Promittant. quia tunc est verisimile, quòd malè agant. & facit ad hoc infrà, quib. alie. li. vel non. §. nunc admonendi. & §. at ex contrario. & infrà de inut. stip. §. pupillus. & ff. de acqui. rerum domi. l. pupillus. & ff. de pact. l. contra iuris. Idem de muliere super dote paciscente: vt ff. de pact. dota. l. de die. Idem in alimentario transigente: vt ff. de transactio. l. cùm hi. §. quid ergo. Item facit C. de contrah. & commit. stip. l. neque tutoris.

¶ c Necessaria est. in duobus tamen casibus obligatur pupillus sine tut. auctor. ff. de act. & obliga. l. furiosus. vbi scilicet ex re actio venit.

¶ d Venditionibus. Si autem pupillus petat rem ex venditione, repellitur exceptione doli mali: nisi pretium dare velit: vt ff. de rescind. vend. l. si id quod. §. vlt. in fine.

¶ e Depositis. Pupillus tamen doli capax tenetur depositi, si quid doli commisit: vel locupletior factus sit: vt ff. depo. l. j. §. an in pupillum.

¶ f. Non obligantur. Et sic not. quòd

contra

contractus claudicat quandoque, vt hîc: & ff. de action. empt. l. Iulianus. §. si quis à pupillo. argu. contra ff. de arbit. l. litigatores. §. pen. & fin. in auth. de nō eligendo secūdo nuben. §. prospeximus. Item hoc est verum, nisi locupletior sit pupillus, aliàs excipitur si agat, & contra eū poterit agi, vt ff. de admini. tut. l. si minoris. & C. pro empt. l. fin. & ff. eod. l. v. §. j. & de resc. vendit. l. si id, quod. §. fin.

Hæreditatem adire, bonorum possessionem petere, aut fideicommissariā hæ[illegible] [illegible] [illegible] is auctoritate, pupillus potest.

¶ Neque tamē hæreditatem [a] adire, neque bonorū possessionem [b] petere, neque hæreditatē ex fideicōmisso [c] * suscipere aliter possunt, nisi tutoris [d] auctoritate (quanuis illis * lucrosa sit [e]) ne * vllum [f]

lium gerere, emam: dominus non efficiar: vt ff. eod. l. iiij. Item nunquid curatoris pupilli sufficit auctoritas ad adeundam hęreditatem, vel ad petendam bonor. posses. delatam pupillo? Resp. non: vt ff. de appellat. l. cum in vna. §. tutor. vsque ad fin. legis.

¶ Dic quòd ratio est, quia tales curatores pupillis dari nō possunt auctorari, vbi iuris solennitas requiritur: & sic vbi obligaretur pupillus. l. curatorem. ff. eod. Syl.

*SC. Trebe. D.

*abest. D.

*& nullum.

¶ a Hæreditatem. Quæ ex testamento, vel ab intestato defertur, scilicet, iure ciuili: vt ff. de petit. hæred. l. j. ij. & iij. Et hæreditas est successio in vniuersum ius, quod habuit defunctus tempore mortis suæ, deducto ære alieno: vt ff. de verb. sign. l. nihil.

¶ b Bonorum possessionem. Ex testamento: vt secundum tabulas, vel ab intestato, vt vnde liberi. & similes, quæ sunt omnes de iure prætorio: vt infrà de bon. posses. §. quos autem. Et est bonorum possessio ius persequendi, retinendíque patrimonij, quod cuiusque fuerit cùm is moritur: vt ff. de bon. poss. l. iij. §. bonorum. Hoc tamen in bon. poss. fallit in casu, cùm pupillus nō habet tutorem. tunc enim prętor auctoritatem tutoris potest supplere, vt C. qui admit. ad bono. poss. l. bonorum. Idem in hæreditate: vt C. de iur. del. l. si infanti. in fin.

¶ Adde idem si tutor sit absens in partibus valde remotis. d. l. si infanti. à contrario sensu. & declarat Bartol. in l. si curatorem. versicul. si verò in tutore. C. de in integr. restitu. minorum. Syluest.

¶ c Ex fideicommisso. vt per senatusconsultum Trebellianum: vt infrà de fideicommiss. hæred. §. sed quia. Idem dico, & si bona velit recipere causa seruandarum libertatum: cùm & ibi posit timere damnum: quia est successio in vniuersum ius: vt infrà per quas perso. nob. acquiritur. §. fin.

¶ d Tutoris. id est, administratoris, cui administratio sit concessa in testamento, alioqui non valet: nam & si ab eo, qui tutelam non gerit, sciens a-

¶ e Lucrosa sit. id est appareat lucrosa: ne occasione lucrosæ adeat damnosam: quia adeundo oneratur legatis, & fideicommissis, & aliis oneribus: & ita obligatur: sed non potest obligari sine tutoris auctoritate: vt supra eod. in prin. Sed si obiiciatur, cessante causa, &c. hoc rarò accidit, quòd hæreditas non sit onerosa, sed frequenter contrarium: & ad ea, quæ frequentius accidunt, iura adaptantur: vt ff. de leg. & senatusconsult. l. nam ad ea.

¶ Adde, quod alibi gl. in l. si quis mihi bona. §. si seruus. ff. de acq. hær. declarat hunc tex. & seipsam hîc in hæreditate lucrosa: secùs in opulenta, quæ nulla habet incommoda, quæ licet reputetur singularis, tamen communiter reprehenditur per text. in l. si pupillus. ff. de acquir. hæred. siue enim sit hęreditas opulenta, siue lucrosa, militat illa ratio, quòd pupillus non intelligit causam suæ aditionis. Syl.

¶ f Ne vllum. Est & alia ratio, etiam si sit lucrosa. quia litibus, & sumptibus vexaretur: vt ff. de min. l. minoribus xxv. ann. Et his eisdem etiam rationibus nec in iudiciis ciuilibus, vel criminalibus potest esse sine tutoris auctoritate, vt suprà si aduer. rem iud. l. cum & minores. & C. de aut. præst. l. clarum. Nisi in quatuor casibus: vt in possessione momentanea, vt C. si per vim, vel alio modo. l. j. & C. qui leg. perso. l. momentaneæ. in glo. iij. Item in violato toro minor sine curatore accusat: vt ff. de adul. l. si maritus. ij. §. lex. sed hoc in adulto. Item si

veniam ætatis impetret: vt C. de his, qui ve.ætat. imp.l.j.& ij. Item in interdicto de libero homine exhibendo, vt ff.de lib.hom.exhib. l.quod & lex.§.sed & si mulier.

a Damnũ habeant. Quia fortè subest æs alienum latens.

damnũ habeant [a].

¶Tutor autem. CASVS. Pupillus equum emit à Titio, absente quidẽ tutore: sed postridie tutor testatur se emptionem illam probare, valétne hic contractus? minimè. quid si per epistolã tutor auctoritatẽ interponat? ne tunc quidem. Auctor enim tutor præsens esse debet. C.Vib.

¶Tutor p[...]

Tutor autẽ statim in ipso negotio præsens, debet auctor fieri [b], si hoc pupillo prodesse existimauerit [c]. post tempus [d] verò, vel per epistolam [e], aut per nũtium interposita auctoritas eius nihil agit.

¶ b Auctor fieri: id est, probare, & laudare. quod fit per pupillum: vt ff.eod. l.etiam.

¶ c Existimauerit. non enim compellitur. Primò, quia est iniquum. Secundò, quia tenetur pupillo damnum resarcire tutor: vt ff.eod.l.si tutor. ADDITIO. Sic etiam filius non potest adire hæreditatem sine voluntate patris: vt C.de bo.quæ lib.l.fin.§.pen.

¶ d Post tempus. scilicet non modicum. aliàs valeret auctoritas, vt ff.de acquirend.hæred.l.si quis mihi.§.iussum.quæ est contra. & est ratio: quia videntur inesse, quæ incontinenti fiunt: vt ff.si certum petat.l.lecta.§.dicebam.& ibi glos. [...]

¶ Et ita communiter tenetur, dummodo vno contextu fiat: vt not.docto.in d.§.iussum.Syl.

¶ e Per epistolam. Not. cautè. & redde singula singulis. nam dixerat duo scilicet statim, ad quod refertur, post tẽpus, &c. Item in ipso negotio pręsens, ad quod refertur hoc per epistolam, quæ inter absentes mittitur: vt infrà de oblig.ex consensu.§.ideo.in fin. Idem & si alio modo inutiliter auctorizetur: vt ff.eod.l.j.§.fin.& l.seq.

¶ Item ea quæ [illegible]. Scipio Carthaginem bello cepit. M. Marcellus Syracusas. L. Mummius Corinthum. Omnes illæ regiones, vrbes, opes, thesauri cuius fuerūt? Populi Romani victoris. Quid Asdrubal, Iugurtha, Perses, & tam multi reges, cuius erunt? Eiusdem populi Romani. Itaque in triūphum ducti, securi percussi sunt. Victoria enim liberos homines seruos hostium facit. Duos insequentes §§. claros per sese illustrare non possumus. Cor. Vibul.

¶ Gallinarū[a] autē & anserū nō est fera natura: idque ex eo possumus intelligere, quòd aliæ sunt gallinæ, quas feras[b] vocamus: itē alii sunt anseres, quos feros appellamus. Ideóque si anseres[c] tui, aut gallinæ tuæ[d] aliquo modo * turbati[e], turbatæve euolauerint, licet conspectū tuū effugerint, quocunque tamen loco sint, tui, tuæve esse intelliguntur: & qui lucrandi animo[f] ea animalia detinet, furtum committere intelligitur.

¶ *Etiam si hominem [illegible] ceperimus, de iure gentium noster fit: qui si exierit potestatem nostram, recuperat [illegible] libertatem [illegible].*

Item ea, quæ ex hostibus[g] capimus, iure gentium statim nostra fiūt: adeò quidē, vt & liberi homines in seruitutē nostram deducatur, qui tamen, si euaserint[h] nostram potesta-

¶ Not. gallinarum & anserum duplicem esse speciem. Item. quòd gallinarū dominium non amittimus, eo quòd exeūt cōspectum. Ratio est, quia nunquam fuerunt liberæ, & ideo non reuertuntur ad libertatem. Itē quod furtū non cōmittitur sine animo: & potest fieri etiam in vna gallina. Syl.

*casu.

¶ a Gallinarū. s. omnium, vt statim innuit. Vel dic singula rum in specie.

¶ b Feras. Vt phasianos.

ADDITIO.

Varro libro de re rustica iij. capite ix. Collumella libro viij. cap. ij. scribūt tria esse genera gallinarum: esse cohortales siue villaticas, esse rusticas, quæ non ita mansuetæ sint, nec sine cauea Romæ videantur. nec capiātur nisi ab aucupe: esse Africanas, siue Numidicas, quas Græci μελεαγρίδας appellant.

¶ c Anseres. s. domestici.

¶ d Gallinæ. s. domesticæ.

¶ e Turbati. Vt per vulpē, vel miluū.

¶ f Qui lucrandi animo. s. vt habeat pennas, vel oua. aliàs enim non committitur furtum, nisi lucrandi animus interueniat: vt ff. de furt. l. j. §. fin. Sed nunquid dolus fit in vno ouo? Resp. sic, sed de dolo non agitur in re minori duobus aureis: vt ff. de dol. l. si oleum. §. fin. & l. sequ. Sed quare non agitur de dolo, cū agitur furti. vt hîc? Respon. furtum fit plerunque: & ideo frequentius puniendū est: secundum Ioan. vt ff. de pœn. l. aut facta. §. fina. [De hac ratione & eius veritate dicetur]. in titu. de action. & dixi latius

Furti actio datur pro modico, nō autē actio de dolo.

¶ Not. quòd in bello capta, etiam si liberi homines sint, nostra fiunt. Iterem, quòd captus recuperat libertatem, statim vt ad suos redit, & euadit custodiam. quæ nota: quia ambo requiruntur, cùm copulatiuè hîc ponantur. Syl.

¶ g Ex hostibus. Vt quibus populus Romanus bellum indixit: vel ipsi populo Romano: vt ff. de capti. & postli. mi. reuer. l. hostes. & ff. de verbo. signi fi. l. hostes. & l. quos nos hostes.

¶ h Si euaserint. Animo, & corpore vt ff. de capti. & postli. reuer. l. nihil. in princip.

a Recipiunt. Iure postliminii: vt ſ. quibus modis ius patriæ poteſtat. ſolui. §. ſi ab hoſtibus.

ADDITIO. Hodie tamē quātū ad perſonas nō obſeruātur iura captiuitatis, & poſtliminii, niſi quātum ad res.

¶ b Lapilli. ſ. pretioſi. Et quę ſit inter lapillos & gemmas & margaritas differentia, dic vt ff. de auro & arg. leg. l. & ſi non ſunt. §. fin.

¶ c Inueniūtur. Quæ tamē non ſunt alicuius, aliàs ècontra: vt ȷ. eodē. §. fin.

¶ d Iure naturali. id eſt gentiū: vt ſupra eo. §. ſingulorum.

¶ e Inuentoris. Ita demum, ſi occupet, ſiue apprehēdat, nō aliàs, ſecūdum Azonem. nam in ſuperiori §. & in aliis præcedentibus, de iis, quæ per occupationē quæruntur, tractatur. vnde quòd idem proſequatur hìc, vicinitas ſcripturæ innuit: vt ff. de teſtamen. l. hæredes. §. ſed & ſi natam. ff. de legatis primo. l. ſi ſeruus plurium. §. fina. Et aduerbium ſimilitudinis ſcilicet, item, quod eſt in princ. §. apertè. dat intelligere aliud eſſe in theſauro, cuius tractatus eſt valde ab hoc ſeparatus: vt ȷ. eod. §. theſauros. & ideo primum videnti: & inuenienti, non capienti quæritur.

¶ f Item ea. Nunc mutat ſtylum & materiam, & dicit de iis, quæ acquiruntur per acceſſionem diſcretam: & in ſequen. §. preterea. dicet de acceſſione concreta.

¶ g Ex animalibus. Fœminini generis, ſiue rationalibus, vt ex ancillis: vt ſ. de iure. perſ. §. ſerui. & C. de rei vēdi. l. partum. ſiue irrationabilibus: vt ff. de rei vendi. l. idem Pomponius ſcribit ſi frumentum. §. idem ſcribit.

h Dominio tuo. Vel quaſi: vt ſi bona fide poſſides animal irrationale: vt. ff. de acquiren. rerum dom. l. bonæ fidei. §. finali. non ita in rationali: vt infrà eodem §. in pecudum. & eſt ratio, vt ibi.

i Eodem iure. ſ. gentium.

tem, & ad ſuos reuerſi fuerint, priſtinum ſtatum* recipiunt[a].

¶ *Inuentoris fiunt quæ in litore maris inueniuntur. Aretinus.*

Item lapilli[b], & gemmæ, & cætera, quæ in litore maris* inueniuntur[c], iure naturali[d] ſtatim inuentoris[e] fiunt.

¶ *Nata ex animalibus noſtris, noſtra ſunt. Aret.*

Item ea[f], quæ ex animalib[9] [g] dominio tuo[h] ſubiectis nata ſunt, eodem iure[i] tibi acquiruntur.

¶ *Quod per alluuionē (i. paulatim & [illegible] fundo noſtro a[illegible] vero impetu fluminis [illegible] ademptum eſt, & noſtro acceſſit, vicini [illegible] ſtro adhæſerūt, & [illegible] runt, noſtræ fiunt.*

¶ Præterea quod per alluuionem agro tuo flumen adiicit[k], iure gentiū tibi acquiritur. Eſt autem alluuio, incrementum[l] latens. Per alluuionem autem id videtur adiici, quod ita paulatim adiicitur, vt intelligi nō poſſit[m], quan-

¶ Præterea. CASVS. Sequana flumen ripam, quę mea eſt, alluit, & paulatim multorum annorū ſpatio ex tua ripa meæ aliquid adiunxit. Nónne hæc accretio mea eſt? Sine dubio. cur enim ille diligentius ſuā ripā non munit? Quid ſi Rhodanus ille Lugdunenſis rapidus impetu ſuo partem aliquā vicini fundi meo adiunxerit? Remanet ea pars vicini. Sed ecce pars illa arbores habebat, eæ radices in meū agrum egerunt. quid iuris? Ex eo tempore tuæ fient, inquit. Cor. Vib.

¶ Not. quòd alluuio eſt acquiſitio iuris gentium, & quid ea ſit. Item, quòd impetus fluminis non poteſt alteri applicare fundum meum. Item, emiſſio radicum facit quæri, quod non eſſet aliàs quæſitum. Syl.

¶ k Adiicit. Ponēdo iuxta tuū prędiū.

¶ l Incrementum. id eſt, augmentum. Accur.

¶ m Intelligi non poſſit. Licet tota die ibi figas intuitum: & hoc propter imbecilitatē naturalis viſus: qui tam ſubtilia perpendere non poteſt: vt in cucurbita patet, quæ citò creſcit: quæ tamen percipi non poteſt: quantum creſcit quoquo momento temporis. Sed in quodam genere agrorum ceſſat ius alluuionis: vt in agris militibus aſſignatis à principe, qui limitati dicuntur

dicuntur: vt ff. eo. de acqui. rer. do. l. in agris. Quæ sit ratio diuersitatis, dic vt in ea. l. in fin.

¶ Ex quo enim agros limitatos prīceps cōcessit militibus, ex hoc videtur alluuionem prohibuisse. l. testamēta. C. de testam. Syl.

¶ a Attulerit. Aliàs applicuerit. i. apposuerit, vt subiicit: putà crustā terrę fortè vineatæ, vel arboratæ.

¶ b Lōgiore. i. Longo. s. tanto vt faciat radices, vt sequitur: vel etiā ipsa terra apposita vnitatē alteri terræ fecerit cui apponit: vt ff. de dān. infec. l. hoc amplius. §. ita demum. Sed quomodo scit, quādo hæc vnitio, vel immistio erit facta? Resp. per rusticos: q̄a talia sciūt: vt in auth. de nō alie. aut permu. §. q̄ autē dictū est. Acc.

Quod si non fecerit potest de directo vendicari.

¶ c Acquisitæ. Vtilis tamen rei vendicatio priori domino datur, secundum M. vt ff. de rei ven. l. idem Pomponius scribit: si frumentum. §. de arbore. Sed nos contrà: sed in factum ad estimationem damni: vt ff. de rei vend. l. in rem. j. §. item. Sed rei vendicatio non datur: vt ff. de dam. infe. l. hoc amplius. §. Alphenus.

ADDITIO. Dic secundum Ioan. Fab. quòd imò nec in factum datur: vt d. l. hoc amplius. §. ita demum. ff. de dam. infec. nec obstat. §. de arbore. quia ibi loquitur, quando fuit facta vnitio actu, sine facto hominis: hîc loquitur, quando fuit facta facto fluminis: & ideò cùm quæritur de flumine, hoc videtur satis rationabile, & fuit opinio antiquorum: sed opinio quæ hîc nota. fuit Azo. quæ satis est æqua, secundum Angel. hîc.

¶ Insula. CASVS. Delus vbi Apollo natus est, & ex eo Delius dictus est, insula nobilis nata est in mari: cuius est? primi occupātis. Quid, si in flumine nata est insula? Distinguo. Nā si in medio sit, vterque ciuis q̄ agrū ab vtraque parte possidet, partē habebit. quomodo? Si insula lata sit cētum pedes, Titius qui quinquaginta pedes latum habebat agrum, spatium duntaxat L. pedū habebit. Herennius verò q̄ centum pedes latum habebat agrum, totidē pedum spatiū in insula obtinebit. Insula enim C L. pedes. Quid, si propior sit Titii fūdo? solius erit insula Titij. Quid, si Sequana Titii fundū medium secuerit, tandémque ita in se redierit, vt eū agrum in insulā redegerit, cuius ea fiet insula? Manebit veteris domini, nempe Titii. Cor. Vib.

tum quoquo momento temporis adiiciatur. Quod si vis fluminis de tuo prædio aliquā partem detraxerit, & vicini prædio attulerit [a], palàm est eam tuam permanere. Planè, si longiore [b] tempore fundo vicini tui hæserit, arborésque, quas secū traxit, in eum fundū radices egerint, ex eo tēpore videtur vicini fundo acquisitæ [c] esse.

¶ *Insula in mari nata (vt Delos) occupantis fit: in medio fluminis nata, ab vtraq; fluminis parte proximiora prædia possidēt, pro modo scilicet frōtis, ... propè ripam est: at si in medio enata non sit, proximiori ripæ modo præscripto accidit: sed si alicuius ager ad formam insulæ à flumine redactus sit, eius remanet, cuius fuit.*

Insula, quæ in mari nata est (quod raro accidit) [d] occupantis fit: nullius enim esse credi-

Not. quòd insula nata in mari in nullius est bonis. Itē, quòd ideò conceditur occupāti. Item, quòd ad rarò contingentia iura etiam adaptantur. Item, quòd insula nata in flumine efficitur vicinorum pro modo latitudinis. Syl.

¶ Insula. Dicitur locus vndique circundatus aqua: vt hîc, & ff. eo. l. adeò. §. insula. & l. insula. aliàs quandoque pro domo in mari posita, quæ in solo posita est, secundum Isidorum. Item, quandoque pro qualibet domo: vt ff. de eo, quod certo loco da. l. iij. §. si quis insulam. [Dic quòd quando capitur pro domo, pro ea accipitur, quę vndique via circundatur ad similitudinem insulæ circundatæ aqua. Syl.] Item nota diligenter ista sex responsa vsque ad §. alia sanè.

¶ d Quod raro accidit. Sed opponitur ad ea quæ frequentius accidunt, potius iura adaptantur: vt ff. de

tur [a]. At insula in flumine [b] nata (quod frequenter accidit) si quidem mediam partẽ [c] fluminis tenet, cõmunis est eorum qui ab vtraque parte fluminis prope ripã prædia possidẽt: scilicet* pro modo latitudinis [d] cuiusque fundi, quæ latitudo prope ripã sit. Quod si alteri parti proximior sit, eorũ est tantùm qui ab ea parte prope ripã prædia possident. Quòd si aliqua parte [e] diuisum sit flumẽ, deinde infrà [f] vnitum [g], agrum alicuius in formam insulæ redegerit, eiusdem permanet is ager, cuius & fuerat.

*abest D. & T.

agros habent.

Quòd si naturali alueo in vniuersum relicto, ad aliã partem* fluere cœperit, prior quidem alueus [h] eorũ est, qui prope ripã eius prædia possidẽt, pro modo scilicet, latitudinis cuiusq; agri, quæ prope ripam sit.

*aliàs.

Nouus autẽ alueus eius iuris esse incipit [i], cuius & ipsum flumen est. id est, publicus*. Quòd si post aliquod tẽpus ad priorem alueum reuersum fuerit flumẽ, rursus nouus alueus eorum esse incipit, qui prope ripam eius prædia possident.

*publi.

Prior alueus à flumine derelictus, eorum fit, qui prædia secundum ripã propiora habent: nouus verò fit publicus: at flumine in antiquum alueum re- [illegible] *derelictus, eis accidet qui iuxta ripã*

Ager flumine inundatus, nõ desinit eius esse, cuius fuerat.

Alia* sanè causa est, si cuius totus ager inundatus fuerit: neque enim inũdatio fundi speciem [k] commutat: & ob id, si

*Aliud.

leg.& senatus. l.nã ad ea. Res. ꝙ illud verbũ, potius, solutionẽ inducit, nam bene infert. potius. ergo ad alia. Acc.

a Creditur. scilicet. anteà.

b In flumine, id est, in medio fluminis.

c Mediã partẽ. Quod. s. poterit sciri accepta chorda, & puncto posito in medio inter vtrũque agrũ & tũc si pũctũ est ex vna parte tãtũ, alii cedat: aliàs secũdũ qd pũctũ extẽditur: vt colligit ff. eo. de ac. re. do. l. inter eos. & l. seq. Ex his patet, ꝙ pro diuiso possidẽt insulã, & habẽt dominiũ circũdãtes flumẽ: vt ff. eo. de ac. rer. do. l. ꝑ regione.

d Latitudinis. Existẽtis ab vna parte: cũ plures sint ex vna parte, & vni⁹ fũd⁹ latior est, quã fund⁹ alterius: & in hoc tãtùm frontẽ agri cõsidero: vt ff. eo. de ac. rer. do. l. insula. in prin.

e Parte. s. superiori.

f Infrà. s. in inferiori parte.

g Vnitum. s. flumen. i. coadunatum. & hîc fit punctum. Vel dic vnitum agrũ, &c. & tunc pũcta ibi, infrà.

Quod si naturali. CASVS. Rhodanus suũ alueum. i. fossam illam, per quã quasi per canalẽ, inter vtranq; ripã fluebat, reliquit, alióque cursũ suũ direxit, cui⁹ erit alueus ille inanis relictus? eorũ q̃ proximè eius ripã prædia possidẽt, idque pro spatio ac mẽsura suorũ agrorũ. Et fundus Albutii, quem flumẽ occupauit, sibíque canalem fecit. nónne Albutii remanet? minimè: sed publicus erit, itẽ vt Rhodanus. Quid verò si ad veterem alueũ redierit? an ne tum quidẽ Albutius suum illum fundũ antiquum recupe rabit? minimè. Pertinebit enim ad eos, qui prope ripam agros possident. Age verò. Quid in Aegipto responderes? Nilus quotannis Aegiptiorũ agros inũdat. nã q̃a ibi nõ pluit, Deus eis hoc dedit remedii. Titii ager inundatus fiétne public⁹? minimè: sed Titii manebit. Et quænam dissimilitudinis ratio est? q̃a mundatio speciem fundi non mutat: alueus mutat. Cor. Vi.

h Alueus. A quo nũc vltimò recessit flumen.

i Incipit. Quãtum ad strictã rationem. nam de equitate vix obtinet. i. nõ obtinet: vt ff. eo. l. adeò. §. insula. in fi. Et no. hîc, ꝙ flumina vicẽ iudicũ tenẽt: & dãt, & auferũt dominia: vt hîc, & ff. eo. de acquir. rer. do. l. ergo. §. aluuio.

Flumina & iudices æquiparantur.

k Speciem. id est, faciem fundi. Sed contra. ff. de flumini. & ne quid in flu-

recesserit aqua, palàm est eum fundum eius manere[a], cuius & fuit.

Cùm ex aliena materia noua species confecta est, refert an ad eandem materiam & pristinam [illegible]

Cùm ex aliena materia species aliqua facta[b] sit ab aliquo[c], quæri solet, quis eorũ naturali ratione[d] dominus sit: vtrùm is, qui fecerit[e] an potius ille, qui materiæ dominus fuerit? vt ecce, si quis ex alienis vuis, aut oliuis, aut spicis, vinum, aut oleũ, aut frumentum fecerit, aut ex alieno auro, vel argento, vel ære vas aliquot fecerit, vel ex alieno vino & melle mul-

in flumini.publi.l.j.§.si fossa.in fin.§. Sed ibi totum occupauit, hîc partem. Vel hîc eodẽ impetu recessit, quo venit, ibi non: sed diu coopertũ tenuit.

¶ a Manere. Fuit ergo Dominus etiã tunc temporis quando aqua inundabat. Sed contrà. ff.quib. mo.vsusfruc. amitt. l. si ager. Sol. ibi impropriè dicit amitti. s. quantum ad commodũ fruẽdi. Vel hîc inundauit propter impetum aquarum: ibi vt faceret alueum, vt probatur prædicto tit.l.quid tamen. §.agri. Et hæc vera sunt, quãtum ad proprietatem, sed possessio indubitanter tempore inundationis amitteretur: vt ff.de acqu.poss. l.iij.§.Labeo.& l.qui vniuersas.§.ij. & l.Pomponius. j. resp. tamen aqua recedente, etiam possessio restituenda est: vt ff.de itin. actúque pri.l.j.§.sed & si quis.

¶ Ratio differentiæ est: quia solo animo possessio amittitur. l. cùm vnus. §.fin ff.de bonis auctorit.iudic.possi. Dominiũ verò solo animo non amittitur.l.si quis vi.§.differẽtia. ff.de acquir.poss. Syl.

¶ Cum ex aliena. Diuiditur in quinq; partes. Primò ponit thema. Secundò quæstionem. Tertiò per exempla thema declarat. Quartò ponit responsionem. Quintò per exempla responsionem declarat. Secunda ibi, Quæri solet. Tertia ibi Vt ecce Quarta ibi, Et post multam Quinta ibi. Vt ecce vas.

CASVS. Casum ipse Imperator posuit apertissimũ. quare summã explicabimus. Noua specie ex aliena materia cõfecta, si species ad pristinã reduci potest materiam: species eius est cuius materia: sin minus, eius fit materia, qui speciem induxit. Cor. Vib.

¶ Not. quòd specificatio quærit dominiũ rei specificatæ non reducibilis ad priorem formam: intellige si bona fide specificauit ignorans alienam. Item not. iura concordãda, & mediam viam eligendam. Syl.

¶ b Facta. Facta autem intelligitur etiã cœpta, licet non perfecta: vt ff.de auro & argen.lega. l. & si non sunt. §.quid ergo. Ratio huius est. quia quę in opere sunt, inesse videntur. ff.si cert.peta.l. lecta. §.dicebã. & c. officij. extra de electio.

ADDITIO. Species autem est, quòd sub rudis materiæ nomine non manet corpus, sed transit in aliud nomen. E.B.

¶ c Ab aliquo. s. bona fide: vt ff. ad exhibẽdum. l.de eo. §. si qs. & suo nomine, vt ff.de acquir. rer.domi.l.adeo. §.cùm quis.in prin. & l.quicquid.§.ij. Item & tertium, scilicet, quòd non possit redire ad priorem materiam, secundum Ioannem, vt in fine huius §. Quid, si duo specificauerunt, vnus bona fide, alius mala fide? Respon. communis est domini. & specificantis bona fide. non autem mala fide, vt ff.quibus ad libertatẽ proclama.non licet.l.si duo. Azo. Eodem modo quæro & soluo ea, quæ sequuntur. Quid, si ex diuersorum materiis speciem fecit: & in vna habuit bonam fidem, & in alia malam fidem? Item quid si in materia vnius, partim bonam, partim malam fidem habuerit? Item quid, si partim suo specificantis nomine, partim nomine domini?

ADDITIO. Intellige secundũ prȩcedentia, quòd habeat bonam fidem, item quòd omnia sint paria, aliàs minus pretiosum cedet pretiosiori, secundum omnes doct. hîc, per l.quicquid.§.fin.ff.de acqui.rer.dom.

¶ d Naturali ratione. id est, iure gentium.

¶ e Fecerit. i. detexerit; quo ad spi-

sum[a] miscuerit, vel ex medicamētis alienis emplastrum, aut collyriū[b] composuerit: vel ex aliena lana vestimētum fecerit, vel ex alienis tabulis nauem, vel armariū, vel subsellia fabricauerit. Et post multā Sabinianorum[c], & Proculianorum ambiguitatem placuit[d] media sententia[e] existimantium, si ea species ad priorē, & rudem materiā reduci possit, eum videri dominum esse, qui materiae dominus fuerit: si non possit reduci, eum potius intelligi dominum, qui fecerit[f]: vt ecce, vas conflatum potest ad rudem materiam* aeris, vel argenti, vel auri reduci: vinum autem, vel oleum, aut frumentum ad vuas, vel oliuas, vel spicas[g] reuerti non potest: ac* ne mulsum quidē ad vinum, & mel resolui potest. Quòd si partim ex sua materia, partim ex aliena[h] speciem aliquā fecerit quis, veluti ex suo vino, & alieno melle mulsum miscuerit* aut ex suis, & alienis medicamētis emplastrum, aut collyrium, aut ex sua lana, & aliena[i] vestimentum fecerit, dubitandum non est hoc casu eum esse dominum[k], qui fecerit: cùm non so-

*massam.

*at.

*[illegible]

Solutio: vna multas quaestiones terminat.

Meum est, quod ex meo nascitur.

cas: vt ff.eo.de acqu.rer.dom.l.adeò. §.cum quis.in fi.sic s.de lib.§.j.

a Mulsum.i.nectar. siue stalladiam.

b Collyrium.i.vnguentū ad oculos.

c Sabinianorum. id est, Sabini, & suorum fautorum, qui dixerunt speciē cèdere domino materiae. Sed Proculus cum suis sequacibus econtra: scilicet vt specificanti tantùm cedat: vt ff.eo.l.adeo.§.cùm quis.

d Placuit. scilicet Nobis.

e Media sententia. quae nec vni in totum, nec alteri concordat, vel discordat: sed distinguit vt sequitur. Et nota medium seruandum. sic s.quib. ex caus. manu. non licet. §.penul. Arg.contr. ff.de nego.gest. l. Nesennius. in fine.

f Fecerit. Si & alia duo interuenerūt, quae in princi. huius §. diximus.

g Vel spicas. Et ita apparet, quòd frumentum cedit specificanti. Sed contra ff.de acquirend.rer.domi. l.adeò.§.cùm quis.in fin.§.Solut. haec posuit gratia exempli pro pueris: secundum Plac. quaedam enim gratia docendi dicuntur, quae aliàs non dicerentur: vt ff.de actionibus & obligationibus. l. obligationum substantia. §. finali. [Tu dic gratia exempli positum, non quòd grana efficiantur triturantis: quia nō in aliam speciem transit: sed detegitur, & ad vsum ordinatur. Syluest.] Vel dic secundò, secundum Azo. illam per istam corrigi. Item ad haec omnia exempla, in quibus dicitur, speciem specificanti cedere, est contraria regula quae dicit, quod ex re mea est, vel nascitur, meum est: vt ff.ad exhibi. l.de eo.§.si quis.in fi.& ff.de rei vendi.l.solum.§. meum. Solu. Illa regula locum habet in quinque casibus. scilicet vbi dominus specificauit. Item vbi alius eius mandato: item vbi sine mandato, sed ratum habet: item vbi alius mala fide, & suo nomine: item vbi bona fide, sed res potest ad priorem materiam reduci: quorum nullus est hîc. Item si haec vera sunt, quòd specificāti cedant: contraria est regula, quae dicit, neminem cum alterius iactura fieri locupletiorem: vt ff.de condict. inde.l. nam hoc natura. Respond. licet fiat sua species quo ad dominium: tamen actione in factū tenetur ad aestimationem: vt ff.de rei vendi. l.in rem.j.§. item quaecunque. & ff.de dona.inter vir. & vxor. l.si mulier.j.§.j. & l.sequenti.

h Ex aliena. scilicet materia.

i Et aliena. scilicet lana.

ADDITIO. Emplastrū autem medicamentum est, quod liquati aliquid accipit, ita vt ex multis componatur, quae in vnum postea miscentur: si autem ad oculos res pertineat, Collyrium dicitur. AEmyl.F.

k Dominum. Sed si non possit reduci ad priorem materiam, fit communis, habita ratione materiarum: vt non cedat specificanti: vt ff.eodem de acquiren.rerum domi.l.quicquid. §.fin.in fine. Idem forte erit, & quando mala fide fecit, licet reduci non possit.

possit.

posit: vt ff. ad exhi. l. de eo. §. si quis.
¶ Si tamen aliena. CASVS. Casum in ipso contextu reperies. In summa autem hoc dicit. Ornamentum, etiam re ornata prætiosius, rei tamen ornatæ, quasi accessio rei principali, cedit. C. Vib.
¶ Not. quòd accessorium, & si pretiosius, & dignius sit eo cui accedit, sequitur principale. Item, quòd sicut per confusionem dominium rerum alienarum nobis quæritur: ita per accessionem. Item, ꝙ quanuis dominium sit trāslatum in furē omninò, datur saltem condictio furtiua. Item, ꝙ rei suæ potest committi furtum. Syl.

[*abest.] [*iure.]

¶ a Si tamen alienam. Hîc incipit dicere de accessione, quæ fit, humana natura operante.
¶ b Purpuram. Vt manicam, vel gyronem. si autem ipsa fila puta in tela: tunc alia ratione est dominus factus purpuræ, scilicet iure specificationis: vt suprà proximo §. & præcedenti. hic autem §. aliquid vult adiicere suprà dictis, scilicet de acquisitione iure accessionis. ne ergo nihil operetur, adiungit hoc quod nunc dixi: vt ff. de leg. j. l. si quando. in princ.
¶ c Pretiosior. Nota pretiosius accedere viliori, sic ff. de contrahen. empt. l. si in emptione. Sed contra ff. de ædil. edict. l. iustissimè. Sed ibi speciale in homine. Sed contrà infrà de fideiuss. §. fideiussores. Sol. vt ibi. Item loquitur hic §. quando dicta purpura gratia ornandi vestimenti fuit apposita. Sin autem è contra, vt vestimentum seruiret purpuræ, vt fortè eā seruaret: tunc cedet vestimentum purpuræ, vt in duabus legibus contrariis, vt ff. de vsucap. l. rerum mistura. §. quid ergo. & ff. de auro, & arg. leg. l. & si nō

lùm operam suam dederit, sed & partem eiusdem materiæ præstiterit.

¶ *Quod cumsque rei ornandæ causa adhibetur, vt accessio principali cedit: etiam si pretiosius sit, quàm ipsa res, cui accedit.*

¶ Si tamen* alienam [a] purpuram [b] vestimēto suo quis intexuerit, licet pretiosior [c] sit purpura, tamen accessionis vice * cedit vestimento: & qui dominus fuit purpuræ, aduersus eū, qui subripuit [d], habet furti actionem, & condictionem [e]: siue ipse [f] sit,* qui vestimētum fecit, siue alius. Nā extinctæ [g] res, licet vendicari non possint, condici tamen à furibus, & quibusque aliis possessoribus [h] possunt.

[*fur est.]

¶ *Eiusdem generis materiæ confusæ mistæve, siue voluntate dominorum, siue fortuitu commisce- cantur, diuersæ voluntate illorum cōmunicantur: fortuitù contrà.*

sunt. §. perueniamus. Si autem neutrum causa alterius apponatur, tunc neutrum alteri cedit: & vtrunque possidetur, vt ff. de vsucap. l. rerum mistura. §. quid ergo.

ADDITIO.
Dic secundum doct. ꝙ neutrū possidetur communiter, sed quodlibet de per se sic: vt no. in d. §. quid ergo. Ang. Aret.
¶ d Subripuit. Si subripuit, aliàs, istis actionibus famosis non tenetur.
¶ e Et condictionem. s. furtiuam, vel sine causa: vt ff. de condictio. sine cau. per totum.
¶ f Siue ipse. s. fur. nam fortè erat sartor.
¶ g Extinctæ. Quantū ad dominium, quod perdidit dominus eius. & ideo dicitur, quantum ad eum extinctum: quia quandiu est intexta purpura, extincta est: nec potest vendicari. sed agi potest ad exhibendum, vt exhibeatur, & pòst vēdicetur: vt ff. ad exhib. l. gemma. & ff. de rei vend. l. in rē actio.
¶ h Possessoribus. Veluti à prædonibus, & malę fidei possessoribus, vt iste fuit: vt hîc, & ĩ. de act. §. sic itaque. ff. vsufruc. quemad. cauea. l. fin. in fin.
¶ Si duorum. Diuiditur principaliter in duas partes. Primò ponit quando voluntate dominorum materiæ confunduntur. Secundò quādo casu sunt confusæ. Secunda ibi, Quòd si fortuitù. Item prima subdiuiditur. Primò, quando eiusdem generis materiæ confunduntur. Secundò, quando diuersi generis. Secunda ibi, Sed & si diuersæ. Aretin.
¶ CASVS. Ponitur in ipso text. valdéque ineptus esset, qui tanquam noctua ad tātum splendorem caligaret. At mihi saltem epitomen ostende. Generis eiusdem materiæ siue dominorum voluntate, siue casu confusæ sint,

¶ Si duorum [a] materiæ ex voluntate dominorum [b] cõfusæ [c] sint, totũ, id corpus, quod ex confusione fit, vtriusque commune est: veluti, si qui vina sua confuderint, aut massas argenti, vel auri conflauerint. Sed & si diuersæ materiæ sint, & ob id propria species facta sit, fortè ex vino, & melle mulsum, aut ex auro, & argẽto electrum [d], idem iuris [e] est. nã & hoc casu cõmunem esse speciẽ nõ dubitatur. Quòd si fortuitù, & non volũtate dominorum cõfusæ fuerint, vel eiusdẽ generis materiæ, vel diuersæ, idem iuris esse placuit [f]. Quòd si frumentum [g] Titij frumento tuo mistum fuerit, si quidem ex voluntate vestra, commune est: quia singula corpora, id est singula grana, quæ cuiusque propria fuerunt, ex cõsensu vestro communicata sunt [h]. Quòd si casu id mistũ fuerit, vel Titius id miscuerit sine tua volũtate, non videtur cõmune esse: quia singula corpora ĩ sua substantia durant [i]. Sed nec magis istis casibus cõmune fit frumentum, quàm grex intelligitur esse communis, si pecora Titij tuis pecoribus mista [k] fuerint. Sed si ab al-

communes fiunt: diuersæ verò si voluntate, communes fiunt: si fortuitù, secùs. Cor. Vib.

¶ Not. differentiam inter confusionem, & commistionem. Item, q casus fortuitus, & voluntas domini in hoc æquiparantur. Syl.

Dominium varijs modis quæritur.

¶ a Si duorum. Acquiritur dominium, non solùm specificatione: vt s. eo. §. cùm ex aliena. & §. quod si. & accessione: vt s. eo. §. si tamẽ. sed etiã confusione, vt hìc. Itẽ immistione: vt j. proxi. §. quod si frumentum.

¶ b Dominorũ. bene dicit dominorũ voluntate. nã si vnus dominus fecit inde speciem. i. mulsum, vel vas ex argẽto meo, & suo, sua est iure specificationis, nõ communis: vt s. eo. q si partim. & ff. de rei vend. l. idem Pomponius scribit, si frumentum. §. j.

¶ c Confusæ. i. simul fusæ.

¶ d Electrum. Genus vasis, vel species metalli, & ad hoc est ff. de aur. & arg. leg. l. pediculis. §. Neratius.

ADDITIO. Electrum est aurum quinta argenti portione temperatũ. auctor Plin. lib. 33. cap. 4.

¶ e Idem iuris. Vt sit commune, vt subiicit.

¶ f Placuit. s. Vt sit commune, nisi separari possit: veluti si ex ære meo, & plumbo, vel argento tuo species facta sit: quibus casibus separari potest: & quilibet vendicat suum: vt ff. de rei vend. l. idem Pomponius scribit, si frumentum. §. sed si plumbum. & ff. de acquir. rer. do. l. lacus. §. fin.

¶ g Quod si frumentũ. Diximus, quando confunduntur ita vt separari non possint: nunc videndum est, quando singula corpora in sua substantia durant: quo casu dicuntur immisceri.

¶ h Communicata sunt. Et ideo locũ habet communi diuidũdo actio: vt ff. de rei ven. l. idem Põponius scribit, si frumentum. ij. resp.

¶ i In sua substantia durant. Sed nunquid idẽ, si nostra voluntate fuissent immista? Videtur quòd sic. nostra enim contemplatio, vel voluntas non potest mutare substantiã granorũ, quin semper discreta & diuisa sint à se inuicem: quod videtur esse cõtra §. præcedentem. Sed resp. non est mirum: aliàs enim simile reperimus: nonne tempus continuum est sui natura? cùm tempus sit mensura motus primi mobilis: qui motus est vniformis & continuus: vt dicit Arist. in viij Physic. & tamen partes in ipsa cõtemplatione distinguimus, & assignamus, dicentes quoddã præsens, quoddam præteritum, quoddam futurum: sic in granis frumenti dicimus, quòd licet eorum corpora sint discreta in suis terminis: cõmunia tamen ea possumus facere, ita quòd aliqua non sit particula in tuo grano, quam tu non communices mihi: nulla in meo, quã ego tibi non communicem: quod non esset deficiente nostra volũtate, sicut nec in tempore distincto generentur diuersitates nostra significatione, vel respectu deficiente.

Tempus quid est.

Temporis diuisio.

¶ k Mista. Quod fit per errorem. quo casu dominium non transit: vt ff. eod. de acq.

terutro vestrûm totum id frumentũ[a] retineatur: in rem quidẽ actio pro modo[b] frumenti cuiusque competit[c]: arbitrio autem iudicis continetur, vt ipse* æstimet, quale cuiusque frumẽtum fuerit.

*is.

¶ *Quod in suo, alienóve solo ædificatur, solo cedit: materia verò domini permanet, nisi qui sciens in alieno ædificarit: tunc enim (cùm donasse videatur) etiã diruto ædificio materiã non vendicat.*

¶ Cùm in suo solo * [d] aliquis ex aliena materia ædificauerit[e], ipse intelligitur dominus ædificij: quia omne quod solo * inædificatur [f], solo cedit. Nec tamen ideo is, qui materiæ dominus fuerat *,

*loco D. *abest. *fuit.

de acqu.rer.do.l.si procurator.vel vt melius pascantur.& facit j.ad leg.Aquiliã.in princ. vbi dicit, quod gregatim pascuntur. Sed contrà ff.de sol.l.si alieni. Sol. ibi speciale est in pecunia numerata, vt ibi dicitur: vt ff.si cert.pet.l.singularia.

¶ a Frumẽtum. Nondũ bona fide cõsumptum: tunc enim in factũ actio daret: vt ff.ad leg.Aquil. qui occidit. §.si quis alienum vinum.

¶ b Pro modo. id est mensura.

¶ c Competit. i.quod cuilibet tantũ frumentũ restituat, quantum fuit suum, quando non apparet, quod fuerit suũ: & hoc propter impossibilem discretionẽ: vt ff.de vsufr.l.vsufructuarium.§.si in viuariis. Si autem apparet, quod cuiusque fuerit, hoc iudex æstimet, vt subiicit, secundũ Azo.& secundũ hoc dic quale: id est, quod, & sic cuiuslibet sua grana restituantur. Vel dic proxi.resp.arbitrio, &c.esse de eo, de quo est istud, s.quando non apparet, quod fuerit suum: & hoc innuit hoc verbum quale: non enim dicit quod, sed quale: vt in qualitate officium vertatur & quantitate, non autem in corpore: cùm illud sit impossibile discernere. & sic probabit, qui dicit suum fuisse melius. Et nota triplicem esse differentiã inter hũc §.& superiorem. Species enim dicuntur misceri, vt hîc: materia confundi: vt s.Sed P.è contra. Item hîc remanet eadem substantia, ibi non. item confusa fiunt communia, etiã sine dominorum voluntate: vt s.proxi.§.hîc non.

*Distinguit duos §§.

¶ Cùm in suo. CASVS. Metellus ex materia, i.ligno, & lapidibus Dolabellæ domum in area sua construxit. Vter est domus dominus? Metellus. Et qua ratione Dolabella suum damnum resarciet? Duplum à Metello consequetur. veluti, si materia centum valeat, bis centum recipit. Perdítne ergo penitus suarum rerum dominium? Sanè, dum ædificium manet. Exitiosum enim esset, vt recipiatur materia, domos dirui. Quid ergo si casu aliquo domus corruat? Dolabella tanquã dominus res suas petet: nisi fortè iã ante duplũ receperit. Inuertamus hypothesim. Metellus in area Dolabellæ ex sua materia ędificauit. vtri est ędificiũ? Dolabellæ. Quid, si corruerit ædificium? Ne tum quidem quicquã petere poterit. quid ita quęso? quia donandi animo ædificasse videtur, quum alienam esse aream sciens prudensque ædificauit. quid si ignorãs? diruto ædificio materiam suam repetet. Cornel. Vibul.

¶ Not. ædificium cedere solo. Item, quod nemo cogi potest eximere tignũ alienum iunctũ suis ædibus. Item, quod quanuis dominus soli fiat dominus totius: tamen dominus materię remanet dominus. Item, quod rei vendicatio nõ datur domino. Item, quòd actio de tigno iuncto est ex l.xij.Tabul.& quòd licet sit ciuilis, est tamen pœnalis. Itẽ quid veniat appellatione tigni. Syl.

¶ d Cum in suo solo. Suum est etiam si alius habeat ibi vsumfructum, vt j.de hær.instit. §.j. vbi proprius seruus dicitur, in quo proprietatem nudam habet testator.

¶ e Aedificauerit. s.bona fide, aliàs nõ: imò tignum suum vendicaret: vt ff.de rei vend.l.in rem: arg. à contrario sensu, vel ex ea exceptione, quæ ibi ponitur, & iurabitur in litem: vt ibi not.

¶ f Inædificatur. i. in ipsa terra configitur. Quid ergo de domo nõ affixa solo? Respon. non cedit solo, vt ff.de acqui.rer.do.l.Titius.& facit ad hanc regulam.C.de ædi.pri.l.j. Idẽ in satis, & plãtatis. quod hîc in ędificatis dicitur: vt j.eo.§.si Titius. & §.qua ratione. Vnde versus, Quicquid plantatur, seritur vel inædificat: Omne solo cedit, radices si tamen egit. [Dicas hoc verũ regulariter, vt hîc: tamen primò non procedit in ędificãte in mari.d.l.

definit [a] dominus eius esse: sed tātisper[b] neq; vendicare eā potest, neque ad exhibendū[c] de ea re agere propter legem xij. Tabularum[d], qua cauetur, nę q̄s tignū alienū* ædibus suis iunctum eximere* cogatur, sed duplū pro eo præstet per actionem, quæ vocatur de tigno iuncto[e]. (Appellatione[f] autem Tigni, omnis materia*[g] significatur, ex qua* ædificia fiūt.) Quod ideo prouisum est, ne ædificia rescindi necesse sit. Quod si aliqua ex causa dirutū sit ædificiū, poterit materiæ dominus (si nō fuerit duplū iā consecutus[h]*,) tunc eā vendicare[i], & ad exhibendum de ea re agere. Ex diuer-

*furtiuum. *soluere.

*omnes materiæ *quibus *persecutus.

intantū.& dicetur ʃ.in ea.gl.Item vbi ædificiū esset illicitè constructū, veniret destruēdū. l.fideicōmissa. §.si quis illicite.ff.de leg.iij.vbi Bal.Item in ędificante de pecunia ecclesiæ gl. in c. apostolica. xij. q.ij.Itē quando dominus soli,& ædificans essent tales inter quos cadere non posset expressa donatio, gl.in l.si vxor.ff.de don. inter vir.&vxo. Syl.]Sed contra hanc regulā est. ff.de rer. diui.l. intantū.in prin. Solu.illud speciale est.

ADDITIO. Erat enim ibi ædificatū in cōmuni omniū solo, quo ad vsum, & nullius quo ad proprietatem: quod ideo cedit ædificio, quia primò occupanti conceditur. Christoph.

a Definit. s. ex causa ædificationis: sed ex alia causa potest desinere, vt ff. de vsuc.l.rerum mistura.§.Labeo.quę huic regulæ signatur contraria.

Vt tamen materia contradictionis euitetur, dici potest hūc effici dominum reuocabiliter: illum autem reuocabiliter desinere esse dominum: vt sępè accidit in pluribus casibus.Syl.

b Tantisper.id est,interim.

c Ad exhibēdum.s.vt eximatur, nisi mala fide fecerit, vt ff.de rei vend.l.in rem.§.tignum. & ff.de tig.iniun. l.fin. sed tunc non eximitur, sed in litem iuratur: vt ff.de solu.l.qui res.§.fin.quia arbitrariæ sunt istæ actiones: vt ff.de in lit. iuran.l. in actionibus. & infrà de act.§.præterea.

d Duodecim tabularum.lex quædā fuit, [illegible] qua dic, vt suprà de iure nat.§. & n[illegible] eleganter.

e De tigno iuncto. Qua actione tenetur & qui iunctū habet, licet nō iunxerit: & qui iunxit, licet nō possideat, sed altero soluente, alter liberatur: vt ff.de iis, qui deie.vel effud.l.si verò.§. si id, quod & de flu.l.j.in fi & quod vi, aut clam.l.competit.§ fin. Sed quid si velit magis in rem reddere & eximere, quàm duplum præstare? Resp.nō auditur: quia propter publicā vtilitatē hoc fuit statutū: vt ʃ.eo.quod ideo, &c.& ff.de ope.no.nun.l.Prætor.& ff. de leg.j.l.cætera.§.si duobus.Itē nunquid hæc actio competit etiā econtra eum, qui bona fide iniunxit? Resp.sic: vt hîc, licet cōtradixerint quidā. Sed cōtra mala fide iniungentem, alia præter hæc auxilia competunt: vt rei vendicatio, item ad exhibendum, item furti, item furtiua condictio. Item hæc actio de tigno iniūcto: vt ʃ.de act. §. sic itaq;. & ff.de tigno iniuncto. l.j.in fi. & l.fin.

f Appellatione. Facit ad hoc.ff.de verb.signi.l.tigni.& ff.ad exhib.l.gemma.& l.tigni. & ff.de acquir.rer.do.l. adeò.§.cùm in suo. Item quod in domibus dicitur, idem dic in caupona siue domūcula vt subiicit, quod ideo, &c.ad hoc ff.de verbo.signi. l.vrbana prædia. Quidam tamen contra. Item idem in vinea: vt ff.de tig.iuncto.l.j.

Et quanuis bona fides non patiatur vt idem bis exigatur l. bona fides. ff. de regul. iur. tamen hoc ex eo oritur quòd dominus contra voluntatem suam dominio rei suæ priuatur. Nec obstat. l.de eo.ff.de dona. inter vir.& vxo. quia ibi ideo datur simplū, quia concurrit voluntas domini: sed aduersatur voluntas iuris.Syl.

g Materia.Vt cæmenta, & lapides.

h Consecutus. Hîc est contrà ff.de tig.iunct.l.fi. Sed ibi non cum effectu fuit consecutus duplum: quia licet exegit, non tamen percepit adhuc duplum: vt argum.ff.de iis, qui deie.vel effu.l.perceptione.

i Vendicare. Nulla tēporis præscriptione obstāte in rei vendicatione: vt ff.de rei ven.l.in rē.§.fin.q.a nec prius agere potuit, vt C.de an.excep.l.j.§.fi. Aliud ergo si mala fide iniunxit: quia tunc agere potuit, vnde xxx.anno.repellitur à rei vendicatione; vt C.de præscrip.xxx.anno.l.sicut.

ADDI-

ADDITIO. Quam commoditatē non ex sua mala fide, sed ex negligētia nō petentis cōsequitur. aliâs esset absurdum. secundum omnes doc. hîc. ¶ a Intelligit. Sic C. de ædi. pri. l. si is cōtra quē. Acc.

¶ b Nō potest. Quæ alienata est, nō pōt vēdicari. Sed cōtra C. de rei vē. l. ij. in fi. Sed ibi ex aliena materia, & in alieno ædificauit: hîc de sua in alieno. Quare dic, aut de mea materia, & in meo ędifico: & tūc planū est. aut de aliena in meo: vt s. proxi. §. aut de mea in alieno: vt hîc: aut de aliena in alieno, vt in dicta. l. cōtraria cōtinet.

*Aedificari potest quadrupliciter.

¶ Certè illud constat. CASVS. Hortensius ex sua materia in Attici area domū cōstruxit. Atticus petit eā domū: q(vt dictū est) superficies solo cedit. q d iuris? Distinguo. nam aut Hortensius bona fide, & suū esse solū credēs ædificauit. quo casu cogetur Atticus & materiæ pretiū, & mercedes soluere: si domū habere velit. Aut mala fide, sciens esse Attici: & tūc cedere Attico cogetur. donādi nāque animo ædificasse videtur. C. Vi.

Not. quòd facilius datur exceptio, & retentio, quàm actio. Syl.

so, siquis in alieno solo ex sua materia domū ædificauerit, illi9 fit domus, cuius & solum est. Sed hoc casu materiæ dominus p̄prietatem eius amittit, quia voluntate eius intelligitur [a] esse alienata: vtique si nō ignorabat se in alieno solo ædificare. & ideo licet diruta sit domus, materiam tamen vendicare non potest [b].

¶ *Possessor bonæ fidei in alieno fundo ædi[illegible] [illegible] exceptionis ope retinet.*

¶ Certè illud cōstat, si in possessione constituto ædificatore, soli dominus petat domum suam esse, nec soluat pretium materiæ, & mercedes fabrorum [c], posse eum per exceptionem [d] doli mali repelli: vtique si bonæ fidei [e] possessor fuerit, qui ædificauit. Nā sciēti, alienū solū esse, potest obiici culpa, quod ædificauerit [f] temerè in eo solo, quod intelligebat alienum esse.

¶ *Plantata [illegible] [illegible] in cuius solo seruetur, aut plantantur, modo radices [illegible] bona fide tamen alienum [illegible] dum, doli [illegible] sumptus, si qu[illegible] [illegible] consequetur.*

¶ c Fabrorum. id est, magistrorum de lignamine, vel murorum. sic ff. de eo. quod cer. Lo. l. iij. §. item Iulianus.

¶ d Per exceptionem. Quę locum habet vbicunque æquum sit exceptionem locū habere, siue alia competat, siue non: vt ff. de excep. do. l. ij. §. & generaliter. & arg. ī. eo. §. literæ.

¶ e Bonæ fidei. s. ab initio, & ex post facto cū ædificauit. nā si ante q̄ ædificet, sit bonæ fidei: & cum ædificat malæ fidei sit, eligitur quædā media via: ita vt neque vt malæ fidei puniatur, neque vt bonæ fidei expensas conseruet: quia p̄mittitur abrasio: vt ff. de rei ven. l. Iulianus. lib. viij. Digest. scribit, si in aliena. quæ est huic cōtraria. & facit ad hoc ff. de min. l. intra vtile. §. vendentibus.

¶ f Aedificauerit. Cùm de nouo ædificat. Et vt hęc plenè sciāt, dic, dū impēdit in rē alienā, aut suo, aut meo nomine. Primo casu loquitur ille titu. de negot. gest. & ff. & C. eodē titu. Si meo: tunc aut fructuū gratia, & tunc ex fructibus deducitur, aliâs null9 fructus intelligitur, vt ff. sol. ma. l. fructus. & ff. famil. ercis. l. fundus qui. Aut causa rei seruandæ: & tunc aut de nouo faciendo, aut non. primo casu si bona fide, habeo exceptionem non actionem, secundum Ioan. vt s. proxi. §. & ff. de condic. inde. l. si in area. & ff. de doli ma. excep. l. Paulus. sed M. etiā actionem dabat, & est pro eo. ff. de pet. hęre. l. hæreditas. §. j. & ff. si pars hære. peta. l. fin. & C. de rei ven. l. ij. & l. domum. Sed ibi ipso gestu negotiū fuit hæreditarium: quod necesse habuit facere, vnde actionem dabat. Sed Ioan. contra, vt dictum est. & facit etiam pro eo. ff. de rei vend. l. sumptus. & ff. de act. emp. l. idémq;. & ff. de pet. hæred. l. planè. Si verò mala fide, tunc nec excipiendo, nec agendo conseruo, vt hîc: nam

*Impensæ in alienis negotiis factæ, qualiter recuperātur.

neminē mihi voluit obligare:vt ff.cō mu.diui.l.in hoc iudiciū.secundū Io. sed M.etiā dabatnegotiorū gest.actio nē:vt ff.de nego.gest.l.si pupilli.§.sed & si q.s. Sed ibi nomine alieno gerebat. Itē & ꝑ eo facit. C. de rei vēd.l.ij. Sed ibi loquit. quando ex aliena materia, & in alieno impēditur:vt ibi plene notat. Si verò in reficiēdo:aut bona fide,&tūc necessarias & vtiles ꝑ doli exceptionem,voluptuarias per abrasionē seruam⁹: nisi dominus vellet tātū dare, quantū posset habere his ablatis & corrasis: vt ff. de rei vē.l.in fundo.Si verò mala fide, necessarias ꝑ officium iudicis,cùm tamē possideo vtiles ꝑ abrasionē cōseruo, voluptarias nullo modo: vt C. de rei vē.l. domū. Hinc est quod dixit Bul.hîc, ꝙ expēsas repeta quādoque ꝑ a.i.per actionem:vt ff.de nego.gest.l.si pupilli.§.sed & si quis. Itē per e.i.per exceptionem:vt hîc. Itèm per.o.i.per officiū iudicis:vt per.l.C. de rei vēd.l. domū.vt modò dixim⁹. Et hæc in rei vend.locū habēt. In petitione verò hæreditatis, bonæ fidei possessor seruat omnes: at malæ fidei possessor necessarias,& vtiles per officiū iudicis, aliâs per exceptionem doli, re existente meliori, in qua factæ sunt: voluptuarias verò abradit: vt ff.de peti.here.l.planè incertis.

*Impensæ necessariæ, vtiles & voluptariæ. Expensas repeto per e. & a.

¶ Si Titius. CASVS. Cassius in Antonii agro cerasum plātauit,aut contrà, Antonii cerasum in suo agro: vtrius est cerasus? Distiguo, aut cerasus radices nōdum egit,& plantatoris remanet:aut egit, & tunc solo cedit. Cuius enī est radix,eiusdē est ar-

¶ Si Titius alienā plantam in solo suo posuerit,ipsius erit.Et ex diuerso, si Titius suam plātam in Mæuii solo posuerit, Mæuii planta erit,si modò vtroque casu radices egerit:antè enim, quàm radices egerit, eius permanet, cuius & fuerat. Adeò autē ex eo tempore, quo radices egerit planta, proprietas eius cōmutatur [a]: Vt si vicini arbor ita terrā Titii pressérit,vt in ei⁹ fundum radices [b] egerit, Titii effici arborem dicamus [c]. Ratio [d] enim non permittit, vt alterius arbor esse intelligatur, quàm cuius in fundum* radices egerit. *Et ideo prope confiniū * arbor posita, si etiam in vicini fundū radices [e] egerit,communis fit.

¶ Qua ratione autē plantæ, quæ terra*coalescunt,solo cedunt [f]: eadē ratiōe frumēta quoque, quæ sata sūt, solo cedere intelliguntur. Ceterùm sicut is, q in alieno solo ædificauit, si ab eo dominus petat ædificium, defendi potest per exceptionem doli mali secundū ea, que diximus [g]: ita eiusdem exceptio-

*fundo.
*egisset.
*ἐν τοῖς ὅροις T.
*terre.

bor.Quid verò in hac specie:Pir⁹ Antonii suas radices in agrū meū inflexit,ita vt ex mea terra alat. Erítne pirus illa nō Antonii,sed mea? erit. Ecce autē pomus in cōfinio duorū vicinorū enata est, atq; in vtriusq; prædiū suas radices expandit: Cuius est pom⁹? Vtriusque. Sequens. §. alienā lucem aspernatur.C.Vi.

¶ a Commutatur. Sed videtur non cōmutari, cùm primo domino rei vend. detur: vt ff.de rei ven.l.si frumentū. §. de arbore. quæ est cōtra.Sol. licet ibi dicāt Varus, & Nerua, damus: non tamē sequitur, ergo nos damus, vel damus de æstimatione, sed non de planta: vt diximus §. eod. §. planè, si lōgiori tēpore.

ADDITIO. Et hæc vltima cōmuniter approbatur per l.in rem.§. itē quæcunque.ff.eod.de rei ven.Christopho.

¶ b Radices. Omnes, vt differat à sequenti.

¶ c Dicamus. Imò videtur ei⁹,in cui⁹ fūdo originē duxit:vt ff.arb.fur.cæ. l. si plures.§.fi.Sol.hæc corrigit illā.Vel dic,ibi, poterat viuere arbor ex fūdo primò, hîc nō. Vel efficitur Titii pro parte.s,vt hîc:non in totum,vt ibi.

¶ d Ratio. Facit ff. eod. & de acquir. rer.do.l.adeò.in fin.& l.seq.& l. qua ratione.

¶ e Radices.Pro parte.

¶ f Solo cedunt.Vt §.proxi §.

¶ g Diximus.§. eod. §.certè.Sed quid si aliquis ex semine meo in alieno fundo seminauit,contra quem agam? Resp.cōtra seminantē, non quia non possidet,nec dolo fecit.quomin⁹ possideret.Item nec contra possidentem: quia

*Si quis seminauit ex semine meo in alieno fundo, agā tra minum fundi.

quia eius facto nihil actum est. Sed tamen dic eum teneri instar tigni iniuncti, qui tenetur, etiam si positum ab alio habeat, vel teneat: vt diximus s. eod. §. cùm in suo. per legem ff. de iis, qui deie. vel effu. l. si verò. §. si id, quod positũ. Et eadem quæstio fit in plantatis: & eodem modo soluitur, cùm sit ratio similis: vt ff. manda. l. Lucius. §. j. in fin.

¶ a Conseuit. i. plãtauit vel seminauit.

¶ Literæ. THEMA. Sicut purpura, quanuis pretiosior sit, vestimento tamen cedit: ita literæ, licet aureæ, aut argenteæ, chartis cedunt. Item vt ędificium, vt arbor, vt frumentum satum solo cedũt. Et quum dominus chartæ petere volet à scriptore suã chartam, scripturæ sumptus non offerens, impetrabit sanè à Prætore actionem, & iudicem: sed scriptor quoque impetrabit, vt iudicij liceat se absoluere, si dolo malo actor suam chartam petat. Petit autẽ dolo malo, quia sumptus non offert. Cor. Vib.

¶ Not. summarium. Item, quòd valet argumentum ab inconuenienti remoto. Sylucst.

¶ b Chartis. Vt de bombice: vt sunt hæ, quæ de pisis veniunt.

Membra[na] vnde dicitur.

¶ c Membranísve. Quæ de membris animalium eripiuntur.

¶ d Solo. Vt suprà eodem §. cùm in suo.

¶ e Carmen. Metrice.

¶ f Historiam. Noui & veteris testamenti. idem dicam in fabula vel romantia, vel quolibet libro prosaico.

¶ g Orationem. ad Deum, vel ad populum, vel ad principem.

¶ h Corporis. id est, Libri.

nis auxilio tutus esse potest is, qui alienum fundum sua impensa bona fide conseuit[a].

¶ *Scriptura quãtumuis pretiosa cedit suppositæ chartæ: tabulæ tamẽ pictura superimposita cedit.*

¶ Literæ quoque, licet aureæ sint, perinde chartis[b] membranísve[c] cedunt, ac solo[d] cedere solent ea, quæ inædificantur aut inserũtur: ideóque, si in chartis membranísve tuis carmẽ[e], vel historiã[f], vel orationem[g] Titius scripserit, huius corporis[h] non Titius[i], sed tu dominus esse videris*. Sed si à Titio petas[k] tuos librôs, tuásve membranas, nec impensas scripturæ soluere paratus * sis, poterit se Titius defendere per exceptionem doli mali: vtique si earũ chartarũ, mẽbranarúmve possessionem bona fide[l] nactus est.

¶ *Titulo & bona fide alienũ fundum possidens, perceptos fructus suos facit: malæ fidei verò possessor, etiam consumptos [illegible].*

¶ i Non Titius. scilicet scriptor bonæ fidei.

¶ k Petas. directa in rem.

¶ l Bona fide. Si autẽ mala, laborem donasse videtur: vt s. eod. §. certè. Sed nũquid actionẽ scriptor habet reddito libro? Resp. sic si bonã fidem habuit, actionem dico, s. in factũ: vt ff. de rei vend. l. in rẽ. §. item quæcunque si malã fidẽ habuit, non habet actionem: quia nec exceptionem habet vt hîc. Sed cùm hodie pretiosior sit scriptura, quàm charta, nunquid mutatur hoc? Respõdent quidã, vt Azo, quod sic: Nos quòd non. arg. C. de testa. l. sancimus. & C. de appel. l. præcipimus. in fin.

* intelligeris.

* velis.

¶ Hæc opinio vera est, vt latè declarat Præpos. Sen. in iij. casu, in j. q. Syluester. Aldobr.

¶ Si quis in aliena. [illegible] Apelles in tabula Titii Mineruam pinxit. cuius est tabula? Apellis. Artificis enim hîc præstantiam spectamus: & quia pictura plerunque pretiosior est tabula, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, id est ex eo quod plerunque fit, iudicamus. Itaque si Apelles velit tabulam à se pictam petere à Titio, pretium tabulæ non offerens, facile impetrabit à Prętore actionem, & iudicem: sed Titius similiter impetrabit, vt Prætor potestatem faciat iudici cognoscendi num dolo malo Apelles vtatur. quod facile probabit, quia pretium tabulæ non offert. Quid ergo si Apelles tabulam possideat? quomodo Titius suã tabulam petet? nam rei vendicatio datur domino. Titius aũt non est dominus, sed Apelles. Fateor, inquit, non cõpetere Titio actionẽ ex directis verbis legis xij. Tabul. sed quia vtile est, ci-

titulū, de consumptis cōdictione sine causa, de extantibus rei vēdicatione: vt C.de cōd.ex lege.l.pe.C.de rei ven. l.si fundum.de percipiendis officio iudicis.ff.de rei vend.l.si nauis.§.fin.

¶ Is vero. CASVS. Cesennia vsum & fructū fundi Fulciniani habebat.mortua est maturis fructibus, nōdū tamē perceptis: nónne Cæcina maritus, hæres ipsius, fructus illos habebit? nequaquā: sed proprietari⁹. quod nota pro Ciceronis oratione pro Cæcina. Qđ idem est in colono. Nam Chremes colonus Titij mortuus maturis fructibus nō facit suū herede illorū dominum. duo §§. sequētes ita clari ac perspicui sunt, vt dici clarius nihil possit. Cor. Vib.

liis, qui à lege specialiter inueniuntur: vt ff. de iur. dot. l. Proculus. secundum Azon. Nos idem secundum Ioan. in omnibus: & de his gratia exempli posuit lex, & titulo emptoris, vel simili vsucapiebatur non pro suo tantum: vt tamẽ in emptione iustiorem errorẽ exigamus: vt ff. pro empt. l. iii. & l. iiij. in princ. [Non discedendo à terminis text. nostri, dicas quòd cùm loquatur de errore facti propriè dicitur error iniustus, nisi facto aduersarij ita crederet. Ita distinguit & firmat Bar. quem ceteri sequuntur, in l. Celsus. ff. de vsucap. Syl.] Itẽ quid si non errat, sed fecit? Respon. non potest sibi causam possessionis mutare: vt ff. de acquirenda possessione. l. iij. §. illud. & ff. eodem l. non solùm. §. quòd vulgo.

dat causam vsucapiẽdi: secundũ Bat. & gl. in d. l. quid vulgo. Aeg. Per.

¶ Diutina. CASVS. Herennius bona fide librum alienum per biennium possederat. eo defuncto hæres eius sciens eum librum esse alienum, mala fide annum etiãvnum possedit. quæro an iste hæres illum librũ vsuceperit? Respon. vsucepisse. Quid, si ex contrariò, Herennius mala fide ceperat vsucapere, deinde hæres bona fide absoluit? Vsucapio non valet. Cor. Vib.

¶ Diutina. scilicet decem annorũ inter præsentes, vel viginti inter absentes, vel triennij: vt ff. qui & à qui. l. si cum fidei. §. Aristo. & s. eod. in princ. huius tituli. & C. eod. l. diutina.

ADDITIO. Præsentes sunt possessor, & dominus quum in eadem prouincia sunt: absentes, quando in diuersis. l. fin. C. de præscrip. long. temp.

...cto, & hæredi [a] & bonorum possessori continuatur [b]: licet ipse sciat [c] prædium alienum esse. Quòd si ille initium iustum nō habuit: hæredi, & bonorum possessori, licet ignoranti, possessio non prodest. Quod nostra constitutio [d] similiter [e] & in vsucapionibus obseruari constituit, vt tempora continuentur.

¶ *Tempus venditionis cōiungitur cum tempore emptionis. Aretinus.*

¶ Inter venditorē quoque, & emptorem coniungi tempora [f], diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt.

¶ *Alienam rem à fisco quouis titulo idoneo habens, mox tutus est, dominusq; fit: ius autem in re, vel ad rem sese habere putantes, intra quadriennium aduersus fiscum experiri debent.*

¶ Edicto [g] diui Marci * cauetur, eū, qui à fisco [h] rem alienam emit [i], si post venditionem

*& commodi. Harm. lib 3.

¶ a Et hæredi. Hæres iure ciuili, bonorum possessor iure prætorio: vt infrà de bon.poss.§.quos autem.

¶ b Continuatur. Nisi ipsi hæredi tradita sit possessio: vt ff.eo.l.hæres eius.

¶ Et ratio est, quia tunc incipit præscriptio in persona hæredis. Syl.

¶ c Sciat. ff. De acqui.rer.do. l. quæsitū.ij.resp. contra. Sol. ibi heres sciebat rē esse eius, qui causam à testatore habet, vt legatarij: quod nocebat. hîc alterius sciebat: quod nō nocet ad vsucapionē.

Præscribit hæres cum mala fide.

¶ d Nostra constitutio. vt C. de vsucapio.transfor.l.j.

¶ e Similiter. non solùm in præscriptione.

Inter venditorē. CASVS. Cornelius fundum bona fide possedit annos nouem. deinde Hortensio vēdidit, bona fide ementi. quæro num anno vno hic emptor vsucapionem compleat, & nouennium illud Cornelii, Hortensio prosit? Respondet prodesse: modò etiam bona fide possideat. Cor. Vib.

¶ f Tempora. s. vt continuentur: sed in hoc differt, quia in titulo singulari vtrunque, s. emptorem, & venditorem bonā fidem habere oportet: vt ff. pro emp.l.ij.§.si eam rem. aliàs contrà: secus in vniuersali titu. vt hîc. Et est ratio, quia si hæres nō adiret, hæreditas compleret: vt ff.eo.l.nūquam.ij.§.vacuum. quia est eadem persona: vt in auth.de iureiur.à mor. præ.in fi. j. respon. ibi, cùm vtiq;. concor. cum hoc. §.ff.pro empt.l.ij. §.empto. & §.si defunctus. & fit hæc coniunctio ad lucrum & ad damnum: vt ff.quemadmo. ser.amit.l.si quis alia.§.tempus.

¶ Edicto D. Marci. CASVS. Antonius rem alienam emit à fisco, siue ærario, thesauróve principis. Quanto tempore poterit vsucapere? Constitutum est, vt qui à fisco emerit, cōtinuò sit securus, neque iudicio vexari possit. aduersus tamē fiscum, dominis rerum vel ius in eas habentibus liceat intra quadriennium agere. Quid autem si non ex rebus fisci, i. de bonis confiscatis, res empta sit: sed de Cæsaris, aut ipsius vxoris dominio ac patrimonio? Idem constitutum est. C. Vib.

¶ g Edicto. id est, præcepto generali: aliàs Prętorum dicūtur edicta: vt quod metus cau. & similia: vt ff. qđ metus cau. l. si mulier. circa princip.

¶ h A fisco. Vt à procuratore imperialium rerum: nam de patrimonialibus dicitur j. eod. in fin.

¶ i Emit. s. à fisco vendente, vt suam, à quo edicto res minorum excipiūtur: vt C. si aduer. fis. l. fi. Si autem vt alienam, vt quia cessatum est in solutione tributorum, tria exigūtur, & quòd fit debitum, & q fit cessatum: vt C. si aduers. fis l. fi. & C. si propter pu. pen. l. fi. ij. resp. fortè biennio: vt ff. loc. & condu. l. quæro. §. inter. versi. quæro. Item tertiò, quod res subhastetur. i. præconizetur: vt C. si propter pu. pen. l. fin.

Fiscus vendit rem: vel vt suam vel vt alienā.

¶ Vt autem perfectam habeas doctrinam, breuiter dic, quòd regula est iuxta istum text. quæ procedit in Imperatore, & quocunque principe habente regalia, secundum Bald. in c. ad apostolice. de re iudic. libr. vj. Item interueniente traditione secundum Bald. in cap. j. §. fin. de no. for. fide lib. Item quando fiscus tempore alienationis possidebat. Barto. in l. fina. C. si contra ius, vel vtilit. publ. Item quando fiscus bona fide vendidit. glos. in ij. C. de com. rer. aliena. Item quando princeps vendit iure proprio, nō creditoris.

ditoris. Bald. in secūdo procem. decretal. Itē non procedit in ecclesia. glos. in c. quicunq;, xj. q. ij. Itē præcedētib' subhastationibus, vt p glos. hic. Bal. in l. j. C. de hæred. vel act. vend. Itē de iure canonico. glos. in c. ij. de reb. eccle. non alie. Itē si faciat de plenitudine potestatis. secūdum Bald. in d. procem. decretal. Itē nō pcedit in præiudiciū minoris, vel doti: vt hîc Syl.

¶ a Constitutio. C. de quad. præs. l. omnes.

¶ b Bene prospexit. Corrigēdo edictū diui Marci.

¶ c Statim. ff. de peti. hære. l. etiā si. §. item si q. s. j. in glos. emerit. contra. Sol. ibi in vniuersitate, hîc in re singulari loquitur. Alij dicunt, q hic corrigitur. Et eodē modo (s. primo, nō secundo) respon. ad. l. C. de her. vel acti. vē. l. j. Itē ibi erat res fisci.

¶ d Quadriennnū. nisi sit minor, vel Reipu. causa. absens, vt C. de resti. mil. l. neque.

¶ e Actiones. Sed quæ? Resp. cōdictio ex hac lege, secundū Ioan. sed Pl. in rem dabat hic non domino contra dominum. argu. C. de hære. vel act. ven. l. j. contra. Solut. ibi de vniuersitate vendita, hic de re singulari.

¶ f Constitutio. C. de quadr. præs. l. bene à Zenone.

¶ g A nostra. i. à priuata nostra substantia: sed s. de fiscali dixit: vt C. de quadr. præsc. l. bene à Zenone.

quinquenniū præterierit, posse dominum rei exceptione repellere. Constitutio [a] autē diuæ memoriæ Zenonis bene prospexit [b] iis, qui à fisco per vēditionem, aut donationem, vel alium titulum aliquid acceperint: vt ipsi quidem securi statim [c] fiant, & victores existant, siue experiātur, siue conueniantur. Aduersus autem sacratissimum ærariū vsque ad quadriennium [d] liceat iis intendere, qui pro dominio, vel hypotheca earum rerum, quæ alienatæ sunt, putauerint sibi quasdam competere actiones [e]. Nostra autem diuina constitutio [f], quam nuper promulgauimus, etiā de iis, qui à nostra [g], vel venerabilis Augustæ domo aliquid acceperint, hæc statuit, quæ in fiscalibus alienationibus præfata Zenoniana constitutione continentur.

TITV. VII.

DE DONATIONIBUS.

¶ *Donatio mortis causa dicitur, quæ ob mortis imminentis vel futuræ suspicionem fit, quæ (sem ta veteri dubitatione) instar legatorum ferè per omnia redacta est. Reuocatur autem donatoris conualescentia, ... ; ... tia, item donatario præmoriente.*

Est & aliud genus acquisitionis...

¶ Iste titulus cōtinuatur per Imperatorem. Dictū est s. de quibusdā modis acquirēdi: s. de acquisitione, quæ fit per vsucapionem, & præscriptionem. Nunc dicendum est de alio modo acquirēdi, quæ fit per donationē.

Est & aliud. Totus iste titulus diuiditur in quinque partes. Primò ponit cōtinuationem cum distinctione bimēbri. Secūdò, de donatione causa mortis. Tertiò de donatione inter viuos. Quartò de donatione propter nuptias. Quintò de vna acquisitione de iure ciuili, quæ est correcta. Secunda ibi, in §. mortis causa. Tertia in §. Aliæ autē. Quarta ibi, in §. Est & aliud. Quinta ibi, in §. Erat olim.

CASVS. Quū Vlysses prope annos viginti domo abfuisset, vbi fidā Penelopem vxorem suam, & filiū Telemachū reliquerat, Telemachus monitu Mineruæ in Spartā ad Menelaum regē quærendi patris causa profectus est. Ibi Menelaus & ipsius coniux Helena Telemachum abeuntem donis affecerunt. ille argenteo cratere, hæc veste splendida, ac pretiosa, quam ipsa suis manibus cōtexuerat, illū donauit. Reuersus domū monetur à Pireo, qui socius comesque totius peregrinationis fuerat, vt mittat, qui craterem & vestem, quas domi suæ reposuerat, ad se deferant. Telemachus autem sic Piræū affatus est

Ei proci, q̃ matrē meā Penelopē vxorē petunt, me interficiāt: ea dona tibi do, ac relinquo: sin ex illorū manibus euadā, tū ea mihi reddes. Quæro si Telemachus occisus fuisset, Piræinæ dona illa fuissent?

Nō est dubium. Et quomodo hæc acquisitio appellatur Mortis causa donatio. Cor. Vib.

¶ Not. duplex genus donationis. Itē quid sit donatio causa mortis. Itē not. trib⁹ modis donationē causa mortis reuocari: expressa pœnitētia, per cōualescentiā, & per prædecedentiam donatarii. Itē, quòd ferè per omnia æquiparatur legatis. Syl.

*inter viuos.

tionis [a], donatio. Donationum autē duo sunt genera: mortis causa, & nō mortis [b] causa*. Mortis [c] causa donatio est, quæ propter mortis fit suspicionem: cùm quis ita donat, vt si quid humanitus ei contigisset [d], haberet is, qui accepit. sin autem superuixisset [e] is, qui donauit, reciperet: vel si eū donationis pœnituisset [f], aut prior decesseritis, cui donatum sit. Hæ mortis causa donationes ad exēplū legatorum [g] redactæ sunt per omnia [h]. Nam cùm prudentibus ambiguum fuerat, vtrū donationis [i], an legati instar eā obtinere oporteret, & vtriusq; causæ quædam habebat [k] insignia, & alii ad aliud genus

¶ a Acquisitionis. s. de iure ciuili. nā per stipulationē tantū cōtrahebatur, s. donatio, quæ. s. stipulatio est de iure ciuili: sed hodie fit nudo pacto: vt C. eo. l. si quis argentum. §. fi. & ĩ. de act. §. de cōstituta. Vel dic eā esse iuris ciuilis approbatione, non inuentione, sed iurisgentiū: vt s̃. de rer. diuisi. §. ꝑ traditionē. Vel dic, sui origo fuit de iuregentium vno modo, s. per traditionem: ac postea de iure ciuili fuit ille modus approbatus, & alius inuētus, scilicet per stipulationem. Tertiò per Iustinianum additus est tertius, puta per nudum pactum. Accur.

¶ b Et non mortis. Si largè hæc duo mēbra accipiunt: in textu nihil deest. & propriè ponuntur genera. nā multę species sub quolibet cōtinētur. & hoc approbo. Vel accipe strictè ꝑ duabus speciebus tantùm donationū. s. simplicis inter viuos, & simplicis causa mortis. & adde alias donationes, vt legatū: vt ĩ. de lega. in pricip. Itē donationē propter nuptias: vt ĩ. eodē. §. est & aliud. Itē & quod est ĩ. eodem §. fin.

¶ c Mortis. scilicet instantis, & futuræ: vt ff. eod. l. ij. iij. iiij. v. & vj. si quidem vbique mors timēda est: cùm eius dies incertus sit: vt ff. eodem. de mor. cau. don. l. Senatus. §. mortis. & de condi. & demon. l. j.

¶ d Si q̃d humanitus ei contigisset. id est, si moriatur vt ff. de verbo. sig. l. in vulgari. §. fi. & debet hoc exprimi. aliàs non est mortis causa donatio: vt ff. eod. de mortis cau. donat. l. Seia. §. fin. nisi ex coniecturis appareat eū velle donare causa mortis.

Donatio causa mortis non est, nisi exprimatur mors.

ADDITIO.

Nota, quòd ad hoc, vt sit donatio causa mortis, requiritur quod fiat mentio mortis. Idē not. glo. Bart. Ang. & Raph. & Imol. in d. l. Seia. §. final. & glo. & Bar. in l. Seia. ff. de dot. præleg. & Bar. in l. quæ dotis. ff. sol. matri. aliàs autem licet aliquis sit in extremis constitutus, si simpliciter donat, nec adiicitur causa mortis: intelligitur donatio inter viuos. & est tex. singularis in d. l. Seia. §. fin. quod not. secundum Ang.

¶ e Superuixisset. i. conualuisset. & ita trib⁹ modis reuocatur, vt hîc subiicitur. & ff. si cer. pet. l. non omnis.

¶ f Pœnituisset. Quia voluntas est ambulatoria vsque ad mortem: vt ff. de adi. leg. l. iij. in fi. quia donatio est ob causam, scilicet si moriar. & sic possum pœnitere: vt ff. eodē. de mor. cau. do. l. Senatus. §. j. in fin. & ff. de condi. cau. da. l. iij. §. ij.

¶ g Ad exemplū legatorum. Quantū ad vim & potestatē: quia sicut legata morte confirmantur, ita donationes causa mortis, vt reuocari nō possint.

¶ h Per omnia. Subaudi ferè, vt statim dicet: nam in multis differunt.

¶ i Donationis. scilicet simplicis, & inter viuos: aliàs nulla esset huiusmodi distinctio, cùm omne legatum sit donatio: vt patet ex definitione eius vt ff. de leg. ij. l. legatum.

¶ k Habebat. s. donatio causa mortis. nā cum donatione inter viuos hab[et] insignia: vt sit liberalitas cum legat[o] vt morte confirmetur, & vt detrahatur Falcidia: vt C. ad legē Falc. l. fin.

¶ a Re

eam retrahebant[a], à nobis cōstitutum est, vt per omnia ferè legatis[b] connumeretur: & sic procedat, quemadmodū nostra constitutio[c] eam formauit. Et in summa[d], mortis causa donatio est, cum magis* se quis velit[e] habere[f] quàm eum, cui donat: magísque eum, cui donat, quam hæredem suum. Sic & apud Homerū[g] * Telemachus donat Piræo.

* [Τηλέμαχ', αἶψ' ὄτρυνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα γυναῖκας.
Ὥς τοι δῶρ' ἀποπέμψω, ἅ τοι Μενέλαος ἔδωκε.]
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα.
Πείραι', οὐ γὰρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσται τάδε ἔργα,
Εἴ κεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι
Λάθρῃ κτείναντες πατρώϊα πάντα δάσωνται,
Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν ἤ τινα τῶνδε.
Εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω,
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων.

id est,

Telemache ad nostras famulas age, dirige sedes.
Vt tibi quæ dederat Menelaus, dona reportent.
Ad quem Telemachus sapiens ita farier orsus.
ῶ Piræe, haud equidem hæc possum dignoscere facta.

*abest.

*Odyss. ρ.

*Versus his nobis [ ] inclusi abesse debent: nec hos habet Th.

¶ a Retrahebant. Subaudi, & alij ad aliud.

¶ b Ferè legatis. Dicit ferè, qa in quibusdā discrepat à legatis, ecce enim si donas in annos singulos: donatio vna est, sed legata plura: vt ff. de don. cau. mor. l. Senatus. §. fi. Itē legatū, ab hærede semper traditur: vt patet ex definitione legati. j. de leg. in prin. donatio autem vel ab hoc, vel ab alio. Itē in donatione obligatur donās, in legato nō. Itē si testamentū accuso: perdo legatū, non donationem: si tamē accuso vt falsū: argum. ff. de iis quib. vt indig. l. post legatum. §. qui mortis. Itē alteri substituitur in legatis, secundum quosdā: vt ff. de don. cau. mortis. l. ei cui mortis. & de leg. ij. l. vt hæredibus. Itē filius familiâs donat: sed nō legat: vt ff. eod. de mor. causa dona. l. tā is. & j. quib. non est permiss. fac. test. in princ. Item in legato tria tempora considerantur, vt sit capax legatarius: vt j. de hæredum qualita. & differen. §. in extraneis. in donatione nō: vt ff. de donatio. cau. mortis. l. in mortis. Item quia pro legato datur interdictum quorum legatorum: non pro donatione: quod dic, vt in summa C. quorum legat. l. j. & in l. Marcellus. §. Paulus. ff. de donat. causa mortis.

¶ Dicas tu, quod communis omnium resolutio est, quòd si cōsideramus donationē, prout in esse producitur, illa æquiparatur magis contractui, quàm vltimæ volūtati: si verò loquimur de donatione postquam est in esse producta: tunc talis donatio magis æquiparatur vltimę voluntati: quam resolutionem totus mundus sequitur: vt dicit Ias. in l. j. de leg. j. Syl.

ADDITIO. Imò habet locum, quorū legatorū, saltem in eo quod excedit Falcidiam: vel si per donatarium sit occupata, secūdum Ioan. Fab. & Angel.

¶ c Cōstitutio. s. coram quinq; testibus scriptura interueniente, vel non: vt C. eod. l. fin.

¶ d Et in summa. i. vt breuiter de hac donatione expediamus: vt ff. eo. l. j.

¶ e Velit. id est, vellet.

¶ f Habere. s. si superuixerit: vt ff. eo. l. senatus. §. j.

¶ g Sic & apud Homerū, i. sicut recitat poëta Homerus, q̄ Telemachus dictis verbis expressis donauit.

¶ Aliæ aūt. CASVS. Menelaus dedit Telemacho craterā argenteā. quomodo appellatur ea donatio? Inter viuos. quid ita? quia ex puro, ac syncero liberalitatis fonte profecta est. Quid si Menelaus non tradidisset crateram in manum Telemacho, sed tantùm id inter illos commisisset? Valet donatio, cogíque promissor poterit ad dandum. Nunquidnam aliud requiritur? si excedit summam quingentorum solidorum siue aureorum, debet insinuari, id est, referri in acta publica. si non excedit, non est opus. Cor. Vibul.

¶ Not. quòd donatio simplex, non habita mentione mortis, dicitur inter viuos, nec æquiparatur legato. Item, quòd donatio perfecta non

reuocatur, nisi ex modis expressis in l. Item, quòd scriptura nō est de substantia donationis. Item, quòd donator rem donatam præstare tenetur, vt venditor rem venditam. Item quòd donatio excedens ccccc. aureos est insinuanda. Syl.

¶ a Aliæ autē. Nunc prosequitur aliud genus donationis. Dictum est de donationibus causa mortis, nunc de dona. simplici, id est, inter viuos. h.d.

¶ b Temerè. ideo dicit temere: quia quādoque reuocātur: vt j.e.§.sciēdū.

¶ c Voluntatē. Etiam nudo pacto: vt C.eo.de don. l.si quis argētum.§.fi. Acc.

ADDITIO.

Donatio an possit fieri sine stipulatione.

Si tamen donet factū, requirit stipulatio & traditio sicut olim. Item præsentia donātis & donatarii, vbi fit certæ personæ, secus si incertæ.

¶ d Manifestauerit. s. per verba futuri tēporis: vt dabo, vel donabo, ad instar stipulationis: vt ff.de ver. obl.l.v.§.stipulatio, vel præsentis temporis: vt do, vel dono. cum nudo pacto fiat: & pactum etiam fiat per verba præsentis tēporis: vt C.eod. de dona.l.si quis argentum.§.fin.ff.de pac.l.tale.in princ.& in glos.ij.

¶ e Venditionis. Ex hoc verbo dicebat M. venditorem præcisè teneri ad rem tradendam. sic ff.de ver.ob.l.vbi autem non apparet. in fi. Ioā. contra. s. vt interesse dando liberetur, vt ff. de actio.emp.l.j.in princ. & similitudo quæ hîc fit, est in hoc, vt sicut necessitas imponitur venditori ad aliquid, sic & donati: licet à principio nullus cogebatur, vt C.de act.& obli. l.sicut. Sed nunquid donator de euictione tenetur? Resp. si incipit à traditione, non: vt ff.eo. de do. l. Aristo. in fi. Si à pactione, sic: vt C.de iur. dot.l.j.

ADDITIO.

Et est ratio: qa cum donatio sit doni datio: iste paciscens obligatur expressè ad dandū. l.Senatus.§.j.ff. de don.cau. mor. & ideo nō liberatur, nisi transferat dominiū: secus aūt, vbi sola traditio sine facto interuenit. Ex quo infertur q pro euictione hîc agit primæua actione, quasi nō dederit, etiam re nondum euicta in totū vel pro parte. Secus in venditione, vbi pro euictione noua nascit actio, quasi per traditionem obligatione ablata. qđ not. pro præscriptione, & libelli formatiōe secūdum oēs hîc.

Nanque proci si me spatiosa per atria furtim
Occidant, rapiantque sibi patrimonia fortes:
His te malo frui donis, quàm quemlibet horum.
Quòd si illos fato, merita & multauero morte,
Tum mihi gaudenti referes dona omnia lætus.

¶ *Inter viuos donatio est, quæ nulla mortis suspicione fit, sed ex pura liberalitatis sententia procedens; quæ etsi consensu perfecta, tamen [illegible] publica insinuatione, si quingentorum aureorum summam prætergrediatur; certis tamen casibus, etiam citra insinuationem, efficaciam sortitur.*

¶ Aliæ autē [a] donationes sunt, quæ sine vlla mortis cogitatione fiunt: quas inter viuos appellamus, quæ non omnino* cōparātur legatis, quæ si fuerit perfectæ, temere [b] reuocari non possunt. Perficiuntur autē, cum donator suā voluntatem [c] scriptis, aut sine scriptis manifestauerit [d]. Et ad exemplum venditionis [e] nostra cōstitutio [f] eas etiā in se habere necessitatē traditionis voluit; vt etiam si non tradantur [g], habeant plenissimū & perfectum robur, & traditionis necessitas [h] incumbat donatori. Et cùm retrò principum [i] dispositiones insinuari eas, actis interuenientibus, volebant, si maiores fuerant ducentorum solidorū, constitutio [k] nostra eā quantitatem vsque

*omni non.

¶ f Constitutio. Vt C.de do.l.si quis argentum.§.fi.

¶ g Etiam si non tradantur. i. Si tradere nolit donator.

¶ h Necessitas. Per conditionē ex lege, quæ stricti iuris est. ff. eo. de dona. l.eū qui.& C.eo.l.si quis argentū.§.fi.

¶ i Retro principum. s. eorum qui ante nos fuerūt: ex nostra etiam pat[illegible] vt C.eo.de dona.l.sancimus.in fi.

¶ k Constitutio. Vt C.eod.l.penult. in fin.

¶ a In-

a Insinuatione. i. scriptura facta in præsentia publicarum personarum, & in actis, vbi superfluum est testes adhiberi: cùm publica monumenta sufficiant: vt C. eodem. l. data. & l. in donationibus.

iurent se ibi bona fide expendere. Itẽ vt sacramẽto domini domus quæstio dirimatur: vt C. eo. l. pe. in fine.

¶ Sciendũ. CASVS. Aurelius fundũ dederat Lepido. posteà Lepidus iniuria illum atroci affecit, aut manus impias in eum intulit, aut ei necem intentauit. deniq; aliquo modo ingrat[us] fuit. quærò an Aurelius fundum reuocare possit? potest. Cor. Vibu.

ADDITIO. Insinuatio donationum apud Magistrũ census fiebat Cõstantinopoli. Erat aũt Magister census apud quẽ cẽsib[us] tributisve obnoxij ꝓfitebantur bona sua, & in cẽsũ referebãt: qui magistrat[us] in ꝓuinciis Cẽsitores dicebantur, l. j. C. de cẽt. l. cẽsualis. C. de do. E. B.

¶ b Inuenit. s. nostra constitutio: vt si donetur in redẽptionẽ captiuorum, vel à magistro militũ donetur militib[us]: vel in refectionem domus donetur alicui: vt C. eo. l. pe. Idẽ & si donet Imp. vel ei donetur: vt in auth. de nõ alie. § si verò minus. & in auth. vt nõ fiant. pig. §. quia igitur. Idem in donatione propter nuptias: vt in authẽ. vt spon. largit. in prin. Idem in remissione vsurarum futuri temporis: vt ff. eod. l. Modestinus.

ADDITIO. Idem in donatione facta pro bene meritis. l. Atrilius. ff. eodem. dummodo appareant. & eis proportionentur: secundum doctores.

¶ c Minimè desiderãt. Licet quingentorum solidorum summam excedant.

¶ d Alia. Veluti, ne plures donationes diuersis tẽporibus factæ coacernentur: vt C. eod. l. sancimus. §. si quis autem. Item vt ii qui pecuniam recipiunt in redemptionem captiuorum,

ad quingentos solidos ampliauit: quã stare, etiã sine insinuatione [a], statuit. Sed* & quasdã donationes inuenit [b], quæ penitus insinuationẽ fieri minimè [c] desiderant: sed in se plenissimam habẽt firmitatem. Alia [d] insuper multa ad vberiorem exitũ donationũ inuenimus, quæ omnia ex nostris constitutionibus, quas super his exposuimus, colligenda sunt.

*abest.

¶ *Donatio inter viuos etiam perfectæ, ex aliquibus causis reuocari potest. Aret.*

Sciendum est tamen*, quòd & si plenissimæ sint donationes: si tamen ingrati existant homines, in quos beneficium collatum est; donatoribus per nostram cõstitutionem [e] licentiã præstitimus, certis ex causis [f] eas reuocare: ne illi, qui suas res in alios cõtulerint, ab his quandam patiantur iniuriam, vel iacturam, secundum enumeratos in constitutione nostra modos.

*autem

Donationes inter viuos certis ex causis reuocantur.

¶ *Propter nuptias donatio (quæ olim ante nuptias dicebatur) non solùm, contracto matrimonio, augeri potest, sed etiam constitui, &*

¶ Est & aliud genus inter viuos donationis*, quod veteribus quidem prudentibus penitus erat incognitum: posteà autem à iunioribus diuis principibus intro-

*donationum

¶ e Cõstitutionem. vt C. de reuo. do. l. fi.

¶ f Ex causis. Quinque. s. vt si atroces iniurias in eũ effundat: vel impias manus inferat, vel graue damnũ in bonis, vel vitæ periculum intulit: vel si legi dictæ in donando non paruerit: vt C. de reuoc. dona. l. fin. Sed donatio liberto facta, solo obsequio nõ præstito reuocatur. aliud in libertate: vt C. de reuoc. do. l. j. & de liber. cau. l. solo. Est & hîc argu. ꝓ domino. vt his causis possit reuocare feudum: sic in auth. vt lib. decæ. §. illud verò. & ff. de lib. agno. & alie. à paren. & c. l. alimenta.

¶ Est & aliud. CASVS. Isaacus Rebeccæ, quam ducturus est in vxorem, fundum aliquem dare cupit. quæro quomodo id facere tutò debeat? Potest, ait, & ante nuptias, & contractis nuptiis eam donationem facere: potest & ante nuptias factam, cõtractis nuptiis, augere. Quomodo vocatur hæc donatio? Propter nuptias. Dos autẽ datur à muliere. Donatio propter nuptias, à viro. Cor. Vib.

ductũ[a] est, qđ ante nuptias vocabatᷓ, & tacitã in se cõditionẽ habebat[b], vt tũc ratũ esset* cũ matrimoniũ esset insecutũ[c]. Ideóq; ante nuptias appellabatur, ꝙ[d] ante matrimoniũ efficiebatur: & nũquã post nuptias celebratas, talis donatio procedebat. Sed primus quidẽ diuus Iustin⁹, pater noster[e] cũ augeri[f] dotes & post nuptias fuerat[g] ꝑmissũ, si q̃d tale[h] eueniret, & * ante nuptias augeri donationẽ, & * cõstante matrimonio sua cõstitutione ꝑmisit[i]: sed tũ nomẽ incõueniẽs remanebat: cũ ante nuptias q̃dẽ vocabatur, post nuptias aũt tale accipiebat incrementũ. Sed nos plenissimo finit radere sãctiones cupiẽtes, & consequẽtia[k] noĩa rebus esse studẽtes, cõstituim⁹[l] vt tales donationes nõ augeanᷓ tãtũ, sed etiã, constãte matrimonio initiũ accipiãt. & nõ ante nuptias, sed ꝓpter nuptias vocẽtur, & dotibus ĩ hoc exequẽtur[m], vt queadmodũ dotes cõstante matrimonio non solũ augẽtur, sed etiã fiũt: ita & istæ donationes, quæ ꝓpter nuptias ĩtroductæ sũt, nõ solũ antecedãt matrimoniũ, sed eo etiã contracto[n] augeãᷓ, & cõstituãtur.

¶ *Hodie si vnus ex dominis manumisit seruum com-*

¶ a Introductum. vt C. de donat. ante nupt. per totum tit.

ADDITIO. Iuniores autem principes appellat, Aurelium, Diocletianũ, & Maximianum. Aemyl. Fer.

¶ b Habebat. & hodie habet, si fiat donatio prius, nã & postea fieri põt: vt ĩ. e. §. sed tamẽ.

*fuerit.

¶ c Insecutũ. De iure & de facto.

¶ d Quòd. id est, Quia.

¶ e Pater noster. Sic ĩ. quib⁹ non est permiss. face. testamen. §. cæcus.

ADDITIO. Patrem vocat, adoptiuũ significans. nã re vera fuit eiusdem Iustiniani ex sorore nepos.

¶ f Cũ augeri. i. cùm hoc non esset. Accurs.

*euenerit etiã.

¶ g Fuerat. etiã ante se.

*abest.

¶ h Tale. Puta, q̃a augeaᷓ dos.

¶ i Permisit. s. diuus Iustinus: vt C. de don. ante nupt. l. pen.

¶ k Et cõsequẽtia. Aliàs conuenientia. sic. C. de episc. & cler. l. decernimus. in fi. gl. fi. & in summario, & de offi. Præfec. vrb. l. j. in fi. & de defen. ciuit. l. defensores. arg. contra. C. de const. pec. l. ij. §. pen. & ff. de adi. leg. l. iij. §. conditio.

¶ l Cõstituim⁹. C. de do. ante nup. l. fi.

¶ m Exæquentur, si de nouo fiat donatio, vel dos post matrimoniũ, vel vetus augeaᷓ, est æqualitas: vt C. de don. ante nup. l. fin. §. si igitur dote. Si ante matrimonium, poterat esse inæqualitas: vt C. de pact. conuen. l. ex morte. in prin. Sed hodie æqualitas est ante, & post in constituendo, & in pactis lucrorũ: vt quãtum dat vxor in dotem, tantum det in donatione propter nuptias maritus. & sicut hic fit dominus dotis, sic illa donationis propter nuptias: vsumfructum tamen habeat maritus, ne accidat matrimonii oneribus dotem non seruire. Nã æquitas suggerit, ꝙ dos debeat esse ibi, vbi sunt onera matrimonii: vt ff. de iur. dot. l. dotis fructus. & l. plerũq;. §. si serui. cùm tãtundẽ reddatur vxori: ex qua donatione cõsulitur mulieri soluto matrimonio, si res dotales non existãt, & quia non potuit eas alienare maritus, etiã ea cõsentiente: vt ĩ. tit. prox. in prin. licet alias iuri hypothecæ possit renũtiare: vt C. ad Vell. l. etiã. & l. iubemus. & in auth. siue à me. eo. ti. C. Et sicut dos vxori, sic & talis donatio, iure redditᷓ viro, soluto matrimonio, cùm sit æqualitas: vt in auth. de æqual. dot. §. j. [Potest tamẽ mulier retinere, donec soluta sibi sit dos, nec dominiũ retrò transfertur, aut hypotheca perditur: quia non tantùm datur propter lucra nuptialia, sed pro maiori securitate dotis, secundũ Ang. hîc. Sylu.] Est & sponsalitia largitas, quãdo sponsus sponsę per verba de futuro, vel ècõtra donat purè, nõ respectu dotis, quæ similiter conditionem matrimonii habet: vt C. de don. ante nup. l. cùm veterũ. & l. si à sponso. Acc.

ADDITIO. Tu dic quòd aliquando fit ex mera liberalitate, hoc expresso, quòd nullo casu repeti possit. & habet locum l. si mater. C. de don. ante nupt. aliquando fit simpliciter nullo expresso: & tunc olim præsumebatur ex mera liberalitate, & erat irreuocabilis. l. ij. l. si filiæ. & l. si tibi. C. eod. hodie verò ob causam futuri matrimonii. l. cùm veterum. eod. tit.

¶ n Sed eo etiam contracto. Hodie

hoc corrigitur in auth. de æqual. do.

e Erat olim. CASVS Sosia seruus erat cõmunis Vatinii, & Ligurii. Ei Vatini⁹ libertatē dedit, quaten⁹ ad se pertinebat. Quæro sosia fiétne semiliber, aut plenè liber? Olim, inquit, inhumaniter pars Vatinii Ligurio accrescebat, atque accidebat: Imperator verò constituit, vt Ligurus cogatur seruū illum vendere, & eo pretio, quod in suā lege constituit Cor. Vib.

*Ante hunc §. prænotādū titulum de manumissionib. docet Aretus ex vet. exēplari.

¶ Nota quod fauore libertatis cogitur q́s vendere rē suā. Itē, q laudanda est humanitas. Itē, quòd inuidia remouenda est. Syluester Ald.

a Exemplo. Sic C. de probatio. l. exemplo.

b Nostrā constitutionē. C. de cõmuni ser. manumis. l. j. §. ne autē. & §. finautem socius.

c Cuius. scilicet libertatis.

d Cõmunes. s. vt libertates p leg. Falc. non minuātur. Item vbi nõ valet testamentū, libertates non reuocantur. ff. de inoffic. testamē. l. Papiiian⁹. §. sed an & libertates. & §. fi. Idē & ff. de fideicõ. libe. l. generaliter. §. si quis seruo.

*accedere. Libertatis fauor in quibus consistit.

e Definiuimus. C. de commu. ser. man. l. j. §. ne aū tem. & §. finautem socius.

f Accipiente. Vel eo deposito. vt C. de cõmu. ser. manu. l. j. §. ne autē. & §. finautē socius. Et not. q cõpellitur q́s vēdere, quod est speciale cõtra reg. vt C. de cõtrah. emp. l. inuitū. & C. de iure delib. l. nec emere. quod plenè no. in authen. de fideius. §. pen.

Vendere quis cõpellitur aliquando

[illegible], seruus efficitur liber: & socius cõseruatur indēnis, dato sibi pretio partis suæ h. d. Aret.

¶ Erat* olim & alius modus ciuilis acquisitionis p ius adcrescendi; quod est tale. Si cõmunem seruū habens aliquis cū Titio, solus libertatē ei imposuerit, vel vindicta, vel testamento: eo casu pars eius amittebatur, & socio adcrescebat.

¶ Sed cū pessimū fuerat exemplo[a], & libertate seruū defraudari, & ex ea humanioribus quidam dominis damnum inferri; sæuioribus autem dominis lucrū adcrescere, *hoc quasi inuidia plenū, pio remedio per nostram constitutionem [b] mederi necessariū duximus.

*liberalitatem.

¶ *Habes casum in quo contra iuris [illegible] quis inuitus rē suā [illegible].*

¶ Et inuenimus viā, per quā & manumissor, & socius eius & q libertatem accepit, nostro beneficio fruātur: libertate cū effectu procedēte (cui⁹ [c] fauore antiquos legū latores multa etiā cõtra cõmunes [d] regulas statuisse manifestum est) & eo, q eā libertatē* imposuit, suæ liberalitatis stabilitate gaudēte: & socio indēni cõseruato, pretiúmque serui, secū dū partē dominii, quod nos definiuimus; [e] accipiente [f].

TIT. VIII.

QVIBVS alienare licet, vel non.

¶ *Etiā vxoris accedēte cõsensu, fundi dotalis alienatio & obligatio viro (quāuis ciuili iure dotis dominus sit) interdicta est.*

Accidit aliquando, vt qui dominus rei sit, aliena-

QVIBVS alienare licet, vel nõ.

¶ Expositis modis acquirendi dominij rerum singularū, inter quos frequētissimus est, q per traditionē rei propriæ dominiū eius in aliū trāsfert: quoniā ea regula traditionis, exceptionibus quibusdā iure singulari corrigitur, eas sub hoc titulo subiecit.

Accidit. Totus iste titulus diuiditur in tres partes. Primò; quando dominus nõ potest alienare res suas. Secundò ècõtra; quando nõ dominus alienat. Tertiò redit ad primum casum; Secunda ibi; Contra autem. Tertia ibi. Nūc autem admouendi. Vel diuide subtilius. Primò, quandō prohibetur alienatio propter rem, quæ est inalienabilis. Secundò; quando permittitur ex pactione, vel propter publicam vtilitatem. Tertiò, quando prohibetur ratione personæ alienantis, vel ratione personæ in quam fit alienatio: quià pupillus est.

CASUS. M.Cicero Terentiã in matrimonio habuit.ex eáq; Formianum fundũ nomine dotis accepit. Quæro an Cicero hũc fundũ aut alienare, aut pignori dare, consentiente Terentia possit? Non potest, ait, quacunque terrarum imperium nostrum extenditur. Cor.Vib.

¶ Not. ꝙ regulariter dominus põt alienare. Itẽ, ꝙ res dotales vel quasi ꝓhibentur alienari: etiã volente vxore. Itẽ not. dispositionẽ legis Iuliæ, quæ approbatur in his, quę directò disponit: in his verò quæ à cõtrario sensu colligi poterãt ex ea, corrigitur. Itẽ, qđ lex Iulia facili⁹ permittebat fundũ alienari, ꝙ̃ obligari. posset fortè ipsius ratio colligi ex tex. in l. si pupillorũ. §. si Prætor. ff. eo. Itẽ not. fragilitatẽ sexus mulierũ. Syl.

* quam tulit D. Augustus.

re non possit, & cõtrà, qui dominus non sit, alienandæ rei potestatem habeat. Nam dotale prædium [a] maritus, inuita muliere[b], per legẽ Iuliã* prohibetur[c] alienare[d]: quãuis ipsi' sit[e], dotis causa ei datum: quod nos, legem Iuliam corrigentes[f], in meliorem statum deduximus[g]. Cùm enim lex[h] in solis tantummodo rebus locum habebat, quæ Italicæ[i] fuerant, & alienationes inhibebat, quæ, inuita muliere[k], fiebant: hypothecas autem earum rerũ, etiam volente ea[l]: vtrique[m] remediũ imposuimus, vt etiã in eas res, quæ in prouinciali solo positæ sunt, interdicta[n] sit alienatio vel obligatio: vt*

¶ a Dotale prædiũ. s. inæstimatũ: vt C. de rei vxo. actio. l. vnic. §. & cùm lex. versic. in fundo autẽ. Aliàs si æstimatũ esset, posset alienari, nisi æstimatio fiat, vt sciat quãtũ valet: vt C. de iure dot. l. quoties. & l. si inter virum. & de fund. dota. l. j. Et dic dotale, vel quasi: vt ff. de fund. dota. l. iij. & iiij. Quid, si res mobilis est? Respon. potest alienari, si maritus est soluendo. C. de ser. pign. da. ma. l. j. facit l. si ex lapidicinis. ff. de iu. dot. Accur.

ADDITIO. Sed iure canonico indistinctè valet alienatio vxore consentientę, & iurante. c. licet mulieres. de iureiuran. lib. vj. nisi prius iurasset se nunquam tali alienationi faciendæ velle consentire.

¶ b Inuita muliere. Ergo ea volente poterat, vt innuit, quod corrigitur statim.

¶ c Prohibetur. Nisi prouocetur ad diuisionem fundi dotalis. vt C. de fund. do. l. fin. Item nisi ex necessitate, vt C. de libe. caus. l. j. Item nisi cum vniuersitate, vt ff. de fund. do. l. j. Item nisi vertatur ad vtilitatem mulieris, vt ff. de iur. dot. l. fin.

¶ d Alienare. Hoc largè accipias. siue dominiũ mutetur, siue ius aliis cõstituatur, vt C. de reb. alie. nõ alie. l. fi. & in auth. de nõ ale. §. alienationis. & ff. de fun. do. l. Iulianus.

¶ e Ipsius sit. s. de iuregentiũ, vt per traditionem: & ciuili, scilicet approbatione: secundum Ioan. Alii dicunt de iure ciuili, scilicet fictione, nõ iuregentiũ: vt C. de iur. do. l. in rebus. Sed quod ibi dicitur de iure naturali vxorem dominam esse, verum est primęuo iure, quo dicitur: Quicquid calcauerit pes tuus &c. non naturali. id est iure gentium, sed rerum domina dicitur, quo ad spem, & quantum ad hoc, vt ex eis sustentetur: sicut filii dicuntur domini rerũ paternarum: vt ĩ. de hęr. quali. & diff. §. sui. ver. sed sui quidẽ. & C. de furt. l. quãuis. & C. rer. amo. l. j. vel domina. est inspecto exitu. sicut filius dicitur dominus: vt ff. de lib. & posthu. l. in suis.

ADDITIO. Circa hoc dicas, quòd verum, & effectuale dominium habet maritus: sed fictum & interpretatum habet vxor, ex quo cũ viro viuit continuò, & præsumitur eadem persona.

Dotis. dominium an sit mariti, vel vxoris.

¶ f Corrigentes. In duobus capitulis, & in aliis non.

¶ g Deduximus. Vt C. de rei vxor. actio. l. vnica. §. & cùm lex.

¶ h Lex. scilicet Iulia.

¶ i Italicæ. i. in italicis prohibebat alienationem: & hoc erat primum eius vitium.

¶ k Inuita muliere. Sed ea volẽte cõcedebat, & hoc erat secundũ vitium.

¶ l Volẽte ea. similiter prohibebat.

¶ m Vtrique. scilicet vitio.

¶ n Interdicta. Quid si fiat? Respon. vendicat maritus, cõstante matrimonio, contra factum suum veniens, cũ fuerit contra legem: vt C. de agri. & cen. l. quemadmodũ. Circa fi. lib. xj.

& de

& de rei ven. l. doce. sed dissoluto eo mulier repetit: vt C. de iure do. l. in rebus. Idē in prælatio ecclesiæ alienāte rē ecclesię: q a pōt eā repetere prelatura durāte: vt ext. de reb. ecc. nō alie. c. si quis presbyterorum.

Aliens quādoque repetit, quod alienat.

¶ a Neque cōsentiētibus. Speciale vt suo fauori non possit renuntiare: q a etiā rei publicę interest: vt ff. sol. matri. l. j. sic ff. de pact. do. l. de die.

¶ b In perniciem. id est destructionem.

¶ c Conuertātur. Similia sūt, vbi etiā dominus nō alienat. vt C. ad legem Iul. ma. l. fi. & C. de hær. & Ma. l. Manichæos. §. pen. & C. de præd. decu. l. fi. lib. x. & j. eo. §. nūc admonēdi.

neutrū eorū, neq; cōsentiētibus [a] mulieribus, procedat: ne sexus muliebris fragilitas in perniciem [b] substantiæ earum, conuertatur [c] *.

*conuertatur.

¶ *Pignus non solum ex debitoris pactione à creditore distrahi potest, quanuis dominus non sit: sed etiam si nulla pactio de vendendo pignore interuenerit, modò à iure præscripta forma seruetur.*

¶ Contra [d] autem creditor pignus ex pactione, quanuis eius ea res non sit, alienare [e] potest. sed hoc forsitan ideo videtur fieri, quòd voluntate debitoris intelligitur pignus alienari: qui ab initio contractus pactus est, vt liceret creditori pignus vendere, si pecunia nō soluatur [f]. Sed ne creditores ius suum persequi impedirentur [g], neque debitores temerè [h] suarum rerum dominium amittere viderentur, nostra consti-

Domini, mulieri sūt, qui suas res alienare non possunt.

ADDITIO. Vnde versus, Cōiunx, ecclesia, furios⁹, mentéq; captus, Prodigus, atq; minor existēs sub patre nat⁹: Aduersus fidei, maiestatis reus: isti Res alienare proprias de iure vetantur. Prętracto debet sub iure decurio scribi. Aret.

¶ Contra autem. CASVS. Antonius pro mille aureis, quos Vatinio mutuo dedit, fundum eius pignori accepit: ea lege, vt nisi pecuniā intra annum dissolueretur. fundum ei vendere liceret. Quæro anno confecto, neque dissoluta pecunia, an liceat Antonio fundum Vatinii vendere, quum dominus eius non sit? licet. Quid verò si ea lex adscripta nō sit, nisi intra annum &c. Licebit etiam Iustiniani lege. cuius hæc summa est: vbi de vēdendo pignore non conuenit. appellandus est primùm debitor, vt soluat: q si deinde cessarit biennio, pign⁹ distrahi poterit. Si nō reperiat emptor, rursus admonebitur debitor. q si porrò cesset, creditor sibi ius dominii impetrabit. tametsi licebit adhuc intra biennium debitori recuperare rem ipsā, si creditori offerat totū debitū, cū eo quod eius interest à tēpore moræ. Hoc maluimus exponere, ne hiantē studiosi animū relinqueremus: quod Tribonianus præceptor barbarus, & imperitus fecerat. Cor. Vib.

¶ Not. casū in quo nō domin⁹ trāsfert dominiū. Itē q eo ipso qđ debitor noluit pignus, videtur dare licentiā vēdendi: Itē, q creditor nō est impediēdus ius suū persequi. Itē, q ex abrupto nō debet amitti res sua à domino debitore. Syl.

¶ d Contrà. id est. è contrario.

¶ e Alienare potest. Idē in iudice: vt ff. si ex noxali cau. agat. l. ij. & j. de offic. iud. in fi. Idē in flumine: vt ff. de acquir. rerū do. l. ergo. §. alluuio. Idem in Imperatore & Augusta: vt s. de vsuc. §. vlti. Idē in prælatis ecclesiarū: vt in auth. hoc ius porrectū. C. de sacrosanc. eccle. Idem in tutoribus, q dominorum locum obtinent: vt ff. de fur. l. interdum. §. qui tutelam. Idem in procuratore, qui habet liberam administrationē: vt s. de rer. di. §. nihil autē. Idē in seruis habentibus liberā peculii adminstrationē: vt ff. de pig. act. l. si cōuenerit. §. fin. & l. seq. Vnde vers. Prīceps Augusta, iudex ac officialis, Tutor, curator, procurator, fluuiúsque, Creditor, exactor, prælatus seruus habetur: Hi numero bis sex alienantes aliena. Accurs.

¶ f Non soluatur. s. Tēpore cōstituto. ADDITIO. Sed paccisci nō possunt vt creditor pign⁹ sibi loco debiti habeat. nā huiusmodi pactū legis cōmissoriæ in pignoribus reprobatum est, vt pote captiosum. l. fi. C. de pact. pig.

¶ g Impedirentur. vbi non esset pactio de pignore vendendo. Accur.

¶ h Temere. idest, nimis citò: vt s.

de do.§.aliæ autem.in prin.

a Constitutione.C.de iur. do.impe. l.fin.§.j.& ij.Accur.

b Certus mod⁹. Vt si actũ sit de vẽdẽdo iuxta cõuentionẽ vẽdere possit. Sed si nihil fuit dictũ de hoc nũtiabit semel, & tũc elapso bien nio vẽdet: vt C. de iur. do. imper.l.fi.§.j.& ij. Si autẽ dictum fuit, vt nõ vẽdatur. ter nunciabit, & tunc vendet: vt ff.de pig. actio. l. si conuenerit.

Cui beneficio renunciare non posset creditor: quia est contra publicam vtilitatem, secundũ Bartol.in d. l.si cõuenerit.Syl.

c Cuius.s.constitutionis.

Nũc admonẽdi. CASVS. Anni⁹ pupill⁹ sine tutoris auctoritate vestẽ vẽdidit Antonio. quæro an vestis fiat Antonii? minimè. Tutoris enim op⁹ est auctoritate. Quid si centũ aureos ei dedit mutuo? mutuũ nõ cõtrahitur, id est, non fit de meo tuũ quare si extent, vendicari poterunt, si bona fide consumpti sint, cõdici: si in mala fide, cogetur eos Antonius exhibere. Cor. Vib.

d Vllã rẽ. Neq; ratione proprietatis, neq; ratione possessionis, quę animo retinet, licet corporalẽ sine tutore perdere possit: vt ff.de acq. rer.do. l.pupill⁹.& de acq.poss.l.possessionẽ. [Ratio clara est: quia quæ meri facti sũt, põt sine tutore.l.quãuis.§.j. ff. de acq.poss.Syl.] Quid in adulto? Resp. si nõ habet curatorẽ, põt alienare, quæ seruãdo seruari nõ possũt. si habet curatorem, similis est prodigo: vt C. de in integ.resti.minor.l.si curatorem.

Dic quòd mobilia validè alienat: sed ex læsione restituitur, exceptis his, quę seruãdo seruari non possunt: in quibus ex simplici læsione, sed ex immodico tantùm damno, restituitur. In immobilibus nõ valet alienatio.nisi iuret.authen.sacramenta puberum.C.si aduers.vendit.Syl.

tutione [a] consultũ est, & certus modus [b] impositus est, per quem pignorum distractio possit procedere: cuius [c] tenore vtrique parti creditorum, & debitorũ, satis abundéque prouisum est.

¶ Nunc admonendi sumus, neq; pupillum, neque pupillam, vllam rem [d] sine tutoris auctoritate alienare posse [e], Ideóque si mutuam pecuniam sine tutoris auctoritate alicui dederit [f] * non contrahit obligationem [g]: quia pecuniam [h] non facit [i] accipientis: ideóque vendicari nummi possunt, sicubi extant. Sed si nummi, quos mutuò minor dederit; * ab eo, qui accepit, bona fide [k] consumpti [l] sunt, condici possunt [m]: si mala fi-

¶ Pupillo rerum suarum sine tutoris auctoritate interdicta est alienatio: ideo mutuo datas pecunias accipientis non facit, sed aut extantes vendicat, aut bona fide consumptas condicit, aut si mala fide absumptæ sint, de his exhibendis agit.

e Alienare posse. Sic s̃.de auct. tuto.in prĩ.ff.de sol.l.qd si fortè in fi.& l. pupillo. & ff.si cert. pet. l. non omnis.§.fina.

f Dederit. i. tradiderit, cùm dare sit accipiẽtis facere: vt j. de acti. §.sic itaque. si poneres propriè nõ haberet locũ, qd̃ sequit. ideóque vendicari,&c. *dedit.

g Obligationem.s.personalem ex mutuo.

h Quia pecuniã. Bona est ratio: vt j̃.quib. mod. re contra. obli. in prin. & ff. si cert. pet. l. ij.§.appellata. *dedit.

i Non facit. Quod est necesse: quia dicitur mutuum, qd̃ de meo fiat tuum: vt ff.si cert.pet.l.ij.

k Bona fide. Credẽs eũ maiorẽ: vt ff.p̃ empto. l.ij.§.si à pupillo.vel etiã errãs in iure: licet sit argumẽtum contrà: vt ff.pro emp.l.ij.§.si à pupillo.

Ratio diuersitatis est: qa ibi de vsucapiẽda pup.re,& sic de lucro tractabit: hîc secùs. Error em̃ iuris tũc nõ excusat: vt s̃.de vsucap.§.is ad quẽ.Syl.

l Cõsumpti. Quod fit expendendo, vel cum aliis immiscẽdo: vt s̃. de vsufru.§.cõstituit.& ff.de sol. l. si alieni.

ADDITIO. No.casũ, in quo cõualescit mutuũ: qd̃ ab initio non valuit.

m Condici possunt. s. condictione certi ex mutuo reconciliato per consumptionem: vt ff.si cer. pet.l.si. furioso. & l.sequ. Item stipulatione reconciliatur: vt C.si cer. pet.l. quãuis. Item vsucapione: vt ff. de iure do.l. Proculus.& no.j̃. quib.mo.re.cõtrah. obli.in princip.in verbo, tuum fiat.& Mutuũ triplici terreco[n]ciliatur

ineliud

de, ad exhibendū[a] de his agi potest.

¶ *Solutione debiti facta pupillo eiusve tutori, ita demum debitor plenissimā consequitur liberationem, si id iudicis interueniente decreto fieri contigerit. Quod si soli pupillo solutum sit, & pecuniam adhuc saluam habeat, aut locupletior ex ea sit factus, exceptionis ope liberatur: aliàs nō liberatur.*

¶ At ex cōtrario, oēs res pupillo, & pupille sine tutoris auctoritate rectè[b] dari possunt. Ideóque, si debitor pupillo soluat, necessaria est debitori tutoris auctoritas: alioqui nō liberabitur[c]. Sed hoc etiam euidentissima ratione statutum est in cōstitutione[d], quam ad Cæsariēses aduocatos ex suggestione Triboniani viri eminentissimi Quæstoris sacri nostri palatii promulgauimus, qua dispositum est, ita licere tutori, vel curatori debitorem[e] pupillarem soluere, vt priùs iudicialis sentētia[f] sine omni damno[g] celebrata, hoc permittat[h], quo subsecuto, si & iudex pronuntiauerit, & debitor soluerit, sequatur huiusmodi solutionem plenissima securitas[i]. Sin autem aliter,

melius in §.itē is.in verbo, mutuum.

¶ a Ad exhibendum. Quia tenetur, qui dolo fecit, quominus possit exhibere: vt C.ad exhib.l. ad exhibēdum. & sic iuratur in litem ex eo, quòd interest pupilli citius pecuniam redditā esse, vt ff.de in litē iur. l.in actionibus. & l.nummis.

¶ At ex contrario. CASVS. Horatius debebat Annio pupillo centū, quomodo poterit, eā pecuniā soluendo, facillimè, ac plenissimè ex Annii obligatione liberari? Si id, iudicis interueniēte sententia fiat. Quid verò, si soli pupillo persoluerit? Distinguo. Nā aut pupillus adhuc eā pecuniā habet, atque ex ea locupletior est factus: quo casu, si pupillus eā pecuniam iterum petat ab Horatio, dabitur quidem ei à Prętore actio, & iudex: sed simul dabitur ei iudici potestas cognoscendi, an non dolo malo pupillus egerit. Dolo autem malo egisse eum constabit, quum, quod petit, habeat. Sin autē pecunia temere consumpta sit, iudici ea potestas non dabitur: sed tantùm iubebitur condemnare Horatium, si appareat sine iudicis auctoritate solutam ei fuisse pecuniam. Cor. Vib.

¶ b Rectè. Vt res fiat accipientis: non vt debitor liberetur, & hoc sequitur.

¶ c Non liberabitur. s. debitor pupilli. Sed contra. ff.de sol. l.si stipulatus fuero. Respon. ibi pupillus erat adiectus: nec quicquam sibi debebatur cum ad solutionem tantùm ponatur: vt in eod tit. de sol. l. quod stipulatus. & l.qui res. §.at vbi.

¶ d Constitutione. Vt C. de admi. tuto. l.sancimus. la.j. & l.constitutionē.

ADDITIO. Cæsarienses autem dicit incolas eius vrbis Cappadociæ, quæ cùm antea Mazaca diceretur, pulso Antiochio Cæsaria ex Tyberio Cæs. nominata est: Euseb. & Plin. lib. vj. cap. iij.

¶ e Debitorem. Ex mutuo, vel simili causa, nō ex pensione vel reditu: vt C.de admi.tut. l.sancimus. & l.constitutionem.

ADDITIO. Tunc enim sine iudice plenissimā securitatem cōsequitur, dūmodo pēsio, nec duos annos nec centū florenorū summā excedat, secundum Ang.

¶ f Sententia. s. interlocutoria, quam præceptū vulgariter appellam': vt si dicat, Decerno, vel pręcipio tibi soluere, vel deponere: vt ff. de min. l.ait Prętor. §.q.d tamē.

¶ g Sine omni damno. vel sportularum, vel pretiorum tabellionū. [Hoc videtur expressum in l.in sacris. C.de proxim. sacro. scrin. lib. xij. Syl.] Sed nunquid debitor pro sua parte soluet? Resp. non: vt C.de fruct. & lit. expens. l.fin. & facit sic. C.de epis. aud. l.tam dementis. §.fi. & in auth. de sanct. epis. §. sportularū.

¶ h Permittat. Not. quòd tutor, & iudex necessarii sunt, secundum P. sed secundum nos, solus iudex sufficit: vt ff.de min. l.ait Prætor. §.quid tamen. & l.quòd si minor. in fin.

ADDITIO. Et hoc est verum in casu nostro, & in alienatione rerum mobilium: aliàs in alienatione immobilium opus est vtroque. Ang. Aret.

¶ i Securitas. Vt nec restitutio de-

tur: secùs in prædio alienato cum decreto: quia emptio ex voluntate, solutio de necessitate fit, vt ff. de minor. l. ait Prætor. §. quid tamen. & l. q̄ si minor. in fi. & C. de prædi. mi. l. si quidē.

Solutio fit de necessitate.

quàm disposuim*, solutio[a] facta fuerit, pecuniam autem saluã habeat pupillus, aut ex ea locupletior[b] sit, & adhuc eandem pecuniæ summam petat[c]: per exceptionem doli mali poterit submoueri. Quòd si malè cōsumpserit, aut furto, aut vi* amiserit: nihil proderit[d] debitori doli mali exceptio, sed nihilominùs condemnabitur[e]: quia temerè sine tutoris auctoritate, & non secundum nostram dispositionem soluerit[f].

*absunt à Th.

¶ a Solutio. Vt soli pupillo, vel adulto curatorem habēti, sine eo: vnde ipso iure non liberatur: vt infrà ibi, nihil proderit, &c.

¶ b Locupletior. Quod est, si non est factus pauperior: vt ff. de sol. l. in pupillo. ibi, nam hoc ipso quòd.

¶ c Petat. Et sic est de præda solicitus: vnde nō audietur, vt C. pro emp. l. eum, qui.

¶ d Nihil proderit. Apparet ergo, quod ipso iure non est liberatus: si autem cum auctoritate tutoris, ipso iure liberaretur: sed tunc restitueretur minor perdita pecunia, vt C. si aduer. sol. l. j.

¶ e Condemnabitur. s. ipso minore petente, vel alio suo nomine, non extraneo: vt ff. de solutio. l. filius.

¶ f Soluerit. Circa hanc diffusam materiam distingue, cum debitor pupillo soluit, aut consequitur plenam, aut pleniorem, aut plenissimam securitatem. Si soluat pupillo sine tutoris auctoritate, & pupillus habeat saluam pecuniam, vel ex ea locupletior est: liberatur non ipso iure, sed exceptione, nisi adultus esset sine curatore: vt hîc, & ff. de solutio. l. in pupillo. Si autem soluat tutore auctore, ipso iure liberatur, potest tamen in integrũ restitui, si non habeat rem saluam: vt C. si aduer. solutio. l. j. nisi in quatuor casibus: vt C. de administr. tutor. l. sancimus. & l. cōstitutionem. quod enim legitimè factum est, ex euentu retractari nō debet: vt C. ad senatusconsul. Trebellianum. l. sancimus. Plenissima est, si iudex interueniat cum tutore, vel sine eo: vt ff. de minorib. l. ait Pretor. §. quid tamen. Et de hac materia ibi plenè not.

¶ *Pupillus sine tutoris auctoritate non potest debitum creditori soluere. Aretin.*

¶ Sed ex diuerso, pupilli, vel pupillæ soluere sine tutoris auctoritate non possunt[g]: quia id, quod soluunt, non fit accipientis: cùm, scilicet, nulli* rei alienatio eis sine tutoris auctoritate cōcessa sit*.

¶ g Nō possunt. distingue, aut id, quod erat soluendum, nō poterat alienari sine decreto, quo casu decretum interponēdum est in soluendo: vt ff. de rebus eor. qui sub tute. l. magis. §. si pupillus. aliàs nō tenet, & potest vēdicari, quod solutum est, nisi cōsumpserit creditor: vt hîc, & ff. si certum petatur. l. non omnis. §. fin. Aut poterat, quo casu solus sufficit tutor vel curator, vel adultus non habens curatorem: nec restituuntur, cum non sint decepti. Si sine tutore soluerit, non liberatur, nec dominium transit, nisi per consumptionem, vt hîc: & ff. si certum petatur. l. omnis. §. finali. Et hoc quando debitum erat ciuile & naturale. Si autem naturale tantùm, per restitutionem poterit repetere, si legitimè soluit, aliàs suo iure condicet. vt ff. de condictio. indebit. l. interdum.

Pupilli an possint soluere.

*test.

TITVLVS IX.

PER QVAS personas nobis adquiritur.

¶ *Acquiritur nobis nō solùm per nosmetipsos, sed etiam per personas hîc descriptas. Aret.*

PER QVAS PERsonas, &c.

EST modus in rebus: sunt certi denique fines: Quos vltra citráque nequit consistere rectum. Nam licet multis modis acquirantur, vt à §. illo singulorum. de rer. diuis. vsque nūc traditum est: tamen certi sunt homines, per quos nobis acquiritur, & sunt sex. scilicet, per nos, per filios nostros,

nostros, per seruos, per alienos, in quibus vsumfruct.habemus: per alienos, quos bona fide possidemus: per liberũ hominem, quem bona fide possidemus. Est septimus.ſ.ille, in quo nudum vsum habemus. Est octau⁹ quandoq;, vt liber homo. i. ꝓcurator: de quibus hoc tit. dicit. Differt autẽ à quodam alio. ĩ. per quas person.nob.acqui. quia ibi de ob. acquirenda, hic de rebus tractatur. Accur.

ADDITIO. Dictum est s. de multis modis acquirendi dominia: nunc sequitur videre de personis, per quas dominia acquiruntur, secundum Por.

acqui.re.do.l.homo liber.in princ.& exigitur bona fides in principio possessionis, & continua in libero homine, quo ad aliquid acquirendũ per eũ, nõ in vsucapione, quia nõ vsucapitur, vt ff.de acq.rer. do.l.qui bona fide.§.j. & C.de lõg.temp.præſ. quę pro liber.l.sola. Sed in seruo sufficit, & quo ad vsucapionẽ, & quo ad fruct⁹, in initio bonã fidẽ habere: vt ff.de vsu. l.qui scit. §.vlt. & C.de vsucap. transſ. l.vn.§.cũ autẽ.versic.hoc tãtúmodo.Acc.

* Ex Gaio lib.2. Inst.tit. 9.

Acquiritur * nobis non solùm per nosmetipsos, sed etiam per eos, quos in potestate habemus [a]: itẽ per seruos in quibus vsumfructum [b] habemus. itẽ per homines liberos, & per * seruos alienos, quos bona fide [c], possidemus: de quibus singulis diligentiùs dispiciamus.

*abest.

¶ *Explosa veteri inhumanitate, hodie bonorum aduentitiorum filij, solus vsusfructus patri adquiritur: profecti- ... pro- ...*

¶ Igitur [d] liberi

Acquiritur. Iste titul. diuiditur in tres partes principales. Primò ponit, per quos nobis acquiratur. Secundò illud exequitur singulatim, & in specie. Tertiò facit præambulum transitus ad alios titulos & materias. Secunda ibi, Igitur liberi nostri. Tertia ibi, Hactenus.

¶ Casus positio est facilis, ideo vide per teipsum.

¶ a In potestate habemus. Vt infrà eod.§.j.& §.item nobis.

ADDITIO. Quidam legunt Vobis, vosmet, habetis, possidetis. Sed nos auctoritatem manuscripti libri Do. Germani Colladonij I.C. doctissimi, consuetudinem imperatoris, Theophili versionem, & Eguinarij Baronis iudiciũ secuti, ita emendauimus. quũ præsertim titulus cõsentiat. per quas perso.nobis acquir.

¶ b Vsumfructũ. Vt ĩ.e.§.de his. Quid, si nudũ vsum? Resp. ex re nostra acquiritur, non aũt ex opera: vt ff.de vsu.& hab.l.per seruum.& ĩ.per quas perso. nob.acq.ob.§.per eum quoque. in gl.

¶ Intellige ex opera exposita in re aliena: quia illa est in fructu, secùs in re vsuarij.l.plenum.§.ſi.eo.tit.Syl.

¶ c Bona fide. Vt infrà eo.§.idem placet. quæ bona fides in possidente, non in possesso requiritur: vt ff.de acquir. poss.l.cum hæredes.§.fin. & ff.de stipul.ser.l.si seruus ex testamento.& de ...

¶ Igitur. Diuiditur in tres partes. Nã primò ponit de acquisitione facta per liberos, & per quos, & quid acquiratur. Secundò quando per seruos nostros, & per quos, & quid adquiratur. Tertiò de acquisitione per liberam personam, an possit acquiri, & quid. Secunda ibi, Item vobis. Tertia ibi, Ex his. Item prima subdiuiditur in tres partes. Nam primò ponit ius antiquũ. Secundò rationem correctionis. Tertiò ponit suum statutum. Secũda ibi, Quod nobis. Tertia ibi, Sancitũ. Aret.

¶ Igitur. THEMA. Dixisti primo libro filiosfamilias in parentũ suorum esse potestate. quid ergo? si quid ab eis quæratur, cuius erit? Distinguó. Nam aut bona, quorum ope, & auxilio aliquid acquirunt, ex patre venerunt: & tunc, quod quæsitum est, patris fit plenè, id est siue proprietatem, siue vsumfructũ spectes. aut bona illa sunt aduentitia, veluti si quid filio legatũ est, aut donatum: & tunc rerum acquisitarum vsusfructus ad patrem pertinet: proprietas ad filium. Cor. Vibul.

¶ Not. inhumanitatem fugiendam. Item, quòd patri debitus honor seruãdus est. Item, quòd nemini fit iniuria, si res reuertitur, vnde profecta est. Item, quòd nemo debet ex alienis laboribus ditari. Item, quòd prospera fortuna debet cedere beneficio eius, cui fauere voluit. Sylue.

¶ d Igitur. Quia de singulis dicere vult, de filiis, vt de dignioribus, primò dicit.

nostri vtriusque sexus, quos in potestate habemus, olim [a] quidem quicquid ad eos perueniebat (exceptis videlicet, castrensibus peculiis [b]) hoc parentibus suis adquirebant sine vlla distinctione [c]. & hoc ita parentum fiebat, vt etiam esset eis licentia, quod per vnum, vel vnã eorum acquisitum esse, alii [d] filio, vel extraneo donare, vel vendere, vel quocunque modo voluerant* adplicare. Quòd nobis inhumanum visum est, &, generali constitutione [e] emissa, & liberis pepercimus, & parentibus honorem debitum reseruauimus. Sancitum etenim à nobis est, vt si quid ex re [f] patris ei [g] obueniat: hoc secundum antiquam obseruationem totum parenti adquiratur. Quæ enim inuidia est [h], quod ex patris occasione profectum est, hoc ad eum reuerti [i]? Quod * ex alia causa sibi filiusfamiliàs adquisiuit, huius vsumfructum [k] patri quidem adquirat: dominium autem apud eum remaneat: ne, quod ei suis laboribus, vel prospera for-

Peculiũ castrẽse, & quasi castrẽse.

*abest manu script.

*autem.

ADDITIO. Extra glos. facit. ff. de eden. l. argentarius. §. edi.

¶ a Olim. Antiquitatem primò recitat, & hoc ideo, vt nihil antiquitatis penitus ignoretur: vt j. tit. proxim. in prin. nã idquod tollitur, vel reformatur nõ debet esse incognitũ: vt C. de cad. tol. l. vnica. ĩ fi.

¶ b Castrẽsibus peculiis. Idẽ in quasi castrensibus, etiã iure veteri: vt ff. de colla. bon. l. j. §. nec castrense. nõ solùm iure nouo: vt C. de bo. quæ lib. l. cum oportet. §. exceptis. & §. eadẽ obseruando. Est autẽ castrense, quod filiusfamiliàs à quolibet in castris acq̃rit, nõ acquisiturus alias: vt ff. de castren. pec. l. si fortè. & l. castrẽse. Quasi castrense est, quod magistri liberaliũ artium medici, clerici, & aduocati de publico acquirunt. vt C. de inof. testa. l. fi. ad prin. & C. de epis. & cler. l. sacrosanctæ. & l. cum lege.

¶ Dic idem si non ex publico, sed particulariter à clientibus. glos. in l. fori. C. de aduoca. diuers. iud. Syl.

¶ c Sine vlla distinctione. Aduentitii, vel profectitii, proprietatis, vel vsusfructus.

¶ d Alii. s. fratri, quòd grauius esse videtur: vt C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. §. j.

¶ e Constitutione. vt C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. Accur.

¶ f Ex re. largè pone. i. propter rem, vt fructus ex rebus patris, vel occasione patris quocunque modo quęsita: vt ff. de incend. rui. naufrag. l. j. §. ij. & ff. de vsuris. l. in fideicommissi. §. cum Pollidius. & de vul. substi. l. sed si plures. §. in arrogato. & de castren. peculi. l. si fortè. & l. si castrense. nisi aliunde filius sit habiturus per se, vt ff. de iur. dot. l. v. §. si pater. Et sic ponitur ex re, id est, propter rem. ff. de acquir. hæred. l. aditio. in fin. Argu. contra. ff. de pecul. l. eo tempore. in fin. Argu. similiter cõtra. ff. de act. empt. l. Iulianus. §. si quid seruo.

ADDITIO. Solu. dictio ex, propriè, & strictè sumpta denotat immediatũ, vt ibi: secus, si largè, vt hic, Bald.

¶ g Ei. s. filio.

¶ h Inuidia est. scilicet, filio, qui acquisiuit.

¶ i Reuerti. Quasi dicat, nulla.

¶ k Vsumfructum. Quem habet in aduentitiis, nisi remiserit, vt C. de bo. quæ li. l. cum oportet. §. si autem res. Vel nisi ab aliquo sibi detur, vel relinquatur hoc pacto, vt ad patrẽ nõ pertineat vsusfructus: vt in auth. vt lic. mat. & auiæ. in princ. Vel nisi succedat filius vnà cum patre in hęreditate fratris, vel sororis: vt in auth. de hæred. ab intest. ve. §. si verò. Vel nisi seruus donetur filiofamiliàs eo pacto, vt manumittatur statim. vt C. de bon. quæ lib. l. vlti. ad fi. Vel nisi quãdo pater noluit consentire filio adeunti hæreditatem aliquam, vt C. de bonis quæ liber. l. vlti. ad fin. Vel nisi, parente minus legitimè diuertente bona filiis applicentur: vt in authen. vt nul. iudic. §. quia verò quædam. idem quãdo pater contraxit incestas nuptias, vt in authen. de incest. nupt. §. j.

¶ Adde quando relinquitur filio vsusfructus: quia seruitus seruitutis esse non potest. l. j. ff. de ser. leg. Alios casus vide. per Angel. hìc. Syl.

¶ a Pro-

tuna [a] accesserit, hoc in aliū perueniens, luctuosum ei procedat[b].

¶ *Pater filium emancipans dimidiā vsusfructus rerum aduentitiorum filij, praemium rationis causa consequitur: quae loco tertiae dominii, quem olim habebat, successit.*

¶ Hoc quoque[c] à nobis dispositum est[d], & in ea specie[e], vbi[f] parens emancipando liberos* suos, ex rebus, quae adquisitionē effugiebant[g]*, sibi tertiam partem retinere (si voluerat) licentiam ex anterioribus Constitutionibus[h] habebat, quasi pro pretio* quodamodo emancipationis. Et inhumanum quiddam accidebat, vt filius rerum suarum ex hac emācipatione dominio pro parte tertia * defraudaretur, & quod honoris ei ex emācipatione additum erat*, quòd sui iuris effectus esset, hoc per rerum deminutionem decresceret[i] *. Ideóque statuimus, vt parēs pro tertia parte dominii *, quam

* liberū suum.

* effugiunt.

* praemio.

* abest.

* est.

* decrescat.

* bonorum.

¶ a Prospera fortuna. Quid dicemus in dubio, vnde prouenerit? Resp. quidam ex bonis patris praesumitur habuisse, sicut quod vxor habet praesumitur ex bonis mariti: vt C. de don. inter vir. & vxor. l. etiā. & ff. de don. inter vir. & vx. l. Quintus. Nos contrà, & distingue, an filius sit diligens, vel diues, & pater inops, vel è cōtra: vt ex bonis diligentis (aliàs diuitis) quaesitum fingamus: vt C. arbi. tut. l. si defunctus. & ff. de haer. ven. l. vēditor ex haereditate. §. sed vbi haereditatem. ibi, pretiū enim hominis, &c. & ff. ad legem Falci. l. si haeres institutus. in princi. ¶ Dic clarius, quod praesumitur quaesitum in dubio ex propria industria, quando propria industria non haberet secum praesumptionem delicti. d. l. Quintus. Syl.

Peculiū est multiplex.

¶ b Procedat. Collige, peculiū aliud castrēse, aliud quasi castrēse, aliud rusticanum, siue paganum: quod diuiditur in profectitium, & aduentitiū: vt C. de inof. te. l. fi. in prin. de quibus omnibus dicitur in hoc titu. quid iuris sit, & C. de bo. quae lib. l. cum oportet.

¶ Hoc quoque. CASVS. Seruilius filium emancipat: quaero quid emancipatus patri suo acquiret? Ex rebus aduentitiis, quarum vsumfructum ad patrem pertinere dicebamus, quod erit quaesitum à filio, eius vsusfructus ex dimidia parte futurus est Seruilii. Vult enim Imperator hoc quasi pretium emancipationis esse. Cor. Vib.

¶ Not. summariū. Item not. speciem, pro casu & themate poni. Item quòd hic ponitur liber pro filio in singulari, quod rari est exempli. Item quòd honor est, esse sui iuris. Item, quòd honor non debet afferre incommodum

bursale. Syluest.

¶ c Hoc quoque. s. vt parentibus honorem seruemus, & filiis parcamus.

¶ d Dispositum est. C. de bon. quae lib. l. cum oportet. §. cum autem.

¶ e Specie. id est casu. Accur.

¶ f Vbi. In quo.

¶ g Quae acquisitionē effugiebant. i. patri nō acquirebantur, quātum ad proprietatem. Sed secundū quae tēpora locū habebat, quod hîc dicitur? Secūdum antiqua non: q. a sola castrensia, & quasi non, acquirebantur, de quibus nihil detinebat pater: vt C. de bo. quae lib. l. cùm oportet. §. j. secundū moderna verò non: quia nō erat adhuc statutum in aduentitiis, vt non acquirantur patri tempore huius legis antiquae, quae recitatur hîc. Resp. quatuor iura hîc successiuè considerari. Antiquissimum, quo sola castrensia, vel quasi non acquirebantur, vt s. §. j. Antiquū, vt tempore Constantini, quo res maternae & ex materna linea delatae, vt non acquirantur patri statutum est: vt C. de bo. mat. l. j. ij. & iij. Tertiū, quod hîc recitatur: vt pater emancipando filium de his maternis tertiam teneat pro praemio. Quartum, quo cauetur, vt omnia aduentitia acquirantur filiis, quantum ad proprietatem, patri quantū ad vsumfructum: ex quo corrigitur illud, quod iure antiquo cautum erat, vt hîc, & s. §. j. & C. de bon. quae lib. l. cùm oportet.

Pater secundum diuersa tēpora diuersa iura habuit in bonis filii.

¶ h Constitutionibus. scilicet, Constantini ante Iustinianum: vt recitatur C. de bon. quae lib. l. cum oportet. §. penult.

¶ i Decresceret. arg. contra. s. de leg. pat. tut. per totum. & C. de cad. tol. l. vnica. §. pro secundo. Accurs.

¶ a Dimidiam. Quam semper retinet, nisi expressè remittat: vt C. de bo. quę lib. l. cùm oportet. Accur.
ADDITIO. Dic quòd in peculio profectitio est necesse, quòd pater expressè retineat: aliàs donare videtur. l. donationes. §. pater. ff. de do. Et est ratio diuersitatis: quia profectitiũ pater potest adimere, & totum ex eius volũtate dependet: ideo ei non prouidit, sicut in aduentitio quod pater non potest adimere: cùm proprietas sit ipsius filij, secũdum Io. Fab.
¶ b Pro tertia. Id est, loco tertiæ, quam habebat olim in bonis maternis ratione proprietatis: habet hodie dimidiã vsusfructus in omnib° aduẽtitiis: vt C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. §. pen.
¶ Item nobis. M. Crassus ille Romanorum post Syllam ditissimus quamplurimos seruos habebat. Quidnam illi suo hero acquirebant? primùm, inquit, quæcunque ex iusta causa & idonea ad transferendum dominium seruis tradebantur. Crassi fiebant & inuiti, & ignorantis. Secundò legata, & hæreditates, si modò eas Crassi iussu adiissent, ne fortè cum onere ac debitis hæreditas aliqua obuenisset. Tertiò possessionem: adeò, vt si bona fide rem quæsierint, triennio rem mobilem, immobilem lõgo tempore vsucapiant. Cor. Vib.
¶ Not. regulam, quòd seruus quærit domino non solùm ex traditione, sed verbis etiam. Item non solùm dominiũ, sed etiã possessionem: quæ tamen est facti. Item, ꝙ seruus adire non potest, nõ præcedente iussu domini. Syl.
¶ c Stipulentur. Et ita obligationem domino quærit: vt Ï. per quas person. no. ob. acqui. circa princ.

retinere poterat, dimidiam[a] non dominii rerum, sed vsusfructus retineat. Ita etenim res intactæ apud filiũ remanebũt, & pater ampliore summa fruetur, pro tertia[b], dimidia potiturus.

¶ *Seruus adquirit domino, etiã ignoranti. Hæreditas verò sine iussu domini ab eo adiri non potest. Et tam proprietas, quàm possessio per eum domino adquiritur. Aretin.*

¶ Item nobis adquiritur, quod serui nostri ex traditione nãciscuntur: siue quid stipulentur[c] [siue* ex donatione, vel ex legato,] siue ex qualibet[d] alia causa acquirant. Hoc enim nobis ignorãtibus, & inuitis obuenit[e]. ipse enim seruus, qui in potestate alterius est, nihil suum[f] habere potest. Sed si hæres[g] institutus sit, non aliàs, nisi nostro iussu, hæreditatem adire potest. Et si nobis iubentibus adierit[h], nobis hæreditas acqui-

¶ d Ex qualibet. Vt per occupationem, vel specificationem: vel inuentionem: vt ff. de rer. diui. §. ferè. & §. cùm quis. & §. thesauros.
¶ e Inuitis obuenit. Sic ff. de acquir. rer. do. l. etiam inuitis. sic & ff. de verb. obli. l. seruus vetante. Argu. contra. ff. de don. l. hoc iure. §. nõ potest.
ADDITIO. Sol. duo sũt extrema in acquirẽdo, vnũ ab eo per quem nobis acquiritur: alterũ ex pſona nostra. quãtum ad pri°, nobis inuitis acqrit: quãtum ad nos contra. & l. hoc iure, & l. inuito. ff. de reg. iur. A. F.
¶ f Nihil suũ. s. ad suam vtilitatẽ: sed ad domini vtilitatẽ potest: vt Ï. de sti. ser. §. sed cum factũ: quæ est contra. imò etiã ad suã vtilitatem quandoq;: vt si dominus seruo legatũ relinquat: vt C. de necess. ser. l. quidã. §. illo. Resp. Illud de æquitate, non ratione dicitur: quia in alimẽta erat relictũ: vt C. de leg. l. seruis. & ff. de ali. & cib. leg. l. seruos. aliàs autem non tenetur hæres nisi velit.
ADDITIO. Quod facere debet de vrbanitate, si suam grauare nolit opi. vt ibi not. glos.
¶ g Sed si heres. Not. in hęreditate adeunda à seruo tria esse necessaria, quæ sunt iussus, vt hîc: & ꝙ præcedat: vt ff. de acq. hær. l. si quis mihi. §. iussum. & serui volũtas: vt C. de hær. insti. l. cum proponas. §. fi. in gl. pe. In Trebelliani ca restitutione seruo facienda solius domini sufficit volũtas. At in bonorũ possessione seruo delata seruũ consentire, & dominum velle, siue ante, siue post, oportet: vt ff. ad Treb. l. seruo inuito. & ff. rẽ rat. hab. l. pe. In legato nõ est opus iussione, cũ emolumẽtũ tãtũ contineat: vt ff. man. l. si hæreditatem.
¶ h Adierit. scilicet seruus.

Beneficiũ confertur in inuitum.

*inclusa hæc absunt.

Seruus an possit habere aliquid suum.

Hæreditas per seruum adiri nõ potest, nisi tria concurrant.

¶ a Per-

¶ a Perinde. Quandoque nō perinde: vt si filio meo substituā eos, quos hæredes mihi fecerim. Nam vocantur ex substit. q. per se, nō q. per seruos hæredes sūt: vt ff. de vul. & pupil. substitut. l. qui liberis. §. hæc verba. Itē alibi: vt ff. de lega. j. l. cū filio. §. deniq;. versi. ipsi verò. & versic. & ideo. Acc.

¶ b Acquiritur. Siue seruus tātùm: velit, siue domin⁹ tātùm: vt ff. de dona. causa mor. l. si. & de adi. legat. l. si seruo cum libertate.

¶ c Adepti fuerint. s. iustè. secundū quosdá. Vel aliter. quod dic, vt diximus s̃. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. §. j.

¶ d Videmur. Etiā ignorātes: vt ff. de acquir. poss. l. iij. §. salt⁹ ¶ Nō tamē inuiti, sicut in dominio. l. j. §. hæc quę de seruis. ff. de acq. pos. Syl.

¶ e Vsucapio. in reb⁹ peculiarib⁹ statim: in dominicis postquam dominus scit: vt ff. p so. l. ij. & de vsuc. l. Labeo.

¶ f Possessio. id est, præscriptio, quæ est effectus longæ possessionis: vt ff. de vsucap. l. iij.

*per eorū vsucapionē, vel lōgi temporis possessionē nobis acquiritur.

...ritur, perinde[a] acsi nos ipsi hæredes instituti essemus. Et conuenienter scilicet, nobis legatum per eos acquiritur[b]. Non solum autem proprietas per eos, quos in potestate habemus, nobis acquiritur: sed etiā possessio. Cuiuscunq; enim rei possessionem adepti fuerint[c], id nos possidere videmur[d]. Vnde*etiā per eos vsucapio[e], vel lōgi tēporis possessio[f] nobis accidit.

¶ De iis autē seruis, in quibus tantūmodo[g]* vsūfructū[h] habemus, ita placuit, vt quicquid ex re[i] nostra, vel ex operis* suis acquirāt, id nobis adiiciatur: quod verò extra eas causas cōsecuti* sunt, id ad dominū proprietatis[k] pertineat. Itaq; si is seruus hæres institutus sit, legatúmve quid[l] ei, aut donatum fuerit, non vsufructuario, sed dominò proprietatis acquiritur.

*tantū.

*operibus.

*persecuti.

¶ *[illegible] seruus, cuius vsumfructū habemus: item is quē bona fide possidemus, siue liber sit, siue seruus: si quid ex re nostra, vel suis operis nanciscatur, nobis acquirit: quod vero extra has causas assequitur, vero domino, aut ipsi libero homini quæritur.*

¶ *Liber homo, & seruus alienus bona fide possessus, acquirunt possessori ex re [illegible] & operis suis. Ex aliis verò causis liber homo acquirit sibi, & seruus domino suo. Et non tantùm per prædictos acquiritur nobis dominiū, sed etiam possessio. Accursius.*

¶ De iis autem. CASVS. Flaminius vsumfructū habebat serui cuiusdā Pāphili. Quot ille de causis Flaminio acquiret? duabus. Cedo, quib⁹? Ex re Flaminij, & ex operis suis: veluti, Cōmisit ei summā rei suæ familiaris, curā suarū possessionū, &c. vel Pāphilus faber erat, aut medicus, aut sutor. Quod igitur aut bene gerēdis heri negotiis, aut ex operis suis mercedis habebit, id erit Flaminij. q. d verò si hęreditatē, aut legatū, aut donationē, aut alia denique de causa, q̃ illis duabus aliquid quæsiuerit, cuius id futurum est? Proprietarij. Sequentem §. per se clarum ac dilucidum, magis perspicuum facere non possumus. C. Vib.

¶ g Tantūmodo. vt ff. de donat. causa mortis. l. vlt. & de adi. le. l. seruo.

¶ h Vsumfructum. De eo in quo vsum tantummodo habemus, dic, ex operis tantum non acquirit: quia operæ serui in fructu sunt: vt ff. de vsu & hab. l. per seruū. Acc.

¶ i Ex re. Expone. vt s̃. §. j.

¶ k Ad dominum proprietatis. Nisi contēplatione vsufructuarij sit institutus, vel aliud sibi datū fuerit: quo casu ex re eius. s. vsufructuarij sibi quæsitū esse videtur, vt ff. de vsufructu lega. l. sed & si q. d. non tamen vsufructuarij iussus sufficit ad adeundam hæreditatē: vt ff. de acquirend. hæreditate. l. aditio. §. præterea. Accursius.

ADDITIO. Sed adibit iussu domini qui fructuario restituet. & si nolit iubere, cogetur: vt no. eo. tit. de acq. hære. l. si quis mihi. in prin. & in gl. ij. & ff. de vsufr. leg. l. si serui. Ioan. Fab.

¶ l Quid. id est, aliquid.

¶ a Idem placet. S. Quo ad acquisitionem, vt statim sequitur nam in alio differt: vt j. eod. §. sed bonæ fidei.

¶ b Is liber. Hic dic, quod diximus §. eod. in princip.

¶ c Extra istas duas causas. Veluti, si fuerit hęres institut⁹, vel legatū fuerit ei aliquid, vel donatum.

Possessionem possessus non quærit.

¶ d Si liber est. præter possessionē quæ sibi, s. libero possesso quæri nō possit, cùm ipse ab alio possideatur, vt ff. ad legē Iuliā. de adul. l. sic euenit. Itē præter vsucapionē: quæ sibi nō quęritur sine possessione: vt ff. de acq. re. domi. l. homo. liber. §. quicquid. & ff. de vsucap. l. sine possessione. Sed in hæreditate p liberū hominē mihi quærēda sex sunt necessaria: quorū

Hæreditas non quæritur per hominē liberū bona fide possessū, nisi sex cōcurrant.

si q.d de fuerit non quæritur, s. vt mei contēplatione instituatur. Itē, vt sciat cōditionē suā institutus. Item ꝙ iussu meo adeat. Itē, ꝙ volens adeat. Itē ꝙ velit mihi quęrere. Item, ꝙ bona fide possideā. Bene dico, ꝙ oportet vt sciat conditionē suā. Nā ignarus suę cōditionis nulli acquirit, sibi enī nō, vt ff. de acq. hære. l. q. putat. §. q. bona fide. & l. vj. §. j. quia se obligari nō voluit. Item possessori non, si non interuenit iussus, vt ff. de acquir. hæred. l. si quis mihi bona. §. iussum. Itē & si interuenit: vt ff. de acq. hær. l. vj. §. Celsus. & §. j. nam seruili necessitate credit hoc fecisse: vt ff. de nego. gest. l. at qui. §. si libero. quare non potest acquirere, vt ff. de acqui. rer. do. l. homo liber. Si sciat conditionem suam: volens quærere mihi, quærit sibi: sed restituitur mihi possessori per cōdictionem sine causa, cuius intuitu fuit institutus, sicut volēs quęrere possessori, cuius intuitu fuit institutus, iussu, eius adeundo quærit: sed si nō eius contēplatione, nihil: vt ff. de acqui. rer. do. l. liber homo. & l. homo liber. in prin. Itē potest dici, ꝙ ignarus quærit sibi: vt ff. de acquir. hær. l. q. putat. §. de eo. cùm nō contēplatione possessionis instituatur, vt ff. de acquir. hær. l. qui in aliena. in fin.

¶ Idē placet[a], & de eo, qui à nobis bona fide possidetur, siue is liber[b] sit, siue alienus seruus. Quod enim placuit de vsufructuario, idem placet & de bonæ fidei possessore. Itaque quod extra istas duas causas[c] acquiritur, id vel adipsum pertinet, si liber est[d], vel ad dominum, si seruus est. Sed bonæ fidei possessor, cùm vsuceperit seruū (quia eo modo dominus fit[e]) ex omnibus causis per eum sibi acquirere potest. Fructuarius verò vsucapere* nō potest: primùm, quia non possidet[f], sed habet[g] ius vtendi fruendi. deinde quia scit[h] seruum alienum esse. Non solùm autem proprietas per eos seruos, in quib⁹ vsum fructum habemus, vel quos bona fide possidemus, aut per liberam personam, quæ bona fide nobis seruit, nobis acquiritur, sed etiā possessio. Loquimur autem in vtriusque[i] persona secundū distinctionē, *quam proximè[k] exposuim⁹: id est, si quam pos-

* seruū.

¶ e Dominus fit. Sic C. de pact. l. traditionibus. Accur.

¶ f Non possidet. scilicet ciuiliter, sed naturaliter: vt ff. de acq. pos. l. naturaliter. vnde vtile interdictū vnde vi sibi datur, vt ff. de vi, & vi arma. l. iij. §. vnde vi.

¶ g Sed habet. Sic ff. de acq. pos. l. j. §. per eum. sic. ff. qui satis. cog. l. sciē dum. §. ij. Acc.

*definitionem.

¶ h Quia scit. Vnde non vsucapit. cùm malā fidem habeat: vt suprà de vsufr. in prin.

¶ i In vtriusque. Nota de tribus, vtriusque dici. Vel melius dic, vtriusque, fructuarij, & bonæ fidei possessoris.

¶ k Proxime. Vt s. eodem. §. de his. & §. idem placet.

¶ Ex his itaque. THEMA. Nihílne ergo per extraneam personam acquirere possumus? nihil, nisi per procuratorem tantùm. Et quis est procurator? Procurator (vt ait Cicero pro Cæcina) dicitur, omnium rerum eius, qui in Italia non sit, absítne Reipub. causa, quasi quidam penè dominus, hoc est alieni iuris vicarius. Eius verò, qui præsens erat, dicebatur cognitor. nunc sublata est differentia. omnes enim alieni iuris vicarii dicuntur procuratores. Per eos igitur dominiū, possessio, & vsucapiēdi facultas nobis acquiritur. Cor. Vib.

¶ a Appel-

a Apparet. ſ. argu. à contrario ſenſu ſumpto. nam ſi tantùm per dictos homines acquiritur, ergo non per alios: vt ff. de offic. eius cui man. eſt iur. l. j. in princ. & ſuprà de tute. in princ.

Argumẽtũ à contrario ſenſu eſt in iure validũ.

b Acquiri. Fallit in tutore & curatore, & ſimilibus perſonis, vt dicemus ĩ. de inu. ſtip. §. ſi quis alij.

c Poſſeſſionem. C. de acq. poſ. l. j. & ff. de acq. poſ. l. poſſeſſio quoque. §. & ſi poſſeſſio.

d Cõſtitutionem. Quæ eſt C. per quas perſo. nob. acq. l. j.

Hæc gl. malè loquitur: quia illa lex non eſt Seueri: vnde debuit allegare l. j. C. de acquir. poſſ. Syl.

e Per hãc. Ita quod & per procuratorem nãque ſola poſſeſſio (cum res inanimata ſit) mihi nõ quæritur. nam & per traditionem res mihi quæritur, & poſſeſſio, ſed illa eadẽ. & per me acquiritur: vt ſ. de rer. di. §. per traditionẽ. & ſuprà. eod in princip. Alij dicũt, vt Azo per ſolam poſſeſſionem acquiri dominium: vt hic, & C. eod. l. j. Sed ibi nõ dicit ſimpliciter excepta poſſeſſione, ſed dicit excepta cauſa poſſeſſionis. id eſt, dominio, quod eſt cauſa poſſeſſio-

*paret.

ſeſſionem ex re noſtra, vel ex ſuis operis adepti fuerĩt.

¶ [illegible]

Ex his itaque apparet[a] *, per liberos homines, quos neque noſtro iuri ſubiectos habem⁹, neq; bona fide poſſidemus: item per alienos ſeruos, in quibus neque vſumfructum habemus, neque poſſeſſionem iuſtã: nulla ex cauſa nobis acquiri[b] poſſe. Et hoc eſt quod dicitur, per extraneã perſonã nihil acquiri poſſe: excepto eo, quod per liberam perſonã, veluti per procuratorem, placet nõ ſolùm ſcientibus, ſed & ignorantibus nobis acquiri poſſeſsionẽ[c], ſecundũ diui Seueri cõſtitutionem[d]: & per hanc[e] poſſeſſionem, etiã dominiũ, ſi dominus fuerit, qui tradidit: vel

vſucapionem, aut longi tẽporis præſcriptionem[f] *, ſi dominus non ſit.

¶ [illegible]

Hactenus* tãtiſper admonuiſſe[g] ſufficiat quẽadmodũ ſingulæ res nobis acquirãtur[h]. nã legatorũ ius[i] quo & ipſo ſingulę res nobis acquirũtur: itẽ fideicõmiſſorũ, vbi ſingulæ res nobis relinquũtur, opportunius inferiore loco referemus[k]. Videamus itaq; nũc, quibus modis per vniuerſitatẽ res nobis acquirantur. Si cui ergo hæredes[l] facti ſimus, ſiue cuius bonorũ[m] poſſeſſionẽ petierimus, vel ſi quem arrogauerimus[n], vel ſi cuius bona libertatũ cõſeruandarũ cauſa nobis addicta fuerint[o]: eius res oẽs ad nos trãſeũt. Ac prius de hæreditatibus diſpiciamus: quarum duplex conditio eſt: nam vel ex teſta-

nis, ſecunda poſt vſucapionem: vt ff. de vſucap. l. iij.

f Præſcriptionem. Vobis ſcientibus: vt C. de acqui. poſ. l. j.

Hactenus. SCHEMA. In hoc. §. dicit ſe à modis acquirẽdarum rerum ſingularũ, ad eos quibus per vniuerſitatẽ acquiruntur, traiicere. Per vniuerſitatem autem res nobis acquiruntur, quum vna acquiſitione omnia bona alicuius defuncti nobis acquiruntur. Cor. Vib.

g Admonuiſſe. ſ. de rer. diui. §. ſingulorum.

h Acquirãtur. Per vos, & alios vt in tit. iſto.

i Nam legatorum ius. Reſp. tacitę obiectioni, quæ fieri poſſet de ſingularibus acquiſitionibus legatorũ.

k Referem⁹. Vt ĩ. de leg. per totum. & ĩ. de ſing. reb. per fideic. relict. per totum.

l Hæredes. ſ. de iure ciuili: vt ĩ. de hæred. inſt. vſque ad tit. de bon. poſ.

m Bonorum poſſeſſionem. ſ. de iure prætorio: vt ĩ. de bon. poſ. per totũ tit.

n Arrogauerimus. ĩ. de acquiſitio. per arrog. per totum.

o Addicta fuerint. infrà de eo cui li. cauſa bona addit. per totum.

*poſſeſſionem, vt ſupra.

*ex Gaio lib. 2. tit. 2.

¶ a Ex testamento. De quibus vsque ad tertium librum dicetur.

DE TESTAMENTIS ordinandis.

mento[a], vel ab intestato ad nos pertinent. Et prius est, vt de iis dispiciamus, quæ ex testamento nobis obueniunt: qua in re necessarium est initium de ordinandis testamentis exponere.

¶ Iste titulus & sequentes continuantur per Imperatorem: vt s.tit.j.§.fin. dic vt ibi. Vel dicas sic, & familiarius. Dictum est s.in §.fi.tit. precedenti, ꝙ per vniuersitatē res nobis acquiruntur: & per hereditatem, & alios modos ibidem positos. Verum quia hæreditates quandoque deferuntur ex testamento, & quandoque ab intestato, ideo primò sequitur videre de testamentis.

T Estamentum. Totus iste tit. diuiditur principaliter in tres partes. Nam primò ponit siue deriuationem, siue etymologiā testamenti. Secūdò, de testamētis inscriptis tā de iure veteri, quàm de iure nouo. Tertiò de testamēto nūcupatiuo. Secūda ibi, Sed vt nihil. Tertia ibi, Sed illa quidē. Item secūda pars principalis subdiuiditur. Nam primò recitat ius antiquū, & multiplicē ordinationem testamentorū: & eorū nomina cum eorū correctione. Secūdò de sigillatione faciēda per testes. Tertiò qui testes possunt adhiberi, & qui repellātur in testamēto. Quartò ꝙ non refert, in qua materia testamentū scribatur. Quintò ponit vnum casum, ꝙ de vno testamento possunt fieri plures scripturæ. Secūda ibi, Possunt autem. Tertia ibi, Testes aūt. Quarta ibi, Nihil autē. Quinta ibi, Sed & vnū. Item hæc principaliter subdiuiditur in nouem partes. Primò ponit etymologiā vocabuli. Secūdò recitat duo genera testamētorum, quæ olim seruabantur. Tertiò recitat tertiū genus testamentorū, quod etiā iure ciuili fuit introductū. Quartò ponit duo genera testamētorū in desuetudinem abiisse. Quintò ponit qualiter tertiū genus partim desiit per desuetudinē. Sextò qualiter postea fiebāt testamenta de iure prætorio. Septimò qualiter in cōfectione testamentorū ius ciuile & prætoriū coniunctū est, & etiā constitutiones imperiales. Octauò magis declarat, quid est de iure ciuili, & quid de prætorio: & quid de iure constitutionū in formatione testamenti. Nonò qualiter per constitutiones Imperiales additum est, ꝙ testator scribat nomen hæredis. Secunda ibi, Sed vt. Tertia ibi, accessit. Quarta ibi, Sed illa. Quinta ibi, Quòd verò. Sexta ibi, Postea. Septima ibi, Sed cum paulatim. Octaua ibi, vt hoc. Nona ibi, Sed his omnibus.

TITVL. X.

DE TESTAMENTIS ordinandis.

¶ *Testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri voluit. l.j ff. de testam.*

T Estamentū* ex eo appellatur, quòd

CASVS. Quum de testamentis dicere incipias, rectū est à definitione exordiri. Quid est testamentū? Est testatio, id est declaratio per testes facta, mentis, id est volūtatis nostrę. At quęlibet actio adhibitis testibus facta, testamentū ergo diceretur. Addendum fuit ex Vlpiano, quod Tribonianus magister barbarus & indoctus prætermisit, De eo quod quis post mortē suā fieri velit. Sed éstne coniunctum hoc vocabulum ex Testatio, & Mens? minimè, nō magis, quàm Mutuum ex Meum & tuum. Sed ꝙ hęc vis est vocabulorum, quo melius eam intelligamus, Luserunt veteres in istiusmodi definitionibus: quas ad Grāmaticorū pręcepta dirigere, hominis esset superstitiosi. Cætera ab interpretibus explicanda sunt, neque nostrā operam recipiunt: nō magis, quàm in seq. §. C. Vib. ¶ Not. etymologiam testamenti. diffinitio autem ponitur in l.j.ff. eod. Item, quòd leges correctæ possunt allegari, vt cognoscamus, in quo fit correctio secuta: sicut & ratio legis correctæ allegari potest. gl. in verb. quicunque. in c. nouit. de iud. Item, quòd pace oriū, bello calamitates queruntur. l. vnic. C. de cad. tol. in prin. Item ibi, ad ius ciuile, not. ꝙ testamentum est de iure ciuili. Item, ibi, in vnam cōsonantiam, quòd iura iuribus concordari debent. Item ibi, adhibitis, quòd in testamento testes debent esse rogati.

*Ex Vlpiano tit.20.

gati. Item ibi, vno contextu, q̄ testamentū debet vno cōtextu fieri, & vno cōtextu testes in eo adhiberi. Item ex fine not. q̄ forma tradita à lege debet seruari. Item not. formā testamenti in scriptis. Itē potes notare secūdum Ang. quòd valet argumentū ab etymologia vocabuli. Item q̄ lex per non vsum tollitur. Item q̄ numerus septē testiū est de iure Prætorio. Item, quòd ex duob⁹ contrariis sit optimū temperamentum. Syl.

¶ Testamentum ex eo appellatur. Ponit etymologiā: vt dicitur lapis quasi lædens pedē, & argumentum quasi arguté inuentum: & sic mutuū: quod ex meo tuū sit: vt ff. si cer. pet. l. ij. §. appellata. & secundū hoc codicillus potest dici testamentū. Definitur autem sic: Testamentū est voluntatis nostræ iusta sentētia de eo, quod quis post mortem suā fieri voluit: vt ff. eo. l. j. & est addendum cum institutione hæredis: vt j. de leg. §. ante hæredis. quia sine hæredis institutione nullum dicitur testamentū: vt ff. de iure codi. l. fi. & j. de fideicom. hære. in princ.

Lapis vnde dicitur. Argumētum vnde dicitur.

ADDITIO. Vlpia. in epito. tit. xx. Testamentū, ait, est mentis nostræ iusta contestatio, in id solenniter facta, vt post mortē nostrā valeat. Gell. lib. vj. c. xij. ait Seruium Sulpi. scripsisse, compositū esse, ex mentis cōtestatione, in quo illi non tam Grammaticæ præcepta, aut nomē ipsum, quàm vim nomini attributā spectarunt: quod scilicet mens testatoris in testamētis dominetur, ex eáque pendeant: qua de causa diuersum à Testimonio nomen habere veteres voluerunt. Innumeræ sunt apud Varro, eiusdem generis etymologiæ, quæ ad Grammaticorum normam exigi non possunt.

¶ a Sed vt. C. de cadu. tollen. l. vnica. §: & cum triplici. argu. contra in eod. tit. de cadu. tollen. §. in primo itaque

testatio mentis sit. Sed vt[a] nihil antiquitatis penitus ignoretur: sciendū est, olim quidem duo genera testamentorum in vsu fuisse: quorum altero in pace, & otio vtebantur, quod calatis comitiis[b] appellabant: altero, cùm in præliū exituri essent[c] quod procinctum[d], dicebatur. Accessit[e] deinde tertiū genus testamentorum, quod dicebatur per æs, & libram[f], scilicet, quòd* per emancipationem, id est, imaginariā quandam venditionem[g] agebatur, quinque testibus, & libripende[h], ciuibus Romanis[i], puberibus[k] præsentibus, & eo, qui familiæ[l] emptor[m] dicebatur. Sed illa quidem priora duo genera testamētorum, ex veteribus tēpori-

* quia.

ordine. vbi pro non scriptis. Accur.

¶ b Calatis comitiis. id est, bonis initiis, vel bonis conuentibus. Calos enim bonū interpretatur, comitia sunt conuentus. Vel à Calo, quod est voco: quia vocatio personarū fiebat, vnde calendæ dictæ sunt.

Calē. Calēdæ. Comitia.

ADDITIO. Calata, vt calēdæ, à καλέω, id est, loco erāt quæ pro collegio Pontificum habebātur, quibúsque sacrorū detestatio, & testamēta fieri solebant: idq; in concione populi. Gell. libr. xv. c. xxvii.

¶ c Exituri essēt. De domib⁹.

¶ d Procinctū. Eo fortè q̄ succinctè fiebat. Et in his duobus testamentis hæres erat: vt infrà eod. §. sed neque.

ADDITIO. Imò q̄ olim togis induti decertabant: & cum ad pugnā vocabātur, aciésq; instrui iubebatur, togas præcingebant, itémque testamenta in procinctu faciebant. Gell. ibidem: & Plutarc. in Coriolano apertiús.

¶ e Accessit. similiter de iure ciuili.

¶ f Per æs, & libram. Proprium nomen testamenti.

¶ g Venditionem. Sic s. quib. mod. ius pa. pot. sol. §. præterea.

¶ h Libripende. id est, æstimatore, qui libripendebat, vel æstimabat familiam vno nummo: deinde emptor manumittebat totam familiam cum omnibus bonis.

¶ Adde quòd non manumittebatur: sed vendebatur familia æstimata hæredi futuro: vel si habebat filios, illi emancipabantur antiquo iure, vt declarat hic Ias. Syl.

¶ i Ciuibus Romanis. id est, liberis hominibus: vt s. de lib. §. fin.

¶ k Puberibus. §. quib. mod. tu. fin. in princip.

¶ l Familię. i. hereditatis: vt ff. de ver. sig. l. pronuntiatio. §. familiæ. Accurs.

¶ m Emptor. Qui erat loco hæredis: vt j § sed neque. Accur.

bus in desuetudinẽ abierunt. Quod verò per æs, & libram[a] fiebat, licet diutius permansérit: attamen partim[b] & hoc in vsu esse desiit. Sed prædicta[c] quidẽ nomina testamentorum ad ius ciuile[d] referebantur. Posteà[e] verò ex edicto Prætoris forma alia faciendorũ testamentorum introducta est. iure enim honorario[f] nulla emancipatio desiderabatur: sed septem testiũ signa sufficiebant: quũ iure ciuili signa testiũ non essent* necessaria.

¶ *Testamenti in scriptis solennitas partim iure ciuili, partim sacris constitutionibus, & Prætorio iure nititur, conficitur autem tale testamentũ testibus septem vno continenti actui adhibitis, & facto testamẽto subscribentibus, ac demũ illud suis sigillis munientibus*

Sed quum paulatim, tam ex vsu hominũ, quàm ex constitutionum emendationibus cœpit in vnam consonantiã ius ciuile, & prætoriũ iungi: constitutũ est, vt vno eodémque tempore (quod ius ciuile quodammodo[g] exigebat) septem testibus adhibitis, & subscriptione[h] testium (quod ex constitutionibus[i] inuentum est, & ex edicto Prætoris) signacula testamentis imponerentur ita, vt hoc ius tripertitũ esse videatur: &* testes quidem, & eorũ præsentia, vno contextu[k] testamenti celebrandi gratia, à iure ciuili descendant. Subscriptiones autem testatoris[l], & testium[m] ex sacrarum constitutionũ obseruatione adhibeantur. Signacula autem, & testium numerus, ex edicto Prætoris. Sed his omnibus à nostra constitutione propter testamentorum synceritatem, vt nulla fraus adhibeatur, hoc additum est, vt per manus* testatoris, vel testiũ nomen hæredis exprimatur: & omnia secundũ illius constitutionis tenorem[n] procedant.

¶ *Omnes testes possunt vno anulo proprio, vel alieno sigillare, h.d. Aret.*

¶ Possunt autem omnes testes & v-

¶ a Librã. s. adæquatã. i. æstimatã. rem. & dicitur libra, hereditas: quia sicut libra diuiditur in xij. vncias, ita & hæreditas: vt ĩ. de her. inst. §. hereditas. vnde dicitur adæquata libra. id est, hereditas æstimata.

¶ b Partim. Quia numerus testiũ remansit.

¶ c Sed prædicta. Aliàs præfata. & ita allegatum quãdoque inuenitur.

¶ d Ad ius ciuile. s. quia ius ciuile inuenit.

¶ e Postea. s. de media iuris prudentia.

¶ f Honoratio. i. prætorio: vt s. de iure natu. §. prætorium.

¶ g Quodãmodo. Quia cõputato libripende & emptore, septem erãt. Acc.

¶ Adde ꝙ hæc gl. communiter repræhenditur, quia emptor nõ erat in numero testiũ. §. sed neque. ĩ. eo. Item nec iure antiquo septẽ erãt: quia nũc à Prætore inuẽt⁹ est, vt hîc dicit, ibi, & testium numerus ex edicto Prætoris. Syl.

¶ h Subscriptione. Vt subscribant se testamẽto affuisse, & cuius sit: vt ff. eo. l. pen. & antepen.

¶ i Cõstitutionibus. Vt C. de testam. l. hac cõsultissima.

¶ k Vno contextu. id est, nullo actu interposito, nisi necessario naturæ: vt ff. eod. l. hæredes. in fin. & C. eo. l. cum antiquitas. Accur.

¶ l Testatoris. Si potest: vt C. eod. l. iubemus.

¶ m Testium. Si non potest testator scribere. Sed hodie indistinctè per alium scribere potest nomẽ heredis: vt in authen. vt spons. lar. §. quia verò.

¶ n Tenorem. Est autẽ tenor, si potest scribere, faciat: aliàs dicet coram testibus, & scribetur per aliquẽ vel per aliquos de eis, aliàs nõ valet, imò falsi pœna tabellio teneretur: vt C. eodem. l. iubemus in fin. Accursius.

ADDITIO.

Quod est verũ, quando solennitas non fuit obseruata, nec scripta in testamento: secus, si fuit obseruata, licet non scripta: vt l. si librarius. ff. de regu. iur. Angel.

¶ Possunt autẽ.

THEMA Quid ait in summa? Septem illi testes possunt & vno anulo & pluribus, & suo, & alieno

Marginal notes: *erant. *vt. *manũ

alieno signare. Cor. Vibul.

¶ Not. ꝙ si sint septem anuli vna sculptura, valet sigillatio. Itē, ꝙ valet argumentū à possibili. Itē, ꝙ valet argumētū de maiori ad min⁹. affirmatiuè. Sylue. Aldobr.

¶ a Anulo. s. habēte characteres, qui signatorius dicitur & sic est in eo sigillum: nō autem alio signo: vt ff. eo. l. ad testiū: §. signū. & de verb. sig. l. signatorius.

¶ b Testamentum. Vel etiam linteū, scilicet, quo inuolutum est testamentū: vt ff. eod. l. ad testium. §. fin.

¶ c Visum est. Hac ratione, & cum tribus, vel paucioribus, vel pluribus potest signari testamentum: arg. j. man. §. is qui exequitur. alii dicunt tantùm cū septem, vel vno debere signari.

no anulo [a] signare testamētū [b]. Quid enim, si septē anuli vna sculptura fuerint, secundū quod Papiniano * visum est [c]? Sed & alieno quoq; anulo licet signare testamētū.

* Pomponio.

¶ *Qui ex testamento capere potest, is testamentarius testis esse potest: sed personæ hîc enumeratæ, ... testamento testes adhiberi nequeunt.*

¶ Testes autē adhiberi possunt ii, cum quibus testamenti factio [d] est. Sed neq; mulier [e], neque impubes [f], neque seruus, neque furiosus [g], neque mutus [h], neq; surdus, neque is, cui bonis interdictum est [i], neque ii, quos leges iubent improbos, intestabilésque [k] esse possunt in numerum

¶ Testes autem. CASVS. Quæro, possúntne omnes promiscuè adhiberi, testes? non, sed ii duntaxat quos instituere hæredes possumus, aut qui ipsi nos hæredes instituere possunt. Quin imò ex iis quoque, qui institui possunt, nonnulli idonei non sunt testes vt mulier, impubes, seruus, furiosus, prodigus, &c. Sequens §. exponitur per casum, siue exemplum. Cor. Vib.

¶ Not. quòd mulier non potest esse testis in testamento, propter sexus fragilitatem. Item impubes, propter imbecillitatem ætatis. Seruus, quia testamētum est iuris ciuilis, quo iure serui pro nihilo habentur. Furiosus, quia non est mentis compos. Mutus, quia nō potest exprimere mentis côceptū. Surdus, quia non potest audire nomen hæredis. Is cui bonis est interdictū, quia similis est furioso. Item infamis ex legis prohibitione. Syl.

¶ d Testamenti factio. Passiuè accipe hîc, vt bona sit acceptio: sed neque mulier, &c. aliàs etiā accipitur actiuè: vt j. de hær. qual. & dif. §. testamenti.

¶ e Neque mulier. In aliis autē casib⁹

Mulier

omnibus recipitur, preterquā in testamentis: vt ff. eod. l. q. testamēto. §. mulier. [Adde hoc verū, nisi sit testamētū inter liberos, vel militis. glo. in auth. qđ sine. C. eo. Itē intestamēto ad pias causas, vt est cō munis opinio in l. j. C. de sacros. eccl. Syl.] Ratio est: vt C. de fideic. l. fi. & est timor falsitatis. Quid de hermaphrodito? Resp. si præualet in masculino sexu, recipit: vt ff. de statu ho. l. quæritur. & de testi. l. repetundarū. §. j.

vbi testis mulier potest, præterquā in testamentis.

Neque impubes. Quid de eo quod vidit in pupillari ætate? Respō. aliàs (id est, præterquā in testamēto) posset testificari, sicut & seruus: vt ff. de verbo. signifi. l. notionem. §. instrumentorū. & C. de heret. & Manichæ. l. quoniā. in fin. sed hîc non: quia faciunt ad substātiam testamenti: vt hîc dicitur.

¶ f Neque furiosus. Nisi habeat dilucida interualla: ff. eod. l. qui testamento. §. ne furiosus.

¶ Adde, & ꝙ tēpore actûs gesti & examinationis factæ non esset in furore: aliàs secùs. l. j. & ibi. not. ff. eod. Syl.

¶ g Neque mutus. Quid nihil loqui vel audire potest: vt j. qui test. fa. pos. §. item surdus.

ADDITIO. Etiam si talem morbum habeat à casu, & sit literatus, quanuis tunc possit testari, secundum Ioan. Fab. hîc.

¶ h Interdictum est. Vel à lege: vt quia cōmisit in legē Iuliam maiestatis, vt C. ad legē Iul. maiest. l. fi. Vel à iudice: vt ff. eo. l. is, cui. in fi. j. resp.

¶ i Intestabiléſque. Vt de crimine famoso damnatus, vel muliebria passus: vt ff. eod. l. is cui. §. fin. & l. cum lege. & ff. de testib. l. ob carmen. in principio.

ADDITIO. Testabilē Theophilus dici solitum ait, qui cū testamēto testis adhibitus fuisset, signū aut testi-

teſtium adhiberi.

¶ *Adnota, Communem errorem ius facere, & veritati præferri.*

¶ Sed cùm aliquis ex teſtibus teſtamẽti quidem faciẽdi tempore liber exiſtimabatur, poſteà autem ſeruus apparuit: tam diuus Hadrianus Catoni,* quã poſteà diui Seuerus, & Antoninꝰ reſcripſerunt, ſubuenire ſe ex ſua liberalitate [a] teſtamento: vt ſic habeatur* firmũ, *ac ſi vt oportebat,* factum eſſet: cùm eo tẽpore, quo teſtamentũ ſignaretur [b], omnium conſenſu [c] hic teſtis liberi loco fuerit: nec quiſquam eſſet, qui ſtatus ei quæſtionem moueret.

¶ *Poteſt in vno & eodem teſtamento eſſe teſtis pater cum filiis & fratribus, dummodo ſit alienum: ſecus autem ſi proprium vel dome*[illegible]

¶ Pater, necnon is, qui in poteſtate eius eſt, item duo fratres, qui in eiuſdẽ patris poteſtate ſunt, vtique* teſtes in vno teſtamẽto fieri poſſunt: quia nihil nocet, ex vna domo plures teſtes alieno [d],

*Catonio Vero.

Opinio præfertur veritati.

*haberetur.

*abeſt,

*oportet.

*Vtrique.

moniũ ſuũ denegauit. Quod ille ex iiſdẽ fõtibus, ex quibus alia Romanorũ inſtituta ſolet, hauſiſſe videtur. F. Hotomanꝰ à nobis ea de re interrogatꝰ, in Dionis lib. lvij. oſtendit hæc ipſius de Auguſto verba: ἀπεῖπε δὲ ὁ Τιβέριος τοῖς πυρὸς καὶ ὕδατος εἰρχθεῖσι μὴ διατίθεσθαι καὶ τοῦτο καὶ νῦν φυλάττεσθαι. id eſt, Tyberius vetuit, ne quibus aqua & igni interdictũ eſſet, teſtamẽtũ facerẽt, qđ etiã hodie obſeruatur.

¶ a Liberalitatẽ. Et ſic plus valet qđ eſt in opinione, q̃ qđ eſt in veritate. ſic ff. de ſupel. leg. l. iij. in fine. Argu. contra. j. de leg. §. ſi quis rem ſuam.

¶ Adde ꝙ ſolutio eſt: quia opinio erat vnius tãtùm, hîc omnium: quo caſu plus operatur veritas, ſicut etiã prefertur cõmunis error veritati, quãdo Reipub. intereſt, prout in caſu textus noſtri ꝓpter cõſeruationẽ teſtamẽti. l. vel negare. ff. quemad. teſta. aper. & propter validitatem actus, vel euitationẽ damni. l. iij. ad Maced. aliàs enim magis attenditur veritas. Syl.

¶ b Signaretur. Quidam hoc intelligunt generaliter verum: vt ſiue oſtendatur teſtamentum in ſcriptis cõdictum, ſiue nuncupatiuum, debeat ei credi: ſiue deſierint teſtes eſſe, ſiue non. & ſic ſe habet conſuetudo: vt argu. C. de edi. diui Adri. tol. l. fin. & C. de don. l. in donationibus. & arbit. tut. l. fin. Nos contrà. ſcilicet in nuncupatiuo de inre. & quod hîc dicitur, in teſtamento conditio in ſcriptis loquitur. [Adde hoc verũ in teſtamento in ſcriptis redacto per publicum tabellionem: aliàs enim quanuis eſſet in ſcriptis, omnino deberent recognoſci ſigna: ita hanc glo. intelligit Bart. in l. j. C. eo. Syl.] In nuncupatiuo enim ſi proferatur, non debet ei credi ſine teſtibus: cum in eis conſiſtat tantùm ſubſtantia teſtamẽti. [Adde quòd gloſ. cõmuniter reprobatur in l. hæredes palàm in princi. ff. eo. Syl.] Ipſum tamen valet, licet ꝓbatio deſiciat: vt ff. de teſta. tut. l. duo. Quid ſi ſeruus factꝰ eſt, vel infamis, & velit recognoſcere ſigillũ ſuum? Reſpond. non admittitur: vt ff. de Carbon. edi. l. Carbonianũ. §. duæ autem ſunt cauſæ.

¶ Adde quòd hæc gloſ. communiter repræhenditur: quia quando teſtis adhibetur ad ſolennitatẽ, conditio eius inſpicitur tẽpore, quo adhibetur, ſecũdum doc. in l. j. C. eo. Syl.

¶ c Omniũ cõſenſu. Nota errorẽ prodeſſe: vt ff. de ſup. l. iij. in fi. & C. de lat. lib. tol. l. vnic. §. ſed & ſi quis. & ff. de off. Præt. l. Barbarius. Et error cõmunis facit ius, vt patet his verſibus: Error cõmunis efficit, vt manifeſtat Teſtificãs ſeruus, qui liber creditur eſſe.

¶ Pater. CASVS. Marcellus teſtamẽtũ fecit. teſtes adhibuit Valeriũ eiúſque filiũ: aut duos fratres eiuſdẽ patris poteſtati ſubiectos. Quero num illud teſtamentũ valeat? Valet, inquit, quoniã alieno in teſtamẽto plures teſtes ex vna domo adhibiti, non incurrunt in ſuſpitionem. Cor. Vib.

¶ d Alieno. Alud ſi in ſuo: vt infrà proxi. §. & ff. de teſt. l. teſtis.

ADDITIO. Domeſticum teſtimonium eſt, eorũ demum, qui ſub eadem

pote-

potestate sunt, patria vel dominica: aut quorum alter sub alterius est potestate. Theophilus.

¶ Intestibus. CASVS. Lucretius testamentum fecit: in eo filium suum, quem in potestate habebat, testē adhibuit, valétne testamentum? minimè nam nec pater filio, nec cōtrà filius patri idoneus testis est: ne ob coniunctionem, atque vnitatem personarū mentiantur. Quid verò? Sulpitius veteranus miles erat, qui honestè ac fortiter obita militia missionē ab Imperatore acceperat. Is de rebus, quas in castris ac militia quę fuit, testatur: potéstne patrem, aut fratrem, qui subiectus patri sit, adhibere testē? minimè. Parentum enim & hic timetur imperium: & domesticum est testimonium, cui fides generaliter derogatur. Cor. Vibul.

Testamentarii testes esse nequeunt, qui in testatoris est potestate, & qui testatorem in potestate habet, item hæres scriptus, & qui in sacris eius sunt: qui ve eum habet in potestate, & fratres sub eisdem patriis nexibus existētes, quibus hæres.

¶ In testibus autē non debet esse is, qui in potestate testatoris est. Sed & si filiusfamiliàs de castrensi peculio post missionē [a] faciat testamentum: nec pater eius rectè adhibetur testis, nec is, qui in potestate eiusdem patris est. Reprobatum est enim ea in re [b] domesticum testimonium.

In testamēto nō potest esse testis hæres scriptus in eo, nec pater, nec filius in potestate, nec frater in eiusdē patris potestate. Aret.

¶ Sed neque hæres scriptus, neque is [c]* qui in potestate eius est, neque pater eius, qui eū habet in potestate, neque fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, testes adhiberi [d] possunt, quia hoc totum negotium, quod agitur testamenti ordinandi gratia, creditur hodie inter testatorem & hæredem agi [e]. Licet autem*

§. itē is. Itē seruientes siue dapiferi: vt ff. de pœnis. l. respiciendum. §. furta. ¶ Adde meliorem glo. in c. in literis. & in summa iij. q. v. quòd de testibus. & in summa iij. q. v. quòd illi dicūtur domestici, quib⁹ ratione patriæ vel dominicæ potestatis imperari potest: & omnes qui in domo habitant. Syl.

¶ Sed neque CASVS. Metellus testamētum fecit, in eó que hæredē Titiū scripsit. potéstne Titius ei testamēto adhiberi testis? non modo nō pōt, sed ne is quidē, quē in potestate habet, neque is cuius in potestate est, neque frater eius, qui in eiusdem potestate est. Et quum olim ab surdè permitteretur hæredi, eíq; qui in eius potestate esset testes esse, vetuit Imperator ne testes posthac adhiberentur. Duo sequ. §§. lumen interpretationis non desiderāt. Cor. Vib.

*abest.

¶ a Post missionem. Id est remissionem. aliud si antè: vt ff. eo. l. qui testamento. §. per contrariū. in glo. posse. ADDITIO. Et est ratio secundum gl. ibi, in verbo posse. q. a tūc testes neque rogati, neq; ad solēnizandū actū exiguntur: quamuis duo requirantur ad probandum veritatem. Angel.

¶ b In ea re. Idem & in aliis: vt C. de testib. l. ij. Sed quis est domesticus? Respondet. colonus & adscriptitius, vel similes: vt C. de his qui ad eccle. confu. l. fi. §. sanè enim si seruus. & C. de quæst. l. pridem. Item vxor marito, & ècontra: vt ff. de vsu, & habita.

¶ Not. q principale negotium testandi agitur inter hæredē & testantē, eáque ratione hæres à testimonio repellitur. Itém not. quòd leges correctæ non sunt scribendę in libro legū. Syl.

¶ c Neque is. Nota quòd his tribus modis dicitur quis contingere me per potestatem.

¶ d Adhiberi. Quia eorum, negotium est, cùm & lucrum & damnum ad eos pertineat. ff. quando appellan. sit. l. j. §. in propria. & verè eorum: quia, &c.

¶ e Agi. Cautè ponit agi, cùm sit generalissimum: vt ff. de verb. sign. l. Labeo. ij. in prin. & l. verba. habet enim se ad ius testandi, & contractus.

¶ a Cōturbatū. Nā olim hæres in duobus primis generib⁹ testamētorū poterat esse testis: in tertio verò ille, q erat loco hæredis, nō poterat esse testis, & sic erat turbatio iuriū, & ad ei⁹ similitudinē verus hæres hodie testis nō erit, vt sequitur.

probationem: vt C. de vete. iur. enucle. l. j. §. sed si. in fin. versi, omnia enim meritò. prima verior.

¶ h In potestate. Item tabellioni: vt ff. eo. l. Domitius. Accur.

totū ius tale conturbatum[a] fuerat: & veteres quidē* familiæ emptorē[b], & eos qui per potestatem ei cōiuncti fuerant, à* testamentariis testimoniis repellebant: hæredi[c] autem,* & iis, qui per potestatem ei coniūcti fuerāt, concedebant testimonia in testamentis præstare (licet ii, q id permittebant, hoc iure minime abuti[d] eos debere suadebant) tamen nos eam obseruationē corrigentes, & qđ ab illis suasum est, in legis necessitatē trāsferentes, ad imitationē pristini familiæ emptoris, meritò nec hæredi, q imaginē vetustissimi familiæ emptoris obtinet, neq; aliis personis, quæ ei (vt dictū est) coniūctæ sunt, licentia concedimus, sibi quodāmodo testimonia præstare: ideóque nec eiusmodi veteres cōstitutiones* nostro Codici inseripermisim⁹.

¶ *Cui legatū, aut particulare [illegible] ... mento fuit ... [illegible]*

¶ Legatariis[e] autem & fideicommissariis (quia non iuris[f] successores sunt) & aliis personis eis cōiunctis testimonium non denegamus: imò in quadam nostra constitutione[g], & hoc specialiter eis cōcessimus. Et multò magis iis, qui in eorum potestate sunt, vel qui eos habent in potestate[h], huismodi licentiam damus.

¶ *Testamentum*

*qui.

¶ b Familiæ emptorē. Dicit ille, q constituebatur hæres p æs & libram.

*abest.

¶ c Hæredi. Qui erat ex primis duob⁹ generib⁹ testamētorum.

*abest.

¶ d Abuti. Sic C. de cad. tol. l. vnic. §. j. & ff. si fa. furt. fec. dic. l. fi. & j. quibus ex cau. ma. non licet. §. j. Accur.

¶ e Legatariis. Discrepant hi iure veteri à fideicōmissariis, vt j. de fideic. hæ. §. prætereà. Sed hodie non: vt j. de leg. §. sed non vsque. quidam §. hunc intelligunt, quādo legatū fuit repetitum à succedentibus ab intestato, vt tūc non videatur ferre testimonium in testamēto iure: quia iuris successor est, qui in quota parte hæres institutus est. Accursius.

¶ f Non iuris. Sed rei, & sine onere: vt ff. manda. l. si hæreditatem.

ADDITIO. Per hoc patet secùs esse in fideicōmissario vniuersali: quia habetur loco hæredis. §. restituta. j. de fidei. hær. Ioan. Fab.

¶ g Constitutione. Græca, vel dic de illa, quæ est ff. eod. l. qui testamento. in prin. quæ est Iustiniani per ap-

¶ Declara hāc glo. vt per Io. de Pla. hîc. Syl.

¶ i Damus. C. de testi. l. omnibus. cōtrà. Sol. hîc agitur de virib⁹ testamēti inter hæredem, & alium agentem cōtra testamētum aliàs coniunctus pro coniuncto non feret testimonium, id est, vnus legatarius alii. Et secundū hoc falsò hîc sumitur arg. q socius in causa socii admittitur in testimonium. Vel dic hoc speciale, vt cōiunctus pro coniuncto admittatur qua si in re sua, fauore testamenti & vltimæ voluntatis, que debet dominari, si legitima est: vt C. de legat. l. cum quæstio. in fin. & erit bonum argu. j. dictum. Sed arg. contra est. C. de test. l. quoniam. in fin. Sed respondeo, finis illius legis nō refertur ad totū, qđ erat dictū. Distingue tamē, an lucrū redeat ad eū sociū. vt tūc nō admittatur: aliàs sic: vt ff. quando appel. sit. l. j. §. in ppria.

*veterē constitutionem.

¶ Adde quòd communis opinio est, quia non interrogatur directè super legato. sed in consequentiam, secundum glos. in d. l. in omnibus. quę communiter approbatur. Syl.

¶ [illegible]

¶ a In chartis. Sic suprà de rerum diui. §. literæ. Accurs.

ADDITIO Et dic in chartis etiam rasis: secùs tamen in aliis instrumentis. Angel.

principalia. Accurs.

Adde quòd hæc opinio communiter tenetur: nõ enim ita disposuit hîc testator: vt in l. j. §. si quis duobus. ff. de bon. poss. sec. tab. Syl.

¶ Sed & vnum. CASVS. Minutius Rom. cogitat in Persidẽ proficisci, potéstne testamentum suũ in duobus codicibus scribere, ita vt alterum secum deferat, alterũ domi relinquat: & post mortem suã altero amisso valeat alter, æquè acsi vterque extaret? potest. Itaq; Cæs. Augustũ scribit Suetonius testamentũ suũ duobus codicibus scripsisse, atque apud Vestales deposuisse. Itémq; Tiberiũ duplex testamẽtum fecisse: & alterum sua, alterum liberti manu, sed eod. exemplo scripsisse. Cor. Vib.

*exemplis consignare. D.

*forte.

potest in qualibet [illegible]

Nihil autem interest, testamẽtum in tabulis, an in chartis[a], membranísve, vel in alia materia fiat.

¶ *Potest idem testamentum in pluribus codicibus scribi: quod quãdoque necessarium est. Ang.*

¶ Sed & vnum[b] testamentũ pluribus codicibus* conficere quis potest, secundũ obtinentem tamen obseruationem omnibus factis, quod[c] interdũ etiam necessarium est: veluti * si quis nauigaturus & secum ferre, & domi relinquere iudiciorum suorum contestationẽ * velit: vel propter alias innumerabiles causas, quæ humanis necessitatibus imminent[d].

¶ *Supremæ volũtatis viua voce, corã septem rogatis testibus, declaratio à testatore facta, nun*[illegible]*mentum dicitur.*

¶ Sed hæc quidem de testamẽtis, quæ scriptis conficiuntur, sufficiunt *. Si quis autẽ sine scriptis voluerit ordinare iure ciuili testamentũ: septem testibus[e] adhibitis, & sua voluntate coram eis nuncupata, sciat hoc perfectissimum testamentum iure ciuili firmumque constitutum.

¶ Sed hæc quidem. CASVS. Testamẽtum aliud est scriptũ, aliud nuncupatiuum. De scripto hacten⁹ explicatũ est. Nuncupatus autem testamentũ hoc modo, Tabulas testamenti testator tenẽs, ita dicit, Hæc vt in tabulis, cerísve scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor: itaq; vos Quirites testimonium prebitote, quæ nũcupatio, & testatio vocatur. Vlp. in epi. titul. xx. At imperator etiã si nihil scribatur, modò testator voluntatem suam lingua (vt aiunt) nũcupet, atq; exprimat, præsentibus septem testibus, valere testamentum iussit. Cor. Vib.

*testationem.

*abest.

¶ Not. q de vno eodémque testamento plures fieri possunt scripturæ: quia semper intellectualiter erit vnũ testamentum. Item, q pluralitas scripturarum non facit præsumi pluralitatem factorum. Item, q quandoque est necessarium confici plures scripturas. Item, quòd in multis est periculum homini. Item, q innumerabile dicitur, quod difficulter numeratur. Syl.

¶ b Et vnum. Sic ff. eod. l. vnum.

¶ c Quod. s. vt pluribus codicib⁹ fiat.

¶ d Imminent. Sic in authen. de consang. & vter. frat. §. quia igitur. versic. si igitur. ibi, multæ nanque sunt homini. Sed nunquid ex his exemplis probabitur? Respon. non sine authentico: vt in authen. vt spon. lar. §. & hoc insuper. & ff. de fide instru. l. quicunque. & ff. de bon. poss. secundum tab. l. ij. §. sed & si vnum. sed hîc ambo sunt

¶ Not. duplicem speciem testamentorum: in scriptis, & nuncupatiuũ. Item, quòd in eo requirũtur septem testes. Item, quòd testamentum nuncupatiuum totum est de iure ciuili: nec participat cum iure prætorio. Syl.

¶ e Septem testibus. Quandoque nullus vocatur. vt si miles moriatur in bello: vt not. C. de test. mili. l. milites. quandoque vnus, vt Imperator: vt C. eod. omnium. quãdoque duo, vt inter filios: vt C. eo. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. Vel si in tẽtorio faciat testamentum miles: vt ff. de milita. testamen. l. Lucius. quandoque tres, vel quatuor, vel pauciores: vt C. eodem. l. si non speciali. quandoque quinque. vt in testamento rustici: vt C. eodem. l. fina. §. si autem. quandoque septem generaliter: vt hîc. & C. eodem. l. h.

consultissima.circa princip.quandoque octo:vt C.qui testament.fac.possunt.l.hac consultissima.§.quę in eũdem.in glos.Accurs.

Testes debent rogari. ¶ a Adhibitis. id est, rogatis vt intersint,& sint attenti:vt ff.eod.l.hęredes.§.pen.& in auth. de test.§.& licet. in fin. Accurs.

¶ Adde quòd ita communiter tenetur in l.hac cõsultissima.C.eod.quòd in testamẽto nuncupatiuo testes rogandi sunt, quãuis aliqui contrarium senserint.Syl.

b Coram. s.palàm nominando hæredes:vt ff.eod.l.hæredes.in princ.

c Nuncupata. Inde dicitur nuncupatiuum testamentum.

tis [a] & sua voluntate coram [b] eis nuncupata [c], sciat hoc perfectissimum testamentum iure ciuili, firmúmque constitutum.

TITVL. XI.

DE MILITARI TEstamento.

Miles vnde dicitur. ¶ Miles,quasi millesimus quisque dictus creditur.l.j.ff.eod.siue in equitũ, siue in peditum numero sit, sacramento adactus militari.Varro autẽ lib.de ling.lat.iiij.sic : Milites,ꝙ trium millium primò legio fiebat,ac singulę tribus Tatiensiũm,Ramnensiũ,Lucerum millia singula militum mittebant.

ADDITIO. Continua istum tit. ad præcedent. secundum Christo. Porc. sic,Visum est s̃.de testa.in genere:nũc sequitur videre de testa.in specie. Vel aliter,Visum est s̃.de testam.quę fiunt secundum communis iuris dispositionem,nũc sequitur videre de illis,quæ fiunt iure priuilegiato : vt est testam. militare : ideo,&c. Aduertendum est quòd in milite sex sunt necessaria ad hoc , quòd habeat priuilegia militibus concessa.Primò quòd ense cingatur.ff.de mili.testa.l.pen. Secundò, ꝙ in numero aliorum ponatur,& in matricula scribatur. ff.de mili.testa.l.ex eo tempore. Tertiò, quòd præstet sacramentum, quòd mortem non euitabit pro Republica , neque à signis recedet. ff.ex quib.cau. ma.l. pen.& de iis,qui not. infa.l.ij.§.miles. Quartò, quòd stigma,id est, nota publica brachiis suis inscribatur. C.de fabri.l.iij. libr.xj. Quintò,quòd examinetur.C. qui mi. non pos.l.j.libr.xij. Sextò, quòd non sit negotiator. C.neg. ne. mil.l.j.lib.xij.vnde versus, Ensis,matriculam, necnon iuratio, stigma. Ac examen erunt ista hæc in milite signa. Vilia nec debet tractare negotia miles.

Miles qui cognoscitur per sex signa.

DE MILItari testamento.

¶ Miles in expeditione potest facere testamentum iure militari , quomodo vult. Aret.

SVprà dicta diligẽs obseruatio [d]

SVprà dicta. Totus iste titulus diuiditur principaliter in duas partes.Primò ponit de militibus testantibus in tentorio eorum , vel in peculio castrensi.Secũdò de testamẽto in quasi castrẽsi. Secunda ibi,Sciendum. Item prima subdiuiditur. Nam primò ponit continuationem per modum remotionis siue exceptionis cum positione noui statuti.Secundò qualiter priuilegium concessum militibus, quod possunt testari quomodo volunt, intelligatur. Tertiò, quòd etiam miles mutus & generaliter defectiuus potest testari.Quartò,qualiter post missionem testatur. Quintò,quòd mutatio status ipsius militis , dummodo interueniat noua voluntas, non vitiat testamentum factum. Secunda ibi,Planè. Tertia ibi,Quinimò. Quarta ibi,Sed hactenus.Quinta ibi,Sed & si quis.

CASVS. Terapontigonus Plautinus ille miles dum in castris est, testamentum facit:quam formã obseruare debet?nullam. Liberum enim illi est arbitratu suo testamentũ facere.Militibus enim pro salute patriæ propugnãtibus hoc priuilegiũ honoris ac præmii gratia concessum est.Corn.Vib.

¶ Not.quòd voluntas militis in expeditione quoquomodo declarata, habet vim testamenti. Item quòd miles præsumitur ignorare iura,& sic quod in milite iuris ignorantia toleratur. Item , quòd in testamento militis neque numerus testium , neque alia solennitas desideratur.Syl.

¶ d Obseruatio.Quæ consistit in quatuor,vbi est in scriptis testam.conditum , vel in sola nuncupatione hæredis coram septem testibus:vt s̃.titu.j.§.sed cùm paulatim.& §.fi.& ff.de hęred.instit.l.j.§.qui neque.

¶ a Im-

¶ a Imperitiam. C. de iure delib. l. fin. §. j. & C. de iur. & fac. ignorantia. l. j.

¶ b Solennitatem. scilicet, circa sigilla, & subscriptiones.

¶ c Introduxit. Sed tunc demum cùm in militia sunt, habent priuilegium, vt C. eod. l. penulti. & hîc subiicit.

ADDITIO. Est autem Expeditio, militaris apparatus ad profectionē in bellum. inde dicta, quòd milites aliis se negotiis expediant.

¶ Illis autē. CASVS. Quid, si non sit in castris, & expeditione, sed domum reuersus sit: quam formā obseruabit? Eandem, quam pagani, id est, qui non militant. Sed ecce, Messala filiusfam. erat in expeditione, quomodo testabitur? Vt dictum est de militib⁹. quid si sit reuersus? Vt dictum est de paganis. Cor. Vib.

¶ Not. quòd cessante causa priuilegii, cessat priuilegium. Item, quòd miles extra expeditionem testari debet iure communi. Item, quòd illi, qui non sunt milites, dicuntur pagani. Syl.

¶ d Autem. Pro sed.

¶ e Adiuuantur. Et not. quòd cessante causa cessat & effectus. & potest hîc sumi argu. quòd cessante clerico ab ecclesia, cessat præbenda. sic C. de episco. & cler. l. generaliter. ij. in glos. fin. [Adde, quòd hoc hodie deciditur in c. relatum. & in c. inter quatuor. & in c. fin. de cleric. non resident. Syl.] Sed argum. contra. ff. de post. l. j. §. secundo loco. ver. sexum, quia Calphurnia dedit causam edicto: vnde cessante causa, cessare debet edictum, quod non est verum. Sed hoc vltimum generale de causa impulsiua dicit, primum de finali, sine qua res esse non potest.

in ordinandis testamentis militibus, propter nimiam imperitiā [a] eorum, cōstitutionibus principalibus *remissa est. Nam quanuis ij, neque legitimum numerum testium adhibuerint, neque aliam testamentorum solēnitatem [b] obseruauerint, rectè nihilominus testantur: videlicet, cum in expeditionibus occupati sūt: quod merito nostra constitutio introduxit [c]. Quoquo enim modo voluntas eius suprema inueniatur, siue scripta, siue sine scriptura *, valet testamētum ex voluntate eius.

*abest.

*nō scripta.

¶ *Miles etiam filius familiàs tandiu iure militari testandi* [illegible] *quandiu in expeditione est: qui si extra castra degat, cō*[illegible] *testari debet.*

¶ Illis autem [d] tēporibus, per quæ citra expeditionū necessitatem, in aliis locis, vel suis ædibus *degūt, minimè ad vendicandum tale priuilegium adiuuantur [e]. Sed testati quidē, & si filii familiarum [f] *sint, propter militiā conceduntur: iure tamen cōmuni [g] eadem obseruatione & in eorū testamentis adhibenda, quam in testamentis paganorum [h] proximè exposuimus.

*sedibus. f.

*familiàs.

¶ f Et si filii familiarum. Licet hi aliàs prohibeātur: vt infrà tit. j. in princip. & ff. de don. cau. mor. l. tamis. §. j.

¶ g Iure tamen communi. scilicet quantum ad solennitatem, nō quo ad hoc, vt detur querela contra eius testamentum sicut in alio veterano, qui sui iuris est: vt C. de inoffi. test. l. fi. §. in his. & ff. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. si quis militia. Item hoc est verum, quando est domum reuersus: sicut suprà proxim. dixit. aliàs sicut miles alius vtitur speciali iure, sic iste. argu. ff. eod. l. ex militari. §. j. & l. testamenta eorū. §. fin.

¶ Adde, quòd si loquimur de iure ff. & C. glos. vera est: si de iure nouissimo, communis opinio est, quod subiaceat querelæ, secundum glo. in l. aduersus. ff. de inoffic. testa. Syl.

¶ h Paganorum. A pago, quod est villa, dicitur, quasi dicat non militum.

ADDITIO. Pagani à pagis dicti videntur, quòd illi rei rusticæ agrísque colendis relinquerentur. nam auctis populi Rom. opibus, cœpit rei rusticę studium tenuissimis relinqui.

¶ Planè, CASVS. Patroclus in expeditione ad Troiam conuocatis aliquot amicis coram eis dixerat, se Achillem hæredem facere, & Cascam seruū

liberū esse velle, idq; voce tantùm, ac sine scriptis. Quæro an valeat testamentū? Valet, modò specialiter ob eā ipsam causam Patroclus amicos conuocarit, vt coram eis mentem suā testaretur: faciléque Achilles eius rei fidem facere posit: vt si Patroclus apertissimè eum sibi heredem esse iusserit. nam alioqui si simpliciter diceret, Ego te Achilles hæredem relinquo, non satis esset. quum aut id dici posit ꝑ ludū iocúmq;, aut facile militibus ipsis fraus ab hominibus callidis fieri posset, mentientibus ac peierantibus id se audisse, vt illorū hæreditates interuerterēt. Sequens §. per se intelligitur. C. Vibul.

*Catilio.

Not. ꝙ priuilegiū cōcessum alicui actui intelligitur, si ille actus fiat. Itē, ꝙ per priuilegiū militū iā datū, non remittitur numerus duorū testium, qui est de iure naturali. Itē, ꝙ mulier potest esse testis in testamento militis: verbū enim homo, ad eā trahitur. Item, ꝙ in testamento militis rogādi sunt testes. Item, quòd nomen hęredis debet exprimi à milite. Item, quòd verba iocosa non disponunt. Syl.

*abest.

¶ *Licet remittatur solennitas in re agendis [illegible] titur congrua probatio rei gestæ. Et licet lex priuilegiet aliquod factum: intelligitur tamē, inquantum de facto legitimè appareat, & constet. Aretin.*

¶ Planè de testamētis militū diuus Traianus Statilio* Seuero ita rescripsit[a]: Id priuilegiū, quod militantibus datū est, vt quoquo modo facta ab his testamenta, rata sint: sic intelligi debet, vtvtique prius cōstare debeat, testamentum factum esse: quod & sine scriptura, & à non militātibus quoq;* fieri potest. Si ergo miles, de cuius bonis apud te quæritur, conuocatis ad hoc hominibus [b], vt voluntatem suā testaretur, ita locutus est, vt declararet, quē vellet sibi hæredē esse, & cui libertatem tribueret: potest videri sine scripto hoc modo esse testatus: & voluntas eius rata habenda est. Cæterùm si (vt plerunque sermonibus[c] fieri solet) dixit alicui, Ego te hæredē facio, vel, Bona mea tibi relinquo. non oportet hoc ꝑ testamēto seruari.

¶ *Miles licet sit mutus vel surdus, tamen testatur.*

¶ Nec vllorū[d] magis interest, quàm ipsorum, quibus id priuilegium datū est, huiusmodi exēplum non admittit: alioqui nō difficulter post mortem alicuius militis testes existerent, qui adfirmarent se audisse dicentem aliquē, se relinquere bona, cui visum sit: & per hoc vera iudicia subuerterēt*.

¶ Quinimo [e] & mutus [f] & surdus

eo.l.Lucius.& ff. de testib.l.vbi.& hoc est, quādo in tentorio. si autem in conflictu belli, nullo etiam teste vocato: vt C.eod.l.milites. si autem est domi, iure communi: vt suprà eo.§.illis.

c Sermonib[9]. Fortè causa demonstrandi: vt magister discipulo, vel ludi causa: vt ff.de act.&obl.l.obligationū substātia.§.fi.vel affectionis: vt ff.de iure codicil. l. literæ.

ADDITIO. Tū dic, ꝙ nulla verba operātur testamentū, nisi appareat, quòd voluerit testari, & ad hoc se disposuerit: secus in cōtractibus, vbi in dubio verba præsumūtur obligatoria, nisi aliud ex cōiecturis appareat.

d Nec vllorū. sic ·ſ· ad legem Falc. circa prin. ibi ídque ipsorū. sic C.de res. ven.l.ratas.

e Quinimò. habet priuilegīū circa solennitatem: quinimò & circa substantiam testamenti: vt qui aliàs testari non posset, hîc tamē posit: vt ff.eod. l.iiij.

*subuertuntur.

f Mutus. Siue natura, siue casu, vt sit priuilegium aliquod, vt C.qui testa.fa.pos.l. discretis.& hoc iure militari, vt ff.eodem.l.iure militari.

a Rescripsit. Vt ff.eod.l.diuus.& iste §. est ibi lex sub eadem verborum forma, & incipit, Diuus Traianus.

b Hominibus. Saltem duobus: vt ff.

ADDITIO. Dūmodo appareat ipsū dic voluisse testari per signa sua, quæ per notos poterunt interpretari.

Sed hactenus. CASVS. Cornelius veteranus miles erat, ac missionem à malitia

militia, vtpote stipendiis emeritis, habebat. quæro an vtatur militari priuilegio? non: ne si in præsidio quidem alicuius vrbis sit, quæ tamen non obsideatur. Quid verò? Cornelius dum in castris esset priuilegio militari vsus, testamẽtũ fecit. Postea veteranus factus discessit: ac mortuus est. Quæro an valeat? Distinguo. Nam aut intra annum à missione mortuus est, & tũc valet, vtpote militare testamentũ: aut post annum, & amplius non valet. Anno enim illo debuit testamentũ communi omnium forma & ratione condere. Sed ecce, Corneli⁹ militans in castris sic dixit, Iubeo te Antoni, meũ hæredem esse, si nauis ex Græcia venerit. Cornelius deinde missione impetrata intra annum decessit. Nauis autem post annum venit. quæro an valeat testamentum? Maximè. Cor. Vib.

No. ꝙ priuilegiũ cõcessum respectu certæ qualitatis, durat eà durãte. Itẽ, ꝙ cessante causa priuilegij, cessat priuilegiũ. Itẽ, ꝙ miles non exercens militiã, nõ gaudet priuilegio militari. Item, ꝙ testamentũ iure militari factũ durat per annũ post missionem. Itẽ, ꝙ cõditio retro trahit. Itẽ, ꝙ ad validitatẽ testamenti inspicitur tẽpus mortis, non conditionis existentis. Syl.

¶ a Sed hactenus. Quidam dicunt hîc non esse §. & asserunt ꝙ omne priuilegium quod habet miles, perdit cùm redit de militia. Sed nos dicimus §. hîc esse, & distinguimus inter priuilegium quod habet, vt testetur qui aliàs testari non potest, vt filiusfamiliàs, & mutus, vt illud duret post reuersionẽ: vt s. prox. §. & §. sed testari. & ff. eod. l. Titius, in princi. Alia verò priuilegia,

miles testamẽtum facere potest.

¶ [illegible] nem, vel extra existo [illegible] annum: contin [illegible]

¶ Annotatio. Conditionem in testamento additam [illegible]

Sed hactenus * hoc illis b à principalibus cõstitutionibus conceditur, quatenus militant, & in castris degũt. Post missionẽ c verò veterani, vel extra castra * alii, si faciãt adhuc militantes testamentũ, cõmuni omniũ Ciuiũ Romanorũ iure id facere debent. Et quod in castris fecerint testamentũ, nõ communi iure, sed quo* modo voluerit, post missionem intra annũ tãtùm valebit. Quid ergo, si intra annum* quis decesserit, conditio autem hæredi adscripta post annum extiterit: an quasi militis testamentũ valeat? Et placet valere d quasi militis.

quæ habet in testando, finiantur: vt hîc, & suprà eod. §. illis autem.

¶ Adde ꝙ opinio gl. communiter tenetur hîc, ꝙ etiam post missionem filius familiàs, & mutus testentur. Syl.

¶ b Illis. s. militibus: vt reliqua priuilegia, s. de numero testium, habeant in testando. & sic non refertur ad prox. §. Acc. *habeat. T.

¶ c Post missionem honestam. s. finito tẽpore militiæ, vel causariam, si ante tempus ex necessitate recessit. si autẽ ignominiosa est missio, definit statim valere: vt ff. eo. l. testamẽta eorum. & C. eo. l. ex testamẽto. Sed si miles de capitali crimine damnatus fuerit si quidẽ de communi, vt homicidio, & simili, non poterit modo testari. ff. de vet. iur. en. l. j. in fin. Si autem militari, vt quia alienauit arma, vel similia, quæ numerantur ff. de re mi. l. ij. & iij. (& idem etiam de fide rupta) non potest testari: vt ff. eod. l. ex militari. aliàs poterit in castrensibus tantùm, si ei in sententia permissum fuerit, aliàs non: vt ff. de iniust. rup. test. l. si quis filio. §. irritum sit. ver. sed & si quis capite. & de legat. iij. in l. si quis. in princip. §. miles.

*quoquo.

*quidẽ.

¶ d Valere. Quia conditio retrotrahitur: vt. ff. de peric. & con. rei ven. l. necessario. §. ꝙ si pendente. & ff. qui pot. in pig. hab. l. vlti. & facit ff. eo. l. quod dicitur. & l. quod constitutum. Accur.

¶ Sed & si quis. CASVS. Lentulus paganus dum esset, non solenniter testamentum condidit. posteà in militiam profectus, testamentum aperuit, & nonnulla adiecit, deleuit etiã nonnulla, aut deniq; testatus est placere sibi, vt post mortem suam ea fierent. quæro an hoc valeat? Respõdet vale-

re in militaris hominis fauorem. Sed ecce, Manilius miles dum in castris versatur, testamẽtum militari forma cõdidit: deinde capite deminutus est, arrogatus scilicet, aut emancipatus. quæro an valeat testamentum? Resp. valere. Cor. Vib.

¶ *Testamentum factũ ante militiam sine solemnitate valet, si post militiam apparet de militis voluntate. Et idem si miles post testamentũ fuerit capite minutus. Aretin.*

¶ Sed & si quis ante militiam non iure fecit testamentũ, & miles factus, & in expeditione degẽs resignauit[a] illud, & quædam adiecit[b], siue detraxit, vel aliàs manifesta est militis voluntas hoc valere volentis, dicendum est, valere hoc testamentũ, quasi ex noua[c] militis* voluntate. Denique etsi in arrogationẽ datus fuerit miles, vel filius familiàs emãcipatus est, testamentũ eius quasi ex noua militis* voluntate valet: nec videtur[d] capitis deminutione irritum fieri.

*abest D.

* superfluit.

¶ *Qui de quasi castrẽsibus testantur, iure communi testari debent.*

¶ Sciendum tamẽ est, quòd ad exemplum castrensis peculii, tam anteriores leges[e], quàm principales constitutiones[f] quibusdam[g] quasi castrensia dederunt peculia: & horum quibusdã permissum fuerat, etiam in potestate degentibus, testari: quod nostra constitutio[h] latius extendẽs, permisit omnibus, in his[i] tãtum modò peculiis testari quidem, sed iure cõmuni[k]. Cuius constitutionis tenore perspecto, licentia est, nihil eorum, quæ ad præfatũ ius pertinent, ignorare.

¶ Not. quod addens vel detrahens testamẽto, dicitur illud de nouo facere. Item, quòd agitur ex confirmãte, non ex confirmatò. Item, quòd militis testamentum capitis diminutione non irritatur. Syl.

¶ a Resignauit. id est, sigilla aperuit & remouit: contrarium s. suo simplici.

¶ b Adiecit. Vt ff. de iur. codi. l. conficiuntur. §. si miles.

¶ c Ex noua. Not. quòd ab initio nõ valuit, ex postfacto tamen conualescit.

¶ d Nec videtur. Quod resignauit postea. Vel dic: sicut nunc de nouo facere potest, sic vetus nõ rescinditur. & secũdum hoc, dic de noua volũtate. s. tacita. Aliud in pagano: vt j. quib. mod. test. infir. §. alio.

¶ Sciendum tamen est. CASVS. Peculium aut paganum est, aut castrense, aut quasi castrense. Castrense militum est, Paganum non militum. Quasi castrense generaliter omnium, qui in dignitate, aut administratione consequuntur honorarium vel à principe, vel ex publicis salariis, veluti liberalium artium professores. Hæc quum ita se habeant, nunc quæro ex te: Manilius dum in patris potestate est, iuris professor factus mercedem accepit à ciuitate. quæro qua forma testari de illis facultatibus à se paratis possit, vtrum militari, ánne communi? Communi tantùm, id est, paganorum, ac non militum. Cor. Vib.

¶ Not. q quando aliquid facere cõceditur alicui in priuilegium, intelligitur concessum, vt illud faciat secundum legũ ordinationem. Syluest.

¶ e Leges. scilicet digestorũ: vt s. de collat. bono. l. j. §. nec castrense.

¶ f Cõstitutiones. Vt C. de asses. l. velut. & C. de aduoc. diue. iud. l. fori. & aliæ plures.

¶ g Quibusdã. Vt consulibus, & præfectis legionum, & præsidibus prouinciarũ, qui sunt filiifamiliàs: vt C. de inoffic. testa. l. fin.

¶ h Constitutio. C. de inoffi. test. l. fin.

¶ i In his. s. castrensi, & quasi, nam in aduentitio nõ potest, licet habeat proprietatem: vt C. de bon. quæ liber. l. fin. §. filius autem familiàs. in glos. j.

¶ Adde hoc verum, etiã in his aduentitiis. in quibus patri non quærit vsusfructus, secũdum cõmunem opinionẽ in l. j. §. in filii. ff. ad Trebellia. Syl.

¶ k Iure communi. Nisi sit miles in castris: vt suprà, eod. in princip. Item tale testamentum non expugnatur per querelam inoffic. testa. vt C. de inofficio. testa. l. fin.

TIT. XII.

QVIBVS non eſt permiſſū [illegible] mentum.

¶ In parentum pote- [illegible] paternus accidat cō ſenſus iure teſtari ne queunt: his tamen ademptis, qui caſtrenſe & quaſi caſtrenſe peculium habent, id eſt, qui vel in caſtris, vel bonis cæteris militant: [illegible] ſuper eo (haud ſecus quàm ſi ſui iuris eſſent) etiam inuito patre teſtandi libertas data eſt.

¶ Adnotatio. Caſtrē ſia aut quaſi mor- tuo patre non cōmu [illegible]

NOn* tamē[a] omnibus licet facere teſtamentum. Statim[b] enim ii, qui alieno iuri ſubiecti ſunt, teſtamenti faciendi ius non habent: adeò quidem, vt quanuis parentes eis permiſerint[c] nihilomagis[d] iure teſtari poſſunt: exceptis iis[e], quos antea enumerauimus, & præcipuè militib⁹, qui in poteſtate parentū ſūt, quib⁹ de eo, quod in caſtris acquiſierūt permiſſum eſt ex * conſtitutionibus[f] principum teſtamē

QVIBVS NON EST permiſſum, &c.

¶ Dictū eſt ſ. qualiter teſtamēta fiāt, ſequitur videre de perſonis, que teſtari poſſunt: & quæ nō quāuis fuerit ordo præpoſter⁹: q̃a ſi quæram⁹. an valeat teſtamētū: pri⁹ vidēdū eſt, an perſona teſtantis potuerit teſtari. l. ſi quæramus. ff. de teſta. Angel. Areti.

NOn tamen. Iſte tit. diuidit in ſeptem partes: q̃a enumerantur ſeptē gradus perſonarū. Et primò ponit de filiofami. Secundò de impubere. Tertiò de furioſo. Quartò de prodigno. Quintò ponit de ſurdo, & muto. Sextò de cæco. Septimò de capto ab hoſtibus. Secunda ibi, præterea. Tertia ibi, Item furioſi. Quarta ibi, Item prodigus. Quinta ibi, Item ſurdus, & mutus. Sexta ibi, Cæcus. Septima ibi, Eius, qui. Aret.

¶ Non tamen. THEMA. Quæro an filiuſſamiliàs q̃ patris in manu eſt, teſtari poſſit? minimè. Quid ſi pr̃ ei poteſtatē dederit? ne tū quidē. nihil enī, dequo teſtari poſſit, habet. Quid verò, ſi ſit miles? tunc de caſtrenſi peculio teſtari pōt. Quid, ſi iā ſtipēdiis confectís eſt, id eſt veteranus? D. Hadrian⁹ id illis quoq; permiſit, vt de caſtrēſi, ſ. peculio, teſtari poſſint. Quid, ſi inteſtatus miles filiuſſa. deceſſerit, nullis aut liberis, aut fratrib⁹ relictis? Pater caſtrēſis erit heres peculii. Cui⁹ ergo concludis eſſe caſtrēſe peculium? Solius filiifamiliàs, qui ſua opera atque induſtria id acquiſiuit. Sed ecce, Valerius filiuſſamiliàs teſtamentū de peculio profectitio fecit, deinde emancipatus deceſſit: quæro an valeat teſtamentum? minimè. Tempus enim ſpectatur teſtamenti faciundi. C. Vib.

¶ Not. ꝙ edictū de teſtamētis eſt prohibitoriū certarū perſonarū. Itē, ꝙ filiuſſamil. nō teſtatur, niſi in peculio caſtrenſi, vel quaſi. Itē, ꝙ ꝑ militiā q̃s nō liberatur à poteſtate patris. Itē, quòd creditores patris non habent regreſſum contra peculiū caſtrēſe filii, ratione debitorum patris. Item, ꝙ teſtamentū nullum tractu tēporis etiā ceſſante impedimēto ob quod non valet? non reaſſumit vires. Syl. *Ex Vlp. epi to tit 20.

¶ a Non tamē. Videbatur quēlibet ſeruantē ſupradicta poſſe teſtari: ſed contrarium eſt in tredecim caſibus, qui in tit. iſto pro parte dicūtur Et hoc eſt, quod dicit. non tamen, &c. & not. j̃. eo. §. fin. *abeſt.

¶ b Statim. id eſt, in primis, vel ſtatim, id eſt, eoipſo.

¶ c Permiſerint. Sed cauſa mortis filius donare poteſt patre conſentiente, vt ff. de dona. cau. mort. l. tam is. in fin. Et ratio diuerſitatis eſt: quia teſtamentum ex libero, non alieno arbitrio debet procedere: vt ff. de here. iuſti. l. illa inſtitutio. *Filuſſamiliàs licet teſtari nō poſſit, bene tamē poteſt donare cauſa mortis.

¶ Adde, quòd hoc non procedit ad pias cauſas. cap. licet. de ſepultu. libro vj. Sylue. Aldo.

¶ d Nihilo magis. id eſt, non ideo magis. habet enim in ſe negatiuam: ſicut nihilominus affirmatiuam. Nihilo magis, & nihilominus differunt.

¶ e Iis. ſcilicet caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe peculium habentibus: vt ſ. tit. proxi. §. fin.

¶ f Cōſtitutionibus. Extrauagātibus.

tum facere. Quod quidem ius[a] ab initio tantum militantibus datum est, tam ex auctoritate diui Augusti, quàm Neruæ[b], nec non optimi Imperatoris Traiani: postea verò subscriptione[c] diui Hadriani, etiã dimissis à militia, id est veteranis[d] concessũ est. Itaq; si quidem fecerint de castrẽsi peculio testamentũ, pertinebit hoc ad eum, quem hæredem relinquerunt. Si verò intestati decesserint, nullis liberis, vel fratribus superstitibus[e], ad parentes, eorum iure communi[f] pertinebit. Ex hoc intelligere possum⁹, quod in castris acquisierit miles, qui in potestate patris est, neq; ipsum patrẽ adimere posse, neq; patris creditores id vendere, vel aliter inquietare, neque patre mortuo cum fratribus cõmune[g] esse: sed scilicet propriũ eius esse, qui id* in castris acquisierit. quanquam iure ciuili[h], omnium, qui in potestate parentum sunt, peculia[i] perinde in bonis parentum computantur, ac seruorũ peculia in bonis dominorum numerantur: exceptis videlicet iis, quæ ex sacris constitutionibus, & præcipuè nostris[k], propter diuersas causas nõ acquiruntur[l]. Præter hos* igitur, qui castrense peculiũ, vel quasi castrense habẽt, si quis alius filius familias testamentum fecerit inutile[m] est: licet suæ potestatis factus decesserit[n].

¶ *Impubes non potest facere testamentum. nec etiam furiosus: nec factum conualescit, licet efficiatur pubes, vel sanæ mentis. Aret.*

¶ Præterea testamentum facere nõ

¶ a Quod quidem ius. scilicet posse testari in castrẽsibus.

¶ b Augusti, quàm Neruæ, &c. Quorum dicta non habemus.

¶ c Subscriptione. Cuius verba non habemus.

ADDITIO. Traianũ autẽ. Optimũ appellat, eo cognomento, quod ei iure optimo à Senatu populóq; Rom. consensu omnium tributum est, vt Diõ testat in hist. & Pli. in panegy.

¶ d Veteranis. s. filiisfamiliàs, de quibus hîc loquitur.

¶ e Nullis. liberis, vel fratrib⁹ superstibus. Nã liberi defuncti militis, & fratres patrẽ excludent: vt C. cõm. de suc. l. fin. Hodie soli liberi militis: vt in auth. de hær. ab intest. ve. circa. prin. ibi, si quis igitur.

ADDITIO. Quib⁹ nõ extãtib⁹ succedit pater vnà cũ fratribus: vt no. e. tit. §. si igitur de fũctus descẽdẽtes. ver. si verò cum. dummodo deferatur tanquã hereditas: vt j. prox.

¶ f Iure cõmuni nõ hereditario sed tãquã occupati peculiũ profectitiũ, vel aduẽtitiũ: vt ff. de castrẽ. pec. l. ij. hodie videt etiã iure hæreditario: vt in auth. de here. ab intesta. ve. §. si igitur defunctus descendentes. col. ix. Acc.

¶ g Commune. Sic s. per quas perso. nob. acquir. §. j.

¶ h Iure ciuili. scilicet antiquo. sic s. per. quas pers. nob. acqui. §. j.

¶ i Peculia. s. aduẽtitia, & profectitia. nã castrẽsia, vel quasi, etiã iure veteri nõ acquirebãt patri, vt ff. de coll. bon. l. j. §. nec castrẽ.

¶ k Nostris. Et alienę & nostrę sũt: vt C. de bo. mater. & C. de do. que lib. per totum.

*id, quod.

¶ l Non acquiruntur. scilicet, nobis patribus.

¶ m Inutile est. Quia quod ab initio nõ valet, ex tractu tẽporis nõ conualescit. arg. j. tit. j. circa prin. ibi, alioqui. Argu. contra. C. de nupt. l. & si contra. Sol. ibi nõ valuit matrimoniũ ex primo, sed ex nouo post matrimoniũ cõsensu.

*Tẽporis tractus nõ conualidat inualidum.

*hoc.

¶ n Decesserit. Nõ idẽ de seruo testãte, si fideicõmissũ sit relictũ: quia valet, si durat voluntas: vt ff. de leg. iij. l. j. §. j.

¶ Adde tamẽ, quod hãc durationẽ voluntatis oportebit probare per quinque testes: vt per Barto. in d. §. j. Syl.

¶ Præterea. CASVS. Anni⁹ impubes, id est nõdum annorum xiiij. testamentum facit. valet ne? minimè. Quid si Orestes ille furiis agitatus fecerit? non valet. Quid si & ille pubes, & hic sanus factus sit, valebitne testamentum, quod antea fecerint? minimè. Quid si Orestis insania interdiu remittatur, & eo intervallo

teruallo testamentū fecerit, valebit-ne? maximè. Quid si antequàm furiosus esset fecerit? furor superueniens non vitiabit. Cor. Vib.

Not. impuberem testari non posse, & quare. Item, q testamentum nullū respectu personę testátis non reconualescit, licet persona fiat habilis. Itē, q testamentum ritè factū nō vitiatur per furorem superuenientem. Itē, q facilius impeditur quid faciēdū, quàm factū tollatur: & q qn furiosus habet dilucida interualla, potest testari. Syl.

possūt impuberes[a]: quia nullū eorū animi iudiciū[b] est. Itē furiosi[c]: quia mēte carent. nec ad rem pertinet, si impubes posteà pubes, aut furiosus posteà compos mentis factus fuerit, & decesserit. Furiosi[d] autem si per id tempus fecerint testamentū, quo furor eorum intermissus est, iure testati[e] esse videntur: certè eo, quod ante furorem fecerint, testamento valente. Nā neque testamētum rectè factum, neq; vllum aliud negotiū[f]* rectè gestum posteà furor interueniens perimit. *συνάλλαγμα. T.

a Impuberes. Sed ex quo tetigerunt de vltimo die xiiij. vel xij. anni, satis est, fauore testamenti, vt ff. eod. de testa. & qui testa. face. pos. l. qua ætate. Idem in vsucapione: vt ff. de vsucap. l. in vsucap. Secus in præscriptionibus odiosis: vt ff. de act. & obl. l. in omnibus temporalibus. Item secus, vbi est fauor eius, qui vult prorogare, vt in contractibus à minore factis: vt ff. de min. l. iij. §. minorem.

Adde, quòd quando quæritur, vtrū dies cœpta pro completa habeatur, concludendum est in fauorabilibus quòd sic: in odiosis quòd nō: in mistis attenditur fauor. ita Ioan. de Plat. & alii hic. & est glos. in l. j. §. minorem. ff. de minor. Syl.

b Iudicium, id est, discretio: vt ff. de iud. l. cum Prætor. §. non autem. vers. lege. Quandoque ponitur pro sententia, vt rei iudicatæ standum est: vt C. de re iudic. l. j. Quandoque pro instantia causæ triennii: vt C. de iudi. l. properandum. per totum. Quādoque pro actione: vt iudicium familiæ erciscundæ, vel communi diuidundo: vt j. de offic. iudic. §. si familiæ erciscundæ. & §. fi. Quandoque pro lite, siue controuersia: vt iudicium pendet super hæreditate: vt ff. ad Treb. l. j. ij. resp. Quandoque pro auctoritate, vt negotia ecclesiastica non sunt disponenda laicorum iudicio, id est auctoritate. ext. de iud. c. decernimus. Quādoque pro foro, vt causa iuris patronatus definiri debet ecclesiastico iudicio, id est, foro. ca. quanto. extrà de iudi. Quandoque pro arbitrio. ff. qui satisd. cog. l. arbitrio. Si enim arbiter est iudex, ergo arbitrium est iudiciū. Quandoq; pro vltima voluntate, vt iudicium testatoris cassum esse non debet, C. de sacrosan. eccle. l. j. Quādoq; pro quæstione, vt ciuilis causa in iudiciū, i. in quæstionem deducta cum criminali, post criminalem est distinguēda. C. de ordi. iudi. l. si. Quādoque pro discussione, siue iuris discussione: vt in tit. de iudi. ff. & C. Quandoque pro potestate iudicādi: vt ff. de iud. l. iudiciū soluitur vetāte eo, qui iudicare iusserat. Quandoque pro pernicie, siue dānatione, vt ibi, Qui manducat & bibit indignè corpus & sanguinē Domini, iudiciū sibi manducat & bibit. 1. Co. 11. Quandoque pro pœna, vt ibi, Qui bona egerunt, ibunt in vitā æternam: qui verò mala, in resurrectionē iudicii, & pœnæ æternæ. Ioan. 5. Quandoque pro processu iudiciali: vt c. j. de iudic. lib. vj. Et ista xv. significata iudicii possunt his versibus comprehendi: Versus.

Actio, lis, auctor, forus, arbiter, vltima velle: Quæstio discret. sent. instant. discussio, posse: Persticies, pœna, processus iudicialis.

c Item furiosi. Repete, non possunt testamentum facere.

d Furiosi. Hac ratione. idem in mente capto dicam, vt arg. ff. de verb. obl. l. à Titio. in fine.

e Testati. Vt C. eod. qui testamen. face. poss. l. furiosum. in princ. Item in dubio, si tempus testamenti erat remotum à tempore furoris: sed si vicinum, tunc ex qualitate ipsius actus præsumitur fuisse sanæ mentis, vel non. Et qualiter probetur furor, vide Angel hîc.

f Negotium. Vt vsucapionem inchoatam, vt ff. de vsuc. l. iusto. §. eum. vel possessionem quęsitam: vt ff. de acqui. poss. l. si is qui animo. sic ff. de pecu. l. quam Tuberonis. in princ.

Item prodigus.

lius prodigus erat, suásque facultates temere, atque inconsultè largiendo, profundebat. ei bonorum suorũ administratione interdictum est. potéstne testari? Potest ante interdictionẽ: pòst verò nõ potest.

Duo §§. sequentes lumẽ interpretationis repudiant. C. Vib.

¶ a Prodigus. Prodigus est, q neq; finem, neque modum habet in expensis: vt ff. de cur. fur. l. j. Nam prodigus dat danda, & non danda: auarus tenet tenenda & nõ tenenda: largus mediũ tenet inter vtrunque.

Prodigus quis est.

¶ b Administratio interdicta est. Si dicas à iudice, planũ est: si dicas à lege, vt quia crimen legis Iuliæ maiesta. commisit: multo minus testatur: sed & tũc prius factũ rumpitur: vt C. ad leg. Iuliam maiest. l. fin.

ADDITIO. Et sufficit, quod fiat præconium publicè cum causæ cognitione, quod nemo contrahat cum eo, vel quod iudex declaret eum esse prodigum, vel det ei curatorem tanquam prodigo, seu aliter notoriè prodigus existat.

¶ c Ratũ est. Quid, si fiat interdictio, cum tamen non sit prodigus? Resp. fortè non valet interdictio: arg. ff. de tut. & curat. dat. ab his. l. Seia. Sed contrarium verum est, cùm sit facta contra ius litigatoris tantùm: non contra ius legis. ff. quę senten. sine appel. rescind. l. j. in princip. & §. j. & C. quando prouoc. non est neces. l. ij.

¶ d Nõ semper. Sed quãdoq; possunt, secundum distinctionem sequentem.

¶ e De eo surdo. Sic infrà de inutil. stipul. §. mutum.

¶ f Eruditi. scilicet, in moribus.

¶ Non valet testamẽtum prodigi factum post interdictionem sed prius factum, sic. Aretin.

¶ Item prodigus[a], cui bonorũ suorum administratio interdicta est[b] testamentũ facere non potest: sed id, quod ante fecerit, quàm interdictio bonorũ suorum ei fiat, ratum est[c].

¶ Mutus & surdus possunt certis casibus condere testamẽtum: sed nõ semper. h. d. primò. Et vitiũ superueniẽs post testamentũ perfectũ, non nocet Aret.

¶ Item surdus, & mutus nõ semper[d] testamentũ facere possunt. Vtique autem de eo surdo[e] loquimur, q omnino non exaudit, nõ qui tardè exaudit. Nã & mutus is intelligitur, qui eloqui nihil potest, nõ qui tardè loquitur. Sæpè enim * etiam literati & eruditi[f] homines variis casibus & audiendi, & loquendi facultatem amittunt[g]. ¶ Vnde nostra cõstitutio[h] etiam his subuenit vt certis[i] casibus & modis secũdum normam eius possint testari, aliáque facere, quæ eis permissa sunt. Sed si quis[k] post testamentum

ADDITIO. Hic literatos, & eruditos dici puto peritos rerum, cõtraria significatione atque in §. similiter, suprà de excusat. tutor. nescire literas dixit, pro rerum imperitum esse. Vide ibi Aemyl. Fer.

Mirum est autẽ quod Rodolp. Agric. lib. de inuentio. iij. c. vlt. narrat, se vidisse, qui cùm surdus à puero fuisset, & quod consequens est, mutus, didicerat tamen, & quæcunque scriberet aliquis, intelligere: & sua quoque ipse cogitata perscribere. *Aut.

¶ g Amittũt. Et maximè impii aduocati: vt in eo puniãtur, in quo deliquerunt. c. literas, de tempor. ordin. capi. pastoralis. de iure patrona. & cap. fi. de immunit. eccles. cum simil. quia per quæ quis peccat, per hæc torquetur.

¶ h Constitutio. Vt C. qui testamen. fa. possess. l. discretis.

¶ i Certis. Vt mutus, & surdus casu, vel mutus tantùm, siue natura, siue casu. si scribere nouit, suą manu scribat testamentum. Si autem per alium scribere velit, impetret hoc à principe: vt ff. eod. de test. & qui test. fac. posses. l. si mutus. Item si surdus tantùm casu est, vel etiam natura, testetur si vult, si potest loqui articulatè: vt C. qui test. fa. poss. l. discretis. Si autem natura est surdus & mutus, non potest, nisi sit miles: vt suprà tit. j. §. quinimò.

ADDITIO. Quidam dicunt debere intelligi de muto, & surdo à casu: & tunc miles testabitur de licentia principis in iis casibus, in quibus paganus non posset.

¶ k Sed si quis. Sic suprà eod. §. præterea, & §. si furiosi.

¶ a Cæcus.

factum, aduersa valetudine, aut alio quolibet casu militus, aut surdus esse cœperit, ratū nihilominus manet* eius testamentum.

* permanet.

¶ *Cæcus cum solennitate cōmuni non potest facere* [illegible]

Cæcus[a] autē non potest facere testamentum, nisi per obseruationem[b], quam lex diui Iustini patris nostri[c]* introduxit.

* mei.

¶ *Captus apud hostes* [illegible] *valet, si redeat, ex postliminio. Aret.*

Eius, qui apud hostes[d] est, testamentum, quod ibi fecit, non valet[e], quanuis redierit. Sed quod dum in ciuitate fuerat[f], fecit, siue redierit, valet iure postliminij[g]: siue illic decesserit, valet ex lege Cornelia[h]*.

* Tulliam L. Cornelius Silla co, & Q. Metel. coss.

a Cæcus. Naturaliter. vel casu: & orbatus vtroq; lumine. secus, si vno tantùm, vt C. de excu. tut. l. frater.

b Per obseruationem. s. vt coram septem testibus, & tabellione, vel alio loco eius, si nō inueniatur tabellio, dilucidius volūtatem suam declaret & in hæreditatibus, & in legatis: & omnia in scriptis referantur: vt C. eod. l. hac consultissima.

c Patris nostri. Aliàs mei; sic s. de don. §. est, & aliud.

Dic quòd patrē adoptiuum significat, nam Iustini nepos erat ex sorore: sed ab eo adoptatus.

Eius, qui. § Manius à Mithridate captus est. ibi testamentum condit, quæro an valeat? minimè, quum hostiū seruus sit. Quid si ante, quàm caperetur, ritè fecerit? valebit testamentū, siue redeat ad suos iure postliminii, (quo iure is qui rediit eo numero habetur, quo illi, qui nunquam ciues esse desierunt,) siue apud hostes moriatur, ex lege Cornelia, quæ confirmat illorum testamenta, qui apud hostes vita functi sunt, modò ante captiuitatem testamenta fecerint, perinde ac si nunquam in hostium potestatem venissent. Cor. Vibul.

d Apud hostes. scilicet vt captus, vel obses, vt ff. eo. de testa. l. obsides.

e Non valet. Quia serui sunt, vel quasi, vt suprà de iure perso. §. serui & ff. de libe. ho. exhi. l. ij.

f Fuerat. Ante captiuitatem.

g Postliminij. Quod fingit eum semper in ciuitate fuisse: vt s. qui mod. ius pat. pot. sol. §. si ab hostibus. non autē l. Corn. ita fingitur, & quod dicitur C. de capt. l. j. & l. captū. impropriè ponitur lex Cornelia pro iure postliminij.

h Ex lege Cornelia. Quæ fingit eum prima hora captiuitatis mortuum, & sic liberum: vt ff. eo. de test. l. lege Cornelia. Aliud esset si nulla esset fictio; vt in seruo pœnæ facto: vt infrà quib. mod. test. infir. §. non tamen. Vltimò nota, quòd xiij. sunt personæ & plures, quæ testari non possunt. Filiusfamilias. Itē seruus: vt s. eo. in prin. & ff. cod. de testa. l. si filius. Item impubes. Item furiosus. Item mente captus. Item prodigus. Item mutus. Item cęcus. Item surdus. vt s. eod. §. prętereà. & §. item furiosi. §. itē prodigus. & §. item surdus. & §. cæcus. Item damnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem: vt ff. eod. de testa. l. eius qui. §. j. vsque ad fin. Item obses, vt ff. eodem l. obsides.

Adde nisi sint obsides inter ciuitatem & ciuitatem, inter quas capti non fiunt serui. l. ingenuam. §. penult. de capt. Syl.

Item de crimine famoso damnatus: vt ff. eo. l. is cui. §. fin. & l. cùm lege. Item de statu suo dubitantes. vt ff. de test. l. qui in domini. & l. de statu. Item monachus: vt in authen. de mona. §. illud quoque. sed hodie secūdum quosdā corrigitur: vt in auth. de sanct. episc. §. si qua mulier. Item is cui interdicitur bonis à lege: vt C. de hæret. & Manichæ. l. Manichęos. & ad legem Iuliā maiest. l. vltima. Vnde versus:

Testari nequeunt, impubes, religiosus:
Morti damnatus: & sub patre filius;
obses,
Prodigus, & stultus, dubius, seruus, furiosus,
Crimine damnatus, cum muto, surdus: & illum,
Qui maiestatem læsit, cæcum quoque iungas.

DE EXHAEREDATIONE liberorum.

¶ Iste titulus continuatur per glos.j. infrà in nigro. Ang. Vel sic, Dictum est s̄.de testamētis, & eorum ordinatione: verùm quia in testamentis quādoque liberi exhæredantur: ideo sequitur titulus de exhæredatione liberorum.

N On tamen. Exequitur separatim aliud quiddam, quod testari volentibus obseruandum est præter supradicta. Nā qui testatur, liberos siue in potestate eos habeat, siue emācipatos siue posthumos, silentio præterire non debet, sed nominatim exhæredare, vel instituere: nisi fortè sit miles in expeditione occupatus, cuius silentium pro exhæredatione habetur: quod & in matre, auo, proauóque materno similiter obseruatum est, partim ex iure ciuili vetustiore, partim ex iure prætorio, partim ex constitutionibus. E.B.

¶ CASVS. Multa iā mihi exposuisti, quæ in testamentis obseruanda sunt. nunquidnam aliud est? Etiam, inquit. Nam Simo testamētum faciens debet aut Pamphilum suū filium hæredem scribere, aut nominatim exhæredare. filius enim, qui in potestate est silentio præteritus testamētum rescindet. Sed ecce: Simo testamentū fecit, nulla Pamphili mentione facta. Viuo adhuc Simone atque incolumi Pamphilus decessit. nunquid valet testamentum? minimè. Quid enim ab initio nō valuit, ex postfacto non conualescit. Posteà, magister barbarus, & indoctus nobis veteres narrat fabulas. Hoccine est pueros instituere, inani loquacitate institutiones istas infarcire, cuius tamen intellectus esset sine Theophili, aut Caij auxilio vel obscurissimus. Cor. Vib.

Not. summariū. Item qualiter quid dicatur nominatim fieri. Item, ꝙ nomen appellatiuū, quod nō verificatur nisi in vno, habet vim nominis proprij. Syl.

TITV. XIII.

DE EXHAEREDATIONE liberorum.

¶ *Qui filium habet in potestate, si ritè testari velit, opere- [illegible] aut instituat, aut nominatim exhæ- [illegible] etenim præteritione vsque adeo nullum fit testamentum, vt etiam si, viuo patre, decesserit, non conualescat. In filiabus autem cæterisque per virilem sexum descendentibus, longè diuersam ratione tenuit anti- quitas, vt ex hoc textu degustare potes.*

NOn* tamē vt omnino [a] * valeat testamentum, sufficit hæc obseruatio, quam suprà [b] exposuimus: sed qui filium [c] in potestate[d] habet, curare debet, vt eum hæredem instituat, vel exhæredem nominatim faciat. Alioqui si eum silentio præterierit [e], inutiliter testabitur: adeo [f] quidem vt * si viuo patre, filius mortuus sit, nemo[g] hæres ex eo testamento existe-

* Ex Ga. li.2.ti.

* Alias, omnimodo.

* & si.

¶ a Non tamen vt omnino. Licet dicta obseruatio s̄. de test. ór. solennis sit: non tamen, &c. Vel sic. s̄. de ea obseruatione, quæ est circa fidem & probationem, satisdictum est, nunc de ea, quæ est circa pietatem dicendum est: & licet ea obseruatio, quæ circa fidem est, satis diligens sit: non tamen, &c.

¶ b Suprà. s. in titul. de testam. ord.

¶ c Filium. Etiam militem: vt ff. de li. & posth. l. filiusfamilias.

¶ d In potestate. secus in emancipato iure ciuili: sed idem iure prætorio: vt j. eod. l. emancipatos.

ADDITIO. Imò hodie præteritus dicit nullum etiam de iure ciuili, sicut in potestate constitutus: vt per gl. in §. exhæredatos. in gl. noluit. in authen. de hæredi. & fal. Angel.

¶ e Præterierit. scilicet nec instituendo, nec exhæredando: vt infrà de hæred. quæ ab intesta. §. eadem nec ipso iure valet: vt C. de liber. præter. l. maximum.

¶ f Adeò. s. inutiliter testabitur.

¶ g Nemo. ff. de iniust. rup. testa. l. filio. §. si contra. Sol. ibi filius viuit, hîc nō. Vel hîc iure stricto, ibi æquo. Acc. Adde, quòd solutio est, quòd aut filius moritur viuo patre, & testamentum omnino est nullum, vt hîc: aut superuixit patri: & si dixit testamentum

tum nullũ, nõ valet. si verò tacuit, & approbauit, licet de subtilitate sit nullum, de æquitate recõualescit: & ita communiter tenetur hîc. Syluester.

¶ a Non cõstiterit. Aliud si cõstitit: licet posteà rumpatur: puta agnatione posthumi, q. postea morit: q. a tunc reconualescit testamentũ: vt ff. de iniu. rup. test. l. posthumus in prin. & j. eo. §. posthumi. ibi, quod & filio, &c. Nec est mirum: quia si ab initio rũpitur agnatione posthumi: eo mortuo cõualescit, arg. ff. de reg. iur. l. quod ab initio. ¶ Adde hoc verum, si posthumus moriatur ciuiliter, & naturaliter: secus si ciuiliter tãtùm: quia testamentum non reconualescit. l. vxorem. ff. de iniusto testa. Syl.

re possit: quia ab initio non constiterit[a] testamentũ. Sed nõ ita[b] de filiabus, & aliis per virilẽ sexu descẽdẽtibus liberis vtriusque sexus antiquitati fuerat obserua tũ. sed si nõ fuerãt scripti hæredes, scriptæve, vel exhæredati exhæredatæve teestamentũ quidẽ nõ infirmabatur[c]: ius tamẽ* accrescendi eis ad certã portionem[d] præstabatur. Sed nec[e] nominatim eas personas exhæredare parentibus necesse erat: sed licebat inter cæteros[f] hoc facere.

*autem.

¶ *Exhæredatio nominatim fit dupliciter. Areti.*

¶ Nominatim autem quis exhæredari videtur: siue* ita exhæredet: TITIVS FILIVS MEVS EXHAERES ESTO. siue* ita: FILIVS MEVS EXHAERES ESTO: nõ adiecto ꝓprio nominè: scilicet si ali⁹ filius non extet[g].

modò vt nominet, veluti si dicat, Pamphilus exhæres esto: verùm etiam quum alium non habet filium, si simpliciter dicat, filius meus exhæres esto. Quid si Isaachus dixerit, filius meus rursus exhæres esto? valebit. Intelligitur enim Esaus. C. Vib.

*si.

¶ g Non extet. Item aliis modis: vt omnes liberi mei sint exhæredati: & si sit vnus tantùm: vt ff. de lib. & post. l. Titius. in princ. Item si dixerit alia verba quæcunque, dummodò certa: vt ff. si cerpet. l. certũ. de iniu. rup. test. l. posthumi. §. nominatim. & ff. de lib. & posthum. l. j. & ij. sed secus, si dicat filium meũ instituo: cæteros liberos exhæredo. vel Seium extraneum instituo: liberos autem exhæredo. & hîc non dicit omnes, vt non contradicat princ. glos. [Adde quòd hæc glos. cõmuniter reprehenditur: quia non differunt omnes, & cæteri. l. cæterorum. ff. de verb. sign. Syl.] Nam dicor exhæredare filium inter cæteros: quia mistio fit cum cæteris in remotioribus gradibus cõstitutis, vnde non valet, cùm debeant exhæredari nominatim, vt hîc dicitur.

*si.

¶ b Sed nõ ita. No. ex vna parte ponit filios tãtùm, ex alia filias. & omnes ex masculis, vel fœminis descendentes.

¶ c Non infirmabatur. Contrà. j. eo. §. sed fœminini. Sol. vt ibi.

¶ d Ad certam portionem. scilicet dimidiam eius, quod ab intestato habituri essent: vt C. de lib. præte. l. maximum. circa medium, ibi, cùm enim per contra tabulas, &c.

¶ e Sed nec. Hæc est secunda differentia inter prædictas personas.

¶ f Inter cæteros. scilicet hoc modo: vnum de filiis meis exhæredo, vel vno instituto, sic dico, reliquos exhæredo. nam nisi diceret, cęteros exhæredo: licet dicat, filium meum exhæredo, cùm plures habeat, nemo exhæredatus videtur: vt ff. de lib. & posthum. l. ij. sed secus erit in istis. nam bene valet, vt hic dicitur.

ADDITIO. Nominatim autẽ est, cùm quid suo nomine, vel demonstratione, quæ nominis vice esse possit. ostenditur: nec generali nomine duntaxat, sed speciali, & proprio compræhenditur, patet. ex l. posthumi. §. nominatim. de iniu. rup.

¶ Nominat m CASVS. Quid appellas Exhæredare nominatim? non

Posthumi quoque CASVS. C. Rabirius quum liberos haberet nullos, sed tantùm vxorem grauidam, testamentum scripsit, verbum de posthumo nullum faciens, ferrè quod graui dam se habere vxorem ignoraret. Eo

¶ *Posthumus, [illegible] ab initio infirmatur [illegible] rit posthumus: quo non nascente, firmiū [illegible]*

¶ Posthumi quoque liberi vel hæredes institui [a] debēt vel exhæredari. Et in eo [b] par omniū [c] conditio est, quòd & filio posthumo* & quolibet ex cæteris liberis, siue fœminini sexus, siue masculini [d] præterito, valet quidem testamentum: sed posteà agnatione [e] posthumi, siue posthumæ rumpitur [f], & ea ratione totum infirmatur [g]. Ideóque si mulier ex qua posthumus, aut posthuma sperabatur, abortum [h] fecerit, nihil impedimento est scriptis hæredibus ad hæreditatem adeundam. Sed fœminini quidem sexus personæ [i]* vel nominatim, vel inter cæteros exhæredari solebant: dum tamen si inter cæteros [k] exhæredarentur, aliquid eis legaretur, ne viderentur

defuncto nascitur posthumus. quæro an valeat testamentum? minimè. Sed qua de causa? vtrúmne præteritione posthumi, item vt filii: an vero agnatione? Agnatione, inquit. Quid si mulier abortum fecerit? valebit testamentum. Posthumi nanque nomine non continetur abortiuus. Quid si nata sit posthuma? Testator eam nominatim exhæredare non cogitur, sed tantùm ei aliquid legare. veluti, Posthumæ meæ, si qua nascetur, centum aureos lego. Corn. Vib.

¶ a Institui. Ista institutione ex præsenti matrimonio nascituri, & ex futuro institui videntur: vt ff. de libe. & post. l. placet. & l. j. ideóque. Quid in exhæredatione posthumorum, an omnes siue ii, qui sunt in vtero tantùm, an alii qui sunt nascituri ex præsenti matrimonio, vel futuro intelliguntur exhæredati? Respon. non: cùm masculi debeāt nominatim exhæredari, vt j. eodem. §. masculos. Accursius.

*enim.

ADDITIO. Et hæc vera: licet glos. teneat contrarium in dicta l. placet. quam saluat Ioannes Fab. vbi essent apposita verba multiplicatiua, vel vniuersalia, quisquis, quicunque, & similia: secus, si indefinita tantùm, vt hîc.

¶ b In eo. s. quod sequitur: quod & filio, &c.

¶ c Omnium. s. posthumorum ex se nasciturorum, & ex filiis suis: licet in iam natis non sit par conditio: vt suprà eodem. §. sed non ita.

¶ d Masculini. Siue ex masculo, siue ex fœmina.

¶ e Agnatione. id est, natiuitate. sic j. quib. mod. test. infir. §. j.

¶ f Rumpitur. Si verò exhæredabatur, de inofficioso agebatur: vt j. de inoffic. testa. §. posthumi. Hodie verò exhæredari non possunt: vt C. de inofficio. testament. l. si quis. §. legis.

Posthumi hodie exhæredari non possūt.

¶ Adde hoc esse eo, quia cū exhæredatio non valeat sine iusta causa, posthumus autem non possit committere, non potest exhæredatio illius valere. & ponit glos. fina. Syl.

¶ g Infirmatur. Hic adde quod est ff. de milit. testa. l. si filiusfamiliâs. l. j.

*posthumæ.

¶ h Abortum. Qui est pro non nato: vt ff. de verb. sig. l. qui mortui. & C. de posthu. hæred. l. j. Accursius.

ADDITIO. Idē in seminato mortuo ante, quàm perfectè extrahatur. Secùs tamen in nato ex secto ventre, qui non declinat ad monstrum, dummodo habeat pulsum etiam si vocem non emiserit. Vide Ange. hîc.

¶ i Personæ. scilicet posthumæ. nam iam natis fœminis non erat necesse legari: vt C. de libe. præte. l. maximum. in fine. & suprà eodem. §. sed nō ita.

¶ k Inter cæteros. Hodie per constitutionem omnes nominatim: vt infrà eodem. §. sed hæc. versic. nostra. Sed nouissimo iure non, cùm non sunt ingrati: vt in authent. vt cum de ap. cog. §. aliud.

ADDITIO. Quæ causa debet exprimi, & per hæredem probari: vt in authen. ex causa, C. de lib. præteri. Ang.

¶ Posthumorum. CASVS. Aurelius habet

habet filium Luciũ in potestate, & ex eo nepotẽ: quæro si testamentũ faciat Aurelius, vtrius mentionem facere debeat? Filii. Quid si nepotem præterierit? nihil id testamento nocebit. Quid verò si Lucius aut mortuus sit, aut de patris potestate exierit? Tunc nepos in eius succedet locũ, fitque heres suus: ideòque præteritus agnascendo rũpit testamentũ. Cor. Vib.

*exhæredentur.

Not. quòd hi nepotes subintrãtes gradum suitatis, dicuntur quasi posthumi, & sic non verè. Itẽ, quòd suus hæres dicitur, qui obtinet primum gradũ suitatis. Item, quòd semper debemus interpretari, vt testamentũ valeat. Syl.

a Posthumorũ. Sic ff. de iniust. rupt. testament. l. posthumorũ. vbi omnino habet iste §.

b Loco. Non tamẽ veri posthumi sunt: vt j. eodẽ §. hoc in fine.

c In sui hæredis. Infrà de hæredũ quali. & differ. §. sui.

d Agnascendo. Id est, subeũs, vel posteà nascendo, sicut posthumus verus non enim nascitur, cùm natus sit: vt s. de adoptionibus. §. j. Vel dic agnascendo. i. incipiendo esse

præteritæ esse per obliuionem. Masculos verò posthumos, id est, filios, & deinceps placuit nõ aliter rectè exhæredari, nisi nominatim exhæredarẽtur*: hoc scilicet modò: Quicũq; mihi filius genitus fuerit, exhæres esto.

¶ *Ex filio nepos viuo patre suus hæres, non est, quãuis in eius sit potestate: sed viuo auo si patrem mori contige-* [illegible]

¶ Posthumorũ[a] autẽ loco[b] sunt & ii, qui in sui hæredis[c] locum succedendo, quasi agnascendo[d] fiũt parẽtibus[e] sui hæredes. vt ecce, si quis filiũ, & ex eo nepotem neptẽmve in potestate habeat: quia filius gradu præcedit, is solus iura sui hæredis habet, quamuis nepos quoque & neptis ex eo in eadẽ potestate sint. Sed si filius eius, viuo eo, moriatur, aut qualibet alia ratione exeat de potestate eius: incipit nepos, neptisve in eius locũ succedere: & eo modo iura suorũ hæredũ quasi agnatione nãciscitur*. Ne ergo eo modo rũpatur* eius testamentũ: sicut ipsũ filiũ, vel nominatim exhæredare debet testator, ne nõ iure faciat testamentũ, ita & nepotem, neptemve ex filio necesse est[f] ei vel hæredẽ instituere, vel exhæredare: ne forte, eo viuo[g] filio mortuo, succedendo in locum eius nepos neptisve, quasi adgnatio ne rumpat testamentũ. Idque lege Iulia Velleia[h] *prouisum est: in qua similis[i] exhæredationis modus ad similitudinem posthumorum demonstrantur.

*nãciscuntur. D.
*rũpãt.
*In P. F. ubiq; scriptũ est, Iunia Vellea.

¶ *Emancipati quo-* [illegible]

agnati, quoad effectum succedendi

e Parentibus. scilicet masculis. nam testamentum fœminæ non rumpitur per legem Velleiam: vt ff. de liber. & post. l. Gallus. §. nunc de lege. ibi, nam & si ita verba sũt. sed per querelã irritatur: vt C. de inoffi. test. l. iij. & j. eodem. §. mater.

f Necesse est. Causatiuè, s. ne rumpatur testamentum, vt sequitur: non præcise: vt C. de adoptionibus. l. penulti. §. quæ in filio.

g Eo viuo. Secus, si post: vt ff. de iniust. rup. test. l. si qs filio. & in hoc differt à vero posthumo. Itẽ differt ab ascendentibus: vt ff. de inof. testam. l. pater filium.

h Velleia. Nomen est cuiusdã nouæ legis: sed ius Galli Aquilii antiquius est: & loquitur in vero posthumo, vt ista tĩ dicã, vt ff. de liber. & posth. l. Gallus. §. si eius qui filium.

i Similis. In veris posthumis talis erat modus: si, me mortuo, nascetur mihi filius intra decem menses: vt ff. de lib. & posthum. l. Gallus. j. respon. & §. j. ij. iij. & iiij. sic ergo & hîc per legẽ Velleiam, si suus hæres suus esse desierit, viuo testatore: vt ff. de libe.

& posth.l.Gallus.§.vidēdum est num. & in hoc habet locum lex Velleia. sic etiam est paritas ab intestato: vt j.de hære.quæ ab intestat.§.cùm autem.

ADDITIO Pro, similis, Aemy.Ferret.legit Simul. qs em̄(ait) sic loquitur, similis ad similitudinē? Est autē sēsᵒ non solùm lege Velleia secūdo capite fuisse cōstitutū, queādmodū nepotes, quasi noui (vt ita dicā) sui agnascendo nō rūperēt testamentū: sed simul idēmo dᵒ exhęredationis, q. de posthumo traditus est, obseruetur, s. vt hi nominatim exhęredādi sint, si fuerint masculi, fœminę verò saltē inter cæteros, dūmodo ex legato ostēdatur nō fuisse præteritas per obliuionem.

¶ Emācipatos. CASVS. Metellᵒ filiū emancipauit: testamētūmq; faciēs mētionē eiᵒ prætermisit. quæro, an valeat testamētū? Iure duodecim tabularū valet, q. a emancipati non iā sui, sed alieni sunt. Prætor verò dat eis postulantibus patris bonorū possessionem: contra quā pater in tabulis scripserat. Cor. Vib.

¶ Not. emancipatos incognitos esse à iure ciuili. Item, quòd emancipati de iure Prætorio possunt contra tabulare testamentum. Item, quòd testamentū, in quo emancipatus est præteritus, non est ipso iure nullum. Hodie tamen ex quo differentia emācipationis, & patriæ potestatis sublata est, nōn est differentia inter ipsos. Syl.

¶ a Iure ciuili. Sic. j. de hæ. quæ ab intest. §. emancipati.

¶ b Necesse est. Nam nihilominus tenet testamentum. aliud in eo, qui est in potestate: vt s. eod. in princip.

¶ c Sui hæredes. Supple: & quia debent esse hæredes sui: aliàs non esset bona ratio: cùm filii necesse habeant patres instituere: licet non sint patres sui hæredes ad filios. Filius autem emancipatus per capitis deminution ē desinit agnatus esse, & remanet cognatus, q. nō cognoscitur à iure ciuili: vt j. de here. quæ ab intest. defer. §. emācipati. & s. de legi. agna. tute. §. fin. & ff. de bono. poss. l. sed cum patrono. §. j. Accur.

¶ d Fœminis. Licet in suis esset differētia inter masculos & fœminas iure ciuili. vt s. eod. §. j.

e Exhæredatis. s. ritè. aliàs autem exhæredato datur contra tab. vt ff. de bo. poss. contra tabu. l. non putauit. §. nō quæuis. Item etiam institutis datur contra tab. si alius committat eis edictum vt ff. de contra tab. l. iij. §. si pater. ver. planè. & ff. de leg. præstan. petita bonor. posses. contra tab. l. si duo.

(quamuis iure ciuili succursum nō sit) iure prætorio bonorum possessio cōtra tabulas datur.

¶ Emancipatos liberos iure ciuili [a], neque hæredes instituere, neque exhæredare necesse est [b], quia non sunt sui hæredes [c]. Sed prætor oēs tā fœmini [d] sexus quod masculini, si hæredes non instituantur, exhæredari iubet: virilis sexus, nominatim: fœminini verò * inter cæteros: quia si neque hæredes instituti * fuerint, neque ita (vt dixim*ᵒ*) exhæredati [e] *: permittit * eis Prætor, contra tabulas testamenti bonorum possessionem.

*& · *instituūtur. · *exhæredentur. · *promittit.

¶ *Adoptiui quandiu in adoptantis nexibus constituti sunt: haud secus quā naturales liberi instituēdi vel exhærendā di sunt: adoptione verò soluta impune ab adoptante patre præsereūtur: quo tamen ad naturalem patrē tanquā ab eo emancipati haberi incipiunt.*

¶ Adoptiui liberi quādiu sunt in potestate patris adoptiui, eiusdem iu-

¶ Adoptiui CASVS. Mitio adoptauit Aeschinum, éúmque tamen in testamento prætermittit, quæro an testamentū rumpat? maximè. Nam adoptiuorū ius idē est, quod naturalium. Quid si eum Mitio emācipauerit? eadē est eius ratio, ac si à patre Demea emancipatus fuisset. quare præteritus à Demea bonorum possessionem contra tabulas obtinebit, id est, Prætor permittet ei patria bona possidere, æquè, ac si hęres esset, neque scripto hæredi petendæ hæreditatis causa actionem, ac iudicium dabit. Quid ergo iudicas de Centumuirali iudicio (de quo Valer. Maxim. lib. 7. cap. 7:) quo naturalis patris testamentum, in quo filius in alienā familiam per adoptionem traductus præteritus erat,

erat, rescissum est? Contra ius commune singulari aliquá ratione id factum esse. nã (vt hîc dicitur) adoptiui, quandiu in adoptione sunt, pro extraneis habentur. Mouit ergo Centumuiros quædam singularis ratio, quã Val. Max. non debuit omittere. item vt eodẽ capite C. Piso Præfectus vrbis motus est ratione singulari, cũ testamentum filii in adoptionem dati, quo naturalis pater erat præteritus, *abfunt. rescidit. Octo enim, inquit, filios habebat. Et exhæredatus dixit Valerius, ꝑ præteritus. neque enim pater exhæredari potuit. Cor. Vib.

¶ a Habentur. Quo ad adoptiuum patrem.

¶ b Instituendi. Ab adoptiuo patre. Accur.

¶ c Iure ciuili. Quod. s. ius ciuile (scilicet adoptionis) quo vocantur sui adoptiui ad hæreditatem, alio iure ciuili. s. per emãcipationẽ sublatũ est, quod esse potest: vt s. de le. agn. tut. §. fi.

*ab ipso ¶ d Attinet. Qđ vocat emancipatos: vt §. proxi. §. & est ratio: quia desinunt esse filij. Sed naturales non possunt desinere esse filij per emãcipationem: vt j. de hæred. quæ ab intest. §. minus ergo. ibi, nec quia.

¶ e Extraneorum. ff. de contra tabul. l. j. §. & sui iuris.

¶ f Patre. ff. de bon. poss. contra tab. l. si emancipatus. §. pen. in fin.

¶ Sed hæc quidem. CASVS. Imperator differentia marium ac fœminarum sublata, sanxit, vt eadem ratione tam mares quàm fœminæ exhæredentur, siue posthumi, siue iam nati, siue emancipati, & siue primo, siue inferiori gradu sint. Cor. Vib.

...ris habentur[a], cuius sunt iustis nuptiis quæsiti. Itaq; hæredes instituendi[b], vel exhæredandi sunt, secundum ea, quæ de naturalibus exposuimus. Emancipati verò à patre adoptiuo, neque iure ciuili[c], neque eo iure * qđ ad edictum Prætoris attinet[d], inter liberos connumerantur. Qua ratione accidit, vt ex diuerso (quod ad naturalem parentem attinet) quandiu quidem sunt in adoptiua familia, extraneorum[e] numero habeantur: vt eos neque hæredes instituere, neque exhæredare necesse sit. cum verò emancipati fuerint ab adoptiuo patre[f], tunc incipiant in ea causa esse, in qua futuri essent, si à *naturali patre emancipati fuissent.

¶ *Sublata veteri differentia, recentiori iure sancitum est: vt iisdem testamen[illegible] & fœminæ instituantur, vel exhæredes fiant, idq; in reliquis liberis, vt putà nepotibus, neptibus, & deinceps, necnon & in posthumis, & emancipatis filiis obseruare conuenit.*

¶ Sed hæc[g] quidẽ vetustas[h] introducebat, nostra verò constitutio[i] inter masculos & fœminas in hoc[k] iure nihil interesse[l] existimans: quia[m] vtraque persona in hominũ procreatione simili *naturæ officio[n] fungitur: & lege antiqua[o] duodecim tabularum omnes similiter ad successionem ab initio vocabantur: quod & Prætores posteà secuti esse videtur[p]: i-

¶ g Sed hæc. scilicet supradicta à principio tit. vsque ad §. emãcipatos. Et dic hæc scilicet differentiam sexus & gradus, & modi exhæredationis: vt supra eo. §. j. & §. posthumi. & §. sed fœminini. non autem dicit de iis, quæ postea vsque modo dicta sunt à §. illo emancipatos.

¶ h Vetustas. id est, media iuris prudẽtia, vt statim sequitur.

¶ i Constitutio. C. de lib. præt. vel exhær. l. maximum.

¶ k In hoc. Aliàs enim multæ differentiæ sunt: vt ff. de sta. ho. l. in multis. *similiter.

¶ l Nihil interesse. Vt in auth. quib. mod. natura. effi. sui. §. nõ autem.

¶ m Quia. Prima ratio.

¶ n Officio. id est, simili officio. vna enim indiget altera ad procreationem sobolis, & hæc est prima ratio l. xij. tab. vt C. de leg. hæred. l. legem.

¶ o Lege antiqua. Argumentatur ex iure antiquo. Sic s. qui manum. l. non pos. §. fin. & hæc est secunda ratio.

¶ p Videntur. scilicet dando filiæ bo. poss. contra tabul. in totum: licet non possit dicere nullum. vt C. de lib. preter. l. maximum. ibi, & si ii, sic fuerit

præteritus,&c. & hæc est tertia ratio. Accursius.

¶ Adde, quòd hæc omnia latiùs ponit glos.quàm sequen.doct.in d.l.maximum vitium.Sylues.

valeat eius testamentum? Valere respondet, idque honori militantium tributum esse.Cor.Vibul.

deo simplex [a]; ac simile ius, & in filiis; & in filiabus, & in cæteris descēdentibus per virilē sexū[b] personis,non solùm iā natis, sed etiā posthumis introduxit: vt omnes siue sui, siue emācipāti sint,vel hæredes instituātur, vel nominatim exhæredentur,& eundē habeant effectum[c] circa testamēta parentum suorū infirmāda,& hæreditatem auferendā;quā filii sui, vel emancipati habent: siue iam nati sint, siue adhuc in vtero cōstituti, posteà nati sint[d]. Circa adoptiuos autē filios certā induximus diuisionē, quæ in* nostra cōstitutione[e], quam super adoptiuis tulimus,continetur.

¶ *Præteritio militis in expeditione testātis, si scit se h[illegible] liberos, pro exhæredatione habetur.*

¶ Sed si in expeditione occupatus[f] miles testamentum faciat, & liberos suos iā natos, vel posthumos nominatī non exhæredauerit,sed silentio * præterierit, non ignorās[g], an habeat liberos silentiū eius pro exhæredatione [h] nominatim facta valere, cōstitutionibus principum * cautum est.

¶ *Matris aliorúm-*

¶ a Simplex. Ad differentiā antiquæ distinctionis:vt s̄.eo.§.j.

¶ b Per virilem sexum. Quid de descendentibus per fœmininū? Respon. admittuntur,sed cum deminutiōe tertiæ partis: vt j. de hæred. quæ ab intest.§.item vetustas.versic. diu. & C.de decollatio.l.illā.

¶ Adde; q̄ hodie sublata est differētia, & æqualiter, & sine deminutiōe succedunt.auth. & sine. C. de coll. Sylvest.

Hæres suus præteritus habet duo remedia, emancipatus vnicum.

¶ c Eundem habeant effectum. Quo ad cōmodum,diuerso tamen iure, nam suus præteritus & dicit nullum, & contra tab.habet, si non vult dicere nullum, quando præteritus est.Sed emancipatus tantùm habet contra tabu. vt C. de lib.præte.l.maximum.§.sancimus itaque,&c.& ff.de leg.præstā.l.is,qui. Si autem exhæredentur, habent querelam omnes:vt ff.de contra tab. l.nō putauit.§.non quæuis. & de inoffi.testa.l. Papinianus.

*abest

Querela datur emancipatis.

¶ d Posteà nati sint. Qui exhæredari non possunt:vt diximus s̄.eod.§.posthumi.

¶ e Constitutione. C. de adop. l. cum in adoptiuis.& recitatus.s̄. de adopt. §.sed hodie.

¶ Sed si in expeditione.CASVS.Thrasymachus dum in castris esset,testamentum condidit.cùm liberos haberet,neque id ignoraret,nullam tamen eorum mentionem fecit: quæro, an

¶ f Occupatus. Quid,si non est in expeditione? Resp.ius commune obtinet:vt s̄.de mil. test.§.illis.

¶ g Non ignorans. Si enim ignorat,non valet testamentū: vt C.de test.milit. l. sicut certi iuris. nisi fuerit eius animi,vt si filiū haberet, esset exhæres: vt ff.de mil. test.l. q iure militari.

¶ h Pro exhæredatione.Ideó que querela inofficiosi testamēti agitur,sed hoc cū miles est paterfamilias: nā tunc non potest habere locū castrense peculium si enim esset filiusfamilias, non haberet locum querela:vt C.de inoffic. testamen. l.fin.§.fin.

*abest. Præteritio an habeatur pro exhæredatione.

¶ Adde rationē:quia cùm filiusfamiliās nō testetur nisi in castrensibus, vel quasi non subiacent talia bona, & peculium tale querelæ. l.fin.C.de inofficio.testam.Hodie verò indistinctè subiacet querelę,vt per Bartol. & alios in authent. ex causa. C.de liber.præter. Syl.

*l.sicuti & l.si cū C.de mil. test.

[illegible] Ista glos.hodie est falsa: vt not. suprà de mil. testa. §. illis autem.in glos.super verbo,iure tamē communi.

¶ Mater. CASVS. Tulliola filiū habuit:quū ea testamentum faceret,nullam filij mentionē interposuit.quæro quid iuris? Præteritione, inquit, non modò mater, sed & auus, & proauus materni liberos exhæredāt.Cor.Vib.

¶ Not. præteritionem maternam haberi pro exhæredatione. Itē hoc iure non dari contra tabulas,contra testamentum

vt per lineam maternam ascendentiū præteritio vim exhæredationis obtinet: idcirco ad eorū successionem citra querelam aspirare non potest præteritus filius.

Mater[a], vel auus maternus necesse non habent liberos suos, aut hæredes instituere, aut exhæredare, sed possunt eos silentio* omittere: nam silentiū matris, aut aui materni, & cæterorum per matrem ascendentium, tantùm facit, quantum exhæredatio patris. neq; enim matri filium, filiámve, neque auo materno nepotem, neptémve ex filia, si eum, eámve hæredem non instituat, exhæredare necesse est: siue de iure ciuili[b] quæramus, siue de edicto[c] Prætoris, quo Prætor* præteritis liberis contra tabulas bonorum possessionem* permittit: sed aliud eis[d] adminiculum seruatur, qđ paulò post[e] vobis manifestum fiet.

*abest.

TIT. XIIII.

DE HAEREDIBUS instituendis[f].

Liber homo, vel seruus proprius, vel a- [illegible]

Hæredes * in-

mentum matris prætereuntis. Item, quòd nec iure ciuili, nec prætorio requiritur exhæredatio in testamento matris, vel eius lineæ. Itē, quòd Prætor non annullat testamētum, in quo filius est præteritus: sed dat cōtra tabulas. Itē, quòd preteritis à matre nō datur ius dicendi nullū, aut cōtra tabulandi: sed querela inofficiosi. Itē, quòd dictio Paulò post, verificatur in magno interuallo. Syl.

a Mater. Idē intelligo in silētio liberorū ad maternā lineā: vt C. de inofficioso testamen. l. cùm filiū. Accursius.

*abest.

ADDITIO.

Et hæc vera, quando fuit inserta causa, & tunc hoc (quo ad matrem, vel eius lineam) habetur pro exhæredatione: & habet locū querela, vt hîc. Quo autem ad patrē & eius lineam, si sit facta præteritio à filio in potestate, competit ius dicendi nullum: si ab emancipato, datur cōtra tabulas. Sed hodie non expressa causa testamentū est nullum: vt §. j. in authen. vt cùm de appellatio. cog.

b De iure ciuili. Quia nō habet eos in potestate: vt infrà de hæredum qualitate & differentia. §. cæteri.

c Edicto. Quo emancipati vocantur: vt suprà eodem. §. emancipatos. quia eos non potest emancipare: vnde contra tabulas locum non habet: vt hîc, & ff. de contra tabulas. l. illud. §. testamenta.

d Eis. scilicet descendentibus per lineam fœmininam. datur tamen & aliis, sed his maximè: vt C. de inofficioso testa. l. filiam.

e Paulò post. Vt infrà de inofficio. testa. per totum.

DE HAEREDIBUS instituendis.

Continuatur hoc modo: Vidimus de ordinatione testamentorū in tit. de test. ordi. Verùm quia causa efficiens fuit necessaria: ideo postea posuit de personis testantium: vt in tit. de mili. test. & qui testari nō possunt. in titu. quibus licet facere testamēta, vel nō. aliàs est tit. quibus non est permissum facere testamētū. Verùm quia in testamentis hæredes instituuntur: videndum est ergo de hoc in hoc tit. Aretin.

*abest.

*Alias promittit recte.

f Instituēdis. id est, qui possunt institui: vt infrà eod. vsque ad §. si plures. & §. fin. Item & qualiter debeāt institui: vt j. eo. §. si plures. vsque ad §. fin.

*Ex Vlpia. epi. tit. 21. 22.

ADDITIO. Instituere autem, est hæredem in eo iure quod testator habet, statuere. Substituere verò, sequenti gradu in eodem iure statuere.

Hæredes. Totus iste titulus diuiditur in septem partes. Primò ponit regulam generalem, quòd non solùm liberi, sed etiam serui. & non tantùm proprij, sed etiam alieni possunt hæredes institui. Secundò declarat qualiter proprius seruus potest institui, & quis dicatur proprius

seruus. Tertiò quis dicatur alienus, & quomodo potest institui. Quartò, quod non tantùm vnus, sed etiã plures possunt hæredes institui. Quintò ponit diuisionem portionum hæreditatis, & de effectu ipsius. Sextò de institutione sub conditione. Septimò, quòd etiam ignotus testatori potest hæres institui. Secunda ibi, Proprios autem. Tertia ibi, Alienus seruus. Quarta ibi, Et vnum hominem. Quinta ibi, Hæreditas plerunque. Sexta ibi, Hæres & purè. Septima ibi, Hi quos. Vel diuidas vt diuidit hîc glos. tit.

stituere [a] permissum est[b], tam liberos homines, quàm seruos: & tam proprios[c], quàm alienos[d]. Proprios autem olim quidem secũdum plurium sententias* nõ aliter, quàm cum libertate rectè instituere licebat, hodie verò etiam sine libertate ex nostra constitutione[e] hæredes eos[f] instituere permissum est. Quod non per innouationem[g] induximus: sed quoniam æquius erat, & Attilicino placuisse Paulus suis libris, quos tam ad Masurium Sabinũ, quàm ad Plautium scripsit, refert. Proprius autem seruus etiam is intelligitur, in quo nudam proprietatem[h] testa-

* sententiam T.

CASVS. Aueo nunc ex te audire quosnam hæredes iure instituere possimus. ac de liberis quidem hominibus, & ciuibus Rom. nũquám mihi in dubium venit: sed ecce, Simo Dauum habet seruũ, quæro an hæredem eum instituere possit, quũ serui nihil proprium habeant? Respõdet posse. Quid autem si tantùm Daui proprietatem habeat, alius verò vsumfructum? Tantundem. Quid, si neque proprietatem neque vsumfructum? Tantundem. Syl.

¶ Not. quemlibet tam liberum, quàm seruum hæredem institui posse. Item, quòd hodie sine mentione libertatis potest quis hæres institui. Item, quòd libertas tacitè dari potest. Item, quòd proprium dicitur respectu nudæ proprietatis. Item, quòd opinio vnius doctoris quando est fulcita pluribus rationibus, attenditur contra opinionem plurium. Syl.

¶ a Hæredes instituere. Quasi dicat dominos intus in bonis suis facere. nam hæres, i. dominus: vt ff. de hæred. qual. & diffe. §. fi. ibi, pro hæred. Item ideo dixi intus, quia tũc subintrat hæres in dominium rerum defuncti, acsi eadem persona esset: vt in auth. de iureiuran. à mori, §. primo. ibi, cum vtique. & ff. quibus ex causis maio. l. cum miles. in fine primi respon. Accur.

¶ Adde glo. quæ hoc optimè declarat in l. omnium. C. de testa. secùs tamen est in possessione. l. cùm hæredes. ff. de acquir. posses. Syl.

ADDITIO. Non tamen est idem dominiũ, quod erat penes defunctum: sed fingitur esse idem. Secùs autem in possessione, quã volens perdere, & in aliũ transferre, statim perdit, & noua renascitur statim quòd est apprehensa: & intelligitur semper fuisse continuata, si iterum à nemine fuit occupata. Angel. — Possessio hæredis an sit eadem cum possessione defuncti.

¶ b Permissum est. s. à iure.

¶ c Proprios. scilicet seruos.

¶ d Alienos: Sic ff. eod. l. non minus.

¶ e Constitutione: vt C. de ne. ser. hæred. instit. l. cum quidam.

¶ f Eos. scilicet proprios seruos.

¶ g Non per innouationem. Quasi dicat, non induximus hoc de nouo, sed apud antiquos hoc idem dixerat Attilicinus, vt subiicit. Sed contra supra quib. ex cau. ma. non licet. §. idémque iuris. ibi: Noua humanitatis, &c. Solu. iste Iustin. non inuenit, sed rationem reddit, cùm non sit verisimile, &c. vt ibi, vel aliter. Attilicino placuit & Paulo, sed in legis necessitatem non deduxerunt. sic & s. de test. §. sed neque hæres. Iustin. verò in legis necessitatem induxit: vt ex ipsa institutione liber esse videatur. Item, nunquid corrigitur, quod aliàs dicitur, scilicet, quòd purè institutus, est sub conditione liber: quia expectatur conditionis euentus: vt ff. eo. l. seruus. §. j. & l. quoties. §. fin. & l. qui filio. §. j. Resp. nõ: quia istud locum habet, quòd hîc dicitur, quando libertas nec est data expressè, nec fuit retardata: at ibi expressè fuit retardata.

ADDITIO. Quòd autem dicitur in textu, ad Sabinum, ad Plautium: sic accipe, Annotationes ad libros Sabini, & Plautij.

¶ h Nudam proprietatem. Vt iste liber

tor habet, alio vsumfructū habēte.

Seruus accusatus de crimine adulterij cō missi cum domina sua, non potest ante sententiam manumitti, nec ab ea hæres institui. Aretin.

¶ Est tamen casus, in quo nec cum libertate vtiliter seruus à domina hæres instituitur: vt constitutione [a] diuorū Seueri, & Antonini cauetur: cuius [b] verba hæc sunt[c]: Seruū adulterio maculatū [d]*, non iure testaméto manumissum[e] ante sententiā ab ea muliere videri, quæ rea fuerat eiusdem criminis postulata [f], rationis est. Quare sequitur, vt in eundē à domina collata hæredis * institutio, nullius momenti habeat[g].

¶ Seruus in quo quis habet vsumfructū, dicitur alienus: & ideo institutus cum libertate ab vsufructuario non consequitur libertatem ipsam. Aret.

Alienus seruus etiam is intelligi-

ber, & hæres necessarius sit: vt suprà eodem. j. respon. sed tamen vsufruct. perinde videtur acsi esset seruus adhuc: vt C. communia de ma. l. j. §. fin autem proprietarius.

¶ Est tamē. CASVS Sulpitius Mutiam accusauerat, q rem cum Menecrate seruo suo habuisset. Dum iudicium pendet, Mutia testamentum facit, & Menecratem hæredē scribit: quæro an valeat testamentum? minimè. Cor. Vib.

¶ No. quòd pendēte iudicio criminali, nihil est innouandum. Item, q mulier non potest manumittere, aut instituere seruū secum adulterio maculatū. Syluest.

¶ a Constitutione. s. Græca, quā non habemus. Accurs.

*adulterii accusatū. D.

¶ b Cuius. scilicet constitutionis.

¶ c Verba hæc sunt. quæ sequuntur.

¶ d Maculatū. i. accusatum. Nam aliàs est in litera, accusatū: vt ff. e. l. his verbis. §. interdū. vbi de verbo ad verbū sunt ista, quæ hîc dicuntur: excepto quod non scribitur maculatū vt hîc, sed accusatum. similis expositio dicit in libro Sapientiæ de Ioseph: Maculauerunt me impii. Et alibi in diuina scriptura: mendaces ostendit, qui maculauerunt eum, i. accusauerunt eum.

¶ e Manumissum. s. videri: vt postea subiicit: & dic manumissum simpliciter, non institutum, & ex hoc infert, quod sequitur, quòd nec cum institutione fieri potest liber, vt subiicit: quare sequitur, &c. Aretin.

¶ f Postulata. i. accusata de eodem adulterio cum seruo proprio commisso, pro quo grauiter punitur vterq;: vt C. de muli. quæ ser. pro. seiun. l. j. in prin. Quid, si cum extraneo commisit adulterium? Resp. nec tunc manumittitur vsque ad lx. dies: vt C. de adul. l. iij. & ff. de adul. l. si postulauerit. §. iubet. [Adde, quia ratio est, q eis manumissis nó possunt torqueri ad probandum delictum. l. prospexit. ff. qui & à quib. Syl.] Itē, quid, si adulteriū tale commisit, non tamen accusat adhuc? Resp. bene pōt manumittere, sed in crimine læsæ maiestatis est speciale, vt post cómissum crimen tale, nō possit manumittere, vel testari: vt C. ad leg. Iul. maiest. l. fi. & ff. de dona. l. post cōtractum. & l. donationes. §. fi.

*hæreditatis. aliâs vtrūque abest.

¶ Adde, q hoc est verum, nisi maritus fecerit diuortiū gratia accusandi. d. l. prospexit. §. fin. cum l. seq. ff. quī & à quib. Syl.

¶ g Nullius momēti habeatur. Quia si valeret institutio, valeret libertatis datio: vt s̄. eo. j. resp. & s̄. quib. ex cau. manu. nó lic. §. j. & ita nota argu. quod vbi aliquid prohibetur fieri directo, similiter & per obliquū prohibetur: sic ff. de cond. instit. l. quæ sub cōditione. §. sed si sub. ibi, sed est veriùs. Itē arg. q, cassato principali, cassatur quicquid sequitur ex eo, vel ex his. vt C. de legib. & constitutionibus. l. non dubium.

¶ Adde hoc verum, vbi est eadem ratio. l. si is. C. de præd. minor. Item vbi causatum est quid ratione temporis. l. ij. & ibi glo. ff. de luit. pignor. Aduerte tamen, quia videbatur probari contrarium ex hoc text. quia institutio non sequitur ex libertate, sed potiùs libertas ex institutione, cùm libertas sine ea esse possit: nisi respondeas, q attenditur ordo intellectus, quod ad hoc videtur, vt institutio sequatur, requiratur libertas præcedens tacita, vel expressa. Syl.

¶ Alienus. CASVS. Fuluius vsumfru-

ctum Daui serui habebat, quæro an possit eum instituere? quid adhuc dubitas, cùm etiam alienum prorsus instituere liceat? Et ad quem redit hæreditas? ad proprietarium. Cor. Vib. suam eum manumiserat: deinde iam libertate fruentem hæredem instituerit, erítne hæres necessarius? minimè. sed potestatem habet adeundę, vel repudiandæ successionis. Quid si Simo eum Chremeti vēdidit, & postea hæredem instituat? In Chremetis erit volūtate ac manu situm, velítne illum eam adire, nécne. Cor. Vib.

¶ Not. ꝙ nostrū non dicitur illud, in quo tantùm habem⁹ vsumfructū. Syl.

*habebat T.

¶ a Testator. Et ideo non potest eum cum libertate instituere: vt ff. l. si alienū. in prin. Sed contradicit ad hūc. §. ff. de bo. auct. iu. pos. l. in vēditione. Sed certè quo ad alia est loco domini, nō quo ad hoc, vt possit fieri liber. Sed cùm alias manumissus esset à fructuario simpliciter sine institutione, erit tāquam liber, quā diu duratur⁹ erat vsusfructus: vt C. commu. de manu. l. j. §. si autem fructuarius. Nunquid & hic seruus alienus hæres institutus erit tanquam liber, licet verè liber non sit? Respon. nō. quia ex morte testatoris protinus erat futur⁹ quasi liber, si valeret hoc, quòd ageretur: vt arg. ĩ. de hære. qual. & diffe. in prin. Item & tunc erat vsusfructus perdendus: vt s̃. de vsufr. §. finitur. vnde etiā sic esset, quasi liber, donec duraret vsusfructus: quia nisi duraret post mortem testantis, nihil valet talis institutio, vt sit liber, sed domino suo hæreditatē quærit: vt ĩ. eod. §. alienus. Sed quid si erat vsufr. rèpetitus in persona primi hæredis, vel etiam vlterius, quod potest: vt ff. quib. mod. vsusfru. amit. l. repert. in princ. Respon. tunc erit quasi liber toto illo tempore: vt in d. l. communia. de ma. l. j. §. si autem fructuarius.

tur, in quo vsumfructum testator[a] habet*.

¶ *Simplex proprij serui institutio eum & liberum, & domino necessariū hæredem facit: qui si, viuo adhuc testatore, libertate donetur, voluntarius efficitur, si autem à domino alienetur, nec liber, nec hæres fit, sed nouo domino hæreditatem quærit.*

¶ Seruus autem à domino suo hæres institutus, si quidē in eadem causa[b] manserit, fit ex testamento liber[c], hærésque ei necessarius. Si verò à viuo testatore manumissus fuerit, suo arbitrio adire hæreditatem potest: quia nō fit hæres * necessarius, cùm vtrunque[d] ex domini testamento non consequitur. Quòd si alienatus fuerit, iussu noui domini adire hæreditatem debet: & ea ratione per eū dominus fit hæres. nam ipse alienatus, neque liber[e], neque hæres esse

*abest.

¶ Not. ꝙ manumissus in vita omnino remanet hæres, sed voluntarius. Item, ꝙ vbi duo requiruntur ad aliquem actum copulatiuè, nō sufficit alterum eorum. Item, ꝙ per alienationē serui instituti videtur reuocata volūtas dādi libertatem, non autē hæreditatem. Item, quòd quęlibet dispositio quantumcunque pia in testamento facta potest reuocari. Syl.

¶ Seruus autem. CASVS. Simo Danum seruum suum hæredem instituit. Dauus & liber, & hæres erit necessarius, id est, etiam inuitus cogetur hæreditatem adire. Quid si ante mortem

¶ b In eadē causa. i. seru⁹ eiusdē domini. Io. vt ff. si ex nox. cau. aga. l. j. §. i.

¶ c Liber. Nisi aliqua lex impediat libertatem: vt ff. eo. l. si non lex. ad fi. tit. vel conditio: vt ff. eo. l. quoties. §. fin. vel quia ex lege peruenit ad libertatem: vt ff. eod. l. testamento. ad fin. tit. secundum Io. Item fit liber à semetipso, nisi institutus fuerit ita: cùm quis mihi hæres erit, Stichus liber & hæres esto. nam tunc à cohærede accipit libertatem: vt ff. de acq. hær. l. ex parte. Item & ignorans fit hæres, & liber: vt ff. si cert. peta. l. eius qui.

¶ d Vtrūq; i. hæreditatē, & libertatē. nā vt liber sit hæres necessarius, hæc duo cōsequi debet ex testamento domini: vt ĩ. de hær. qual. & differ. §. j.

¶ e Neq; liber. Directè enim libertas in seruo alieno nō potest habere locū: sed institutio potest habere effectum, vt hic: sed aliud in legatis, quæ adimūtur hoc ipso, quod alienantur serui: vt ff. de adi. leg. l. seruo cum libertate.

& est

& est ratio: quia in legato spectatur dies, quo cedit, an sit manumissus: vt ff. quand. di. leg. ced. l. si post. §. si cum. Hec ratio nō est bona: qa siue inspiciam⁹ diē cedētis legati. siue diem aditæ hæreditatis: vtroq; casu reperitur alien⁹: vnde queadmodū etiā hereditas venit ei quirēda nouo domino: ita & legatū. ppterea noua redditur ratio: qa faciliùs legata reuocātur, q̄ hęredū institutio. l. ex parte. ff. de adimē. leg. cùm eī faciliùs legata instituant, faciliùs destruūtur: vt in auth. ex causa. C. de lib. prete. Christophor.

a Alienauit. s. alicui habēti factionē testamēti: vt ff. eo. l. seruum meum. in j. respon. & hoc nisi redimatur ab eodē testatore qui eum instituit, & posteà eū alienauit. tunc enim reuiuiscit libertas: vt ff. de manu. testa. l. verum. & ff. eod. l. quoties. §. fin. & l. si non lex. & l. penulti.

potest, etiā si cum libertate hæres institutus fuerit. Destitisse enim à libertatis datiōe videtur dominus, q. eum alienauit[a].

¶ *Seruus alienus hæres institutus quærit domino suo hæ-* [illegible] *noui domini adire. Si verò antè, quàm* [illegible] *manumissus, potest suo ar* [illegible]

¶ Alienus[b] quoq; seruus hæres institutus, si in eadem causa durauerit: iussu[c] eius domini adire hæreditatem debet. Si verò alienat⁹ fuerit ab eo, aut viuo testatore, aut post mortē eius[d] antè, quàm adeat, debet iussu noui domini[e] adire. at si manumissus est, viuo testatore, vel mortuo antè, quàm adeat, suo arbitrio[f] adire potest hæreditatē.

¶ *Serui alieni post* [illegible] *collata institutio* [illegible]

acqui. hære. l. si qui mihi bona. §. iussum. & ita domino quæritur. aliàs si seruus nolit adire (quod potest esse, etiam domino iubente) non quærit: vt eod. l. cùm C. proponas.

ADDITIO. Si tamē coact⁹ adeat, valet aditio. Sed pater, filia recusante, itē monasteriū monacho recusante, adire, vel ante aditionem mortuo testatore, possūt adire suo iure: vt per Ang. Aret. hîc.

¶ d Post mortē ei⁹. Etiā post iussū ei⁹ antè, q̄ tamē adiret: vt ff. de acqui. hęr. l. Antisti⁹. §. j. Ac.

¶ e Noui domini. Hoc. est eīn in hæreditate, vt illi acquiratur, q. tempore aditionis est dominus, vel sibi, si liber est tunc: sed in legato spectatur dies cessionis: vt si tempore mortis legantis sit meus: licet alienē, tamē mihi debeatur legatū: vt ff. quādo dies leg. ce. l. si post §. ij. & ibi glo. in verb. statim. — Dies cessionis spectatur in legatis.

¶ f Suo arbitrio. Sic s. eod. §. si verò. Accur.

¶ Alienus quoque. CASVS. Chremes Dauum Simonis seruū heredem instituit, cuius iussu adibit hereditatem? Simonis. Quid si Simo illū Phędriæ vendidit, aut Chremete viuo, aut post eius mortem, eiúsque tamen Simonis iussu Dauus hæreditatem adisset? Phædriæ iussu adire debet. Quid si aut Chremete viuo, aut post eius mortem, ante aditionem tamen, eū Simo manumiserit? Arbitratu suo nullius imperio obnoxius. Cor. Vib.

¶ Not. q seruus iussu domini tēpore aditionis debet adire. Item, q si institutus seruus liber efficiatur, nihilominus consequitur hæreditatem. Syl.

¶ b Alienus. Qui sic institui potest, cùm liber erit, prius non: vt ff. de condi. instit. l. seruus alienus. & l. quia.

¶ c Iussu. precedēte aditione: vt ff. de

¶ Seruus etiā alien⁹. CASVS. Chremes ita scripsit, Dauus Simonis seruus post Simonis mortē hæres meus esto: quæro cùm in bonis nullius ante aditam hæreditatem Dauus sit, vtrum institutio valeat? maximè. Hæreditas enim non hæredis futuri, sed defuncti domini loco est. quod vel ex eo intelligi potest. Serui demū institui possunt, quorum domini etiam possunt, institui. Iam verò posthumus alienus institui non potest. finge Cornelium defuncti seruum Erotem sibi hæredē instituisse. Si Eros esset posthumi seruus, institui non posset. At potest institui: ergo non posthumi, sed defuncti vicem sustinet. Cor. Vi.

¶ Not. q quis per alium consequitur, quod per seipsum non potest. Syl.

a Post domini mortem. Verba legis suut omnia, & secundū hoc planū est, vel testatoris: quia sic dicat, instituto seruū hæredem post mortē domini. & probatur hæc lect. ij. ff. eo. l. q filio. j. respōs. nec obstat, qđ videat in diē fieri hæc institutio: vt j. eo. §. hæres. qa incert⁹ est dies mortis: vt ff. de condi. & demō. l. j. §. dies ausē. vnde valet & ff. eo. l. in tempus. in princip.

*autē.

b Testamenti factio. s. passiuè nō actiuè: vt j. de her. quali. & diffe. §. testamēti. & iussio hæredū spectatur, si modò cū defūcto fuit, licet cū hærede instituto nō fit testamenti factio: vt ff. eo. l. seruus hæreditarius.

c Nōdū Benedico seruum hereditariū posse institui: qa non est nullius, sed alicuius. s. hæreditatis, quæ vicem defuncti obtinet.

Hæreditas iacēs, defunctū & nō hæredem repræsentat.

est, sed eius quoque qui vel hæreditarius est, vel eius qui nasciturus non dum natus est.

¶ Seruus etiā* alienus post domini mortem[a] rectè hæres instituitur. quia & cum hæreditariis seruis est testamēti factio[b]. Nōdū[c] enim adita hæreditas personæ vicē sustinet, nō hæredis futuri, sed defuncti[d], cùm etiā* eius, qui in vtero est[e], seruus rectè hæres instituatur.

¶ *Seruus plurium ab extraneo institutus [illegible] pro parte dominica. Aretinus.*

Stichus seruus erat Metelli, Manilii & Fabii. Eum ego hæredem institui. Tres illi, quorum iussu meā Stichus adidit hæreditatem, pro parte sui dominii, meam hereditatē participabūt. Cor. Vibul.

¶ Seruus autē* pluriū, cum quibus[f] testamēti factio est ab extraneo institutus[g] hæres, vnicuique dominorū, cui⁹ iussu[h] adierit, pro portione dominii acquirit hæreditatem.

¶ *Hæredes quot volumus facere possumus.*

¶ Et vnum hominē, & plures vsq; in infinitū[i], quot* quis* hæredes velit[k] facere, licet.

Not. quòd capacitas serui pēdet à capacitate domini, Itē, quòd seruus institutus non omnibus quærit indistinctè: sed præcipientibus tantùm. Syl.

*abest.

f Cum quibus. s. dominis.

g Ab extraneo. Si verò ab altero ex dominis sit institutus, acquiritur cæteris sociis hereditas: qđ dic: vt ff. pro soc. l. verū. §. si seruo cōmuni.

h Iussu. dic quòd sufficit vna iussio, licet sint plures domini: vt ff. de acquir. hære. l. seruus duorum.

*quātos *quisq;

d Defuncti. Et est forrè ratio: quia defunctus est certus quis fuerit, sed non sic de hærede: quia & si certus sit institutus, poterit esse qꝫ non adeat hereditatē: quia potest desistere multis de causis: vt j. quib. mo. test. infir. §. posteriore. & facit ad hunc §. j. de stip. ser in princ. & ff. de acqui. re. do. l. in eodem. in fin. & l. seq.

Adde, quòd quousque non aditur, repręsentat personam defuncti, adita autē hæredis: & retro trahitur, itaque fingitur repræsentasse heredē à morte defuncti. l. hæres quandoque. ff. de acq. hær. vt dicit hìc Aret. & hanc rationem glo. sequuntur communiter docto. hìc. & in l. si is, qui pro emptore. in vlt. no. ff. de vsucap. Syl.

e Ei⁹, q in vtero est. Cùm ꝓ nato sit habēdus, quo ad cōmodū: vt ff. de stat. ho. l. q in vtero. & ff. eod. l. ei⁹. in pric.

Seuerus autem plurium. CASVS.

Et vnum. THEMA. Quæro, quem ad numerū hæredes institui possunt? numerus non est præscriptus. quare, quanuis multos, instituere tibi licebit. Cor. Vib.

i In infinitum. Quid ergo, si instituam omnes homines quicūque sunt in mundo? Videtur nullum esse, cùm effectum habere non possit: puto tamē valere, vt hìc, sed tamē non poterit cōfirmari aditione, propter nimiā difficultatem, vel impossibilitatem.

Hæc gl. non est Accur. Hæredes institui possunt simul omnes homines mundi. Volūtas testatoris est lex.

k Velit. Cùm sua voluntas sit lex: vt in auht. de nup. §. disponat.

Hæreditas. CASVS. Quoniam in plures partes solet hæreditas diuidi, cōmodissimum esset certa quędā ac definita esse nomina, quibus pars quęuis hæreditatis designari posset. Ecquę igitur nomina constituta sunt? Assis nomina, quę sunt numero totidē, quot vncię. Iteq; si Pōponius dum taxat bonorū suorū partē heredi suo velit relinquere, sic pronunciet, Flauium

uium heredem meum ex vncia esse iubeo. si duas partes, dicet, Ex sextante. si tres, Ex quadrante. si quatnor, Ex triente. si quinque, Ex quincunce. si sex, Ex semisse. si septem, Ex septunce. si octo, Ex besse. si nouem, Ex dodrant. si decẽ, Ex dextãte. si vndecim, Ex deunce. si duodecim, ac proinde totum, Ex asse. neque enim assis plures sunt partes. Quid autem, si pronuntiet, Flauius ex sextãte mihi hęres esto, neque aliumvllum instituat? Re vera tantùm Flauius duas partes habere debet, proximus autẽ agnatus reliquas decem. sed quia regula est, Neminem ex parte testatum, ex parte intestatum esse: ideo Sextantis, aut alterius cuiusuis partis nomine totus as intelligetur. Idq; apparet in milite. nã si miles ex sextãte hæredem scriberet, qui ab intestato hæres esset, decẽ reliquas partes acciperet. propterea scilicet quòd miles ex parte testatus, ex parte intestatus potest decedere. Cor. Vib.

¶ *Vniuersa quæuis* [illegible] *xii (quæ assis appellatione continẽtur) scindit: quarũ quælibet certũ nomen à lege sortita est: potest tamẽ in plures pauciores ve vncias (prout testatori libitum erit) distribui.*

¶ Not. diuisionem assis. Item, quòd dictio, plerunque, facit regulam. Item, quòd institutus in parte, nõn dato cohærede, habet totum. Item neminem pro parte testatum, & pro parte intestatum decedere posse, nisi sit miles. Syluest.

¶ a Plerunque. ideo dicit plerunque, quia quandoque in plures: vt ĩ. eod. §. si plures. quandoque in pauciores diuiditur: vt infrà eo. §. non autem.

¶ b Quæ. s. vnciæ simul collectæ.

¶ c Appellatione. i. significatione.

¶ d Hæ partes. infrà positæ, in quantitate differentes. vel dic melius, hæ partes, scilicet, vnciæ xij. ad partes redactæ. est enim ad superiora facienda relatio.

¶ Not. exhæredatis substitui posse. Item, quòd in pupillari veniunt omnia bona pupilli. Item quòd substitui potest non tantùm iam natis, sed etiam posthumis. Syl.

¶ d Exhæredatis, scilicet, substituere possunt.

in priore parte testamenti cauere [a], ne inferiores tabulæ viuo filio, & adhuc impubere aperiantur*. Illud palàm est, non ideo minus [b] valere substitutionem impuberis filii, quòd in eisdẽ tabulis [c] scripta sit, quibus sibi quisque hæredem instituisset: quamuis pupillo hoc periculosum sit.

¶ *Substitutio pupillaris potest fieri non solùm filio instituto, sed etiam exhæ- [illegible] veniunt in ea omnia bona pupilli vndicunque quæsita, quod locũ habet etiã in posthumis. Aresin.*

¶ Non solùm autẽ hæredibus institutis impuberibus liberis ita substituere parẽtes possunt vt si * hæredes eis extiterint, & ante pubertatẽ mortui fuerint, sit eis hæres is, quem ipsi voluerint: sed etiam exhæredatis [d]. itaque eo casu [e] si quid exhæredato* pupillo ex hæreditatibus, legatísve, aut donationibus propinquorum atque * amicorũ adquisitum fuerit [f], id omne [g] ad substitutum [h] pertinebit. Quæcunque diximus de substitutione impuberum liberorum, vel hæredum instituto-

¶ e Eo casu. scilicet quando exhæredato substituitur.

¶ f Fuerit. Vt quia gratiosus erat hic pupillus, sic vt ei donaretur, vel legaretur.

¶ g Id omne. Imò videtur, ꝙ tãtum in eis bonis valet substitutio, quę à patre peruenerũt ad filium exhęredatum: vt ff. de mili. testa. l. miles. §. exhęredato. quæ est huic contraria. Solut. ibi miles emãcipato substituebat: quod in alio, scilicet pagano non toleratur, vt infrà eo. §. extraneo. & ideo cum vnum pro eo inducitur, scilicet quòd potest substituere emancipato: & aliud cõtra eum inducitur, s. quod non potest substituere emancipato, nisi in his bonis, quæ sibi dedit: vt arg. ff. de iure iur. l. eum qui in princi.

*& si. *abest. *aut Th.

ADDITIO. Imò existenti in potestate: quod patet, quia exhęredatur: quæ exhęredatio esset inepta in emãcipato. vnde dic, quòd ibi loquitur in milite, qui instituto, vel emancipato potest substituere pro parte: & pro parte non: secus in pagano. Angel.

¶ h Ad substitutum. Qui substitutus nullo potest grauari legato, etiam in ea re, quæ pupillo fuit relicta: vt C. de leg. l. cum quidam. sed ipse exhęredatus sic in re sibi relicta: vt ff. eodem l. cohęredi. §. cum filiæ. in fine §. Et not. hunc §. non posse hodie habere locũ, nisi talis sit impubes, qui posit esse ingratus: vt proximus pubertati: vt not. suprà quibus modis tutel. fin. §. item si in seruitutem. aliàs non potest exhæredari: vt C. de inoffic. testa. l. si quis in suo. §. legis.

rum[a], vel exhæredatorum[b], eadem etiam de posthumis intelligimus.

¶ Liberis autē suis testamentum nemo facere potest, nisi & sibi[c] faciat[d]: nā pupillare testamentū, pars[e], & sequela est paterni testamenti: adeò, vt si patris testamentum non valeat[f], nec filij quidem valebit.

¶ *Non potest pater pu[illegible] pupillariter, nisi sibi faciat testamentum: & si non valet testamentum patris, non valet substituto. Aretinus.*

¶ *Pupillaris substitutio potest fieri singulis pupillis, vel ei, qui vltimus morie[illegible]*

¶ a Institutorum. Vt s. eod. in prin. vsque ad proximum §.

¶ b Exhæredatorū. Vt s. proximo §.

¶ Liberis autem. Sulpitius nō pōt substitutionē filio suo pupillarem facere, nisi ipsemet testamētum sibi faciat. Nā substitutio pupillaris est appēdicula testamēti paterni, qđ exēplo intelliges. Sulpitius in suo testamento hæredis nomen manu sua nō scripsit. deinde ita scripsit, Quòd si Lucius filius meᵒ intra annos xiiij. decesserit, Sextus illi sit hæres. Quoniā testamentum patris non valet, ne hęc quidem appendicula valere poterit. Sublato enim principali, tollitur etiam quod ex eo pendet. Cor. Vib.

¶ Not. quòd nullitas testamenti paterni influit in nullitatem tabularum pupillarium. Syl.

¶ c Et sibi. Hîc not. quòd si filium exhæredet cui substituit: prius sibi, deinde debet facere filio testamentum. Si autem eum instituat, tunc vel ante, vel post valet institutio, vel substitutio: vt ff. eodē. l. ij. §. prius. & §. sed si quis. & §. sed & si. & §. si.

ADDITIO. Sed hanc reprobāt doctores. quia non habet rationē, & dicunt istum textū. & d. §. prius procedere, quando substitutio fit ex interuallo: secus si eodem contextu, quia non curatur quid præcedat. Ang.

¶ d Faciat. Hoc fallit in milite, q̄ pōt substituere pupillo: licet nō instituat sibi aliquem hæredem: vt ff. de vulga. & pupilla. substitutio. l. ij. §. quisquis.

¶ e Pars. Sic ff. quemadmodum testamenta aperiantur. l. penultima.

¶ f Non valeat. scilicet à principio: vt quia filius fuit pręteritus: vt ff. eo. l. si quis eū. in fine legis, vel aliàs scilicet non valet testamentum à principio: cū multi sint modi, quibus testamentum non valet: vt ff. de iniust. rup. testa. l. j. Idem etiam si ex post facto rumpatur in totum. s. testamentum patris. Secus si pro parte tantùm, quia tunc substitutio remanet: vt ff. eodē. l. in substitutione. & ff. de innoffi. testa. l. Papinianus. §. sed nec. Item hæc sunt vera, si iure ciuili expugnetur testamētum. Aliter autem si iure prætorio: vt si per contra tabul. expugnetur testamentum: quia remanet substitutio: vt ff. eodem. l. ex duobus in fin. & l. seq. quę huic l. contrariæ sunt [Ratio est, quia in vltimo casu testamētum de iure ciuili valet: ideo sustinetur substitutio pupillaris. Syl.] Sed certè aliud est, cum expugnat iure ciuili, vt hîc. aliud eum iure prætorio: vt ibi. nam pretor non potest facere esse, nec desinere hæredem: vt j. de bono. posses. §. quos autem. Item nota hîc, quòd de alienis rebus quis testatur: vt pater de bonis filij, sic & aliàs. ff. de don. inter vir. & vxor. l. cum his. §. si donator. ver. si miles. & ff. de iniu. rup. test. l. si quis filio. §. sed & si quis fuerit. Est & alius casus secundum quosdam: vt C. de sec. nupt. l. fœminę. §. fin. Sed de iure communi aliter est: vt ff. de testa. l. eius qui. §. j. & de iur. cod. l. conficiuntur. §. si post.

¶ Vel singulis. CASVS. Ebutius quatuor liberos habebat, quos sibi hæredes instituit. Potest Lucretium illis omnibus substituere duobus modis. primùm singulis. hoc modo, Si primus intra pubertatem decesserit, Lucretius hæres esto: si secundus, si tertius, si quartus, similiter. Tunc enim nemo illorū morietur intestatus, ac proinde non succedent sibi inuicem, tanquam agnati proximi ex lege xij. tabul. Potest itē hoc modo, Primus, secundus, tertius, quartus liberi mei hæredes sunto: si quartus intra pubertatem decesserit, Lucretius ei hæres esto. Nam hoc modo & primus, & secundus, & tertius intestati moriētur,

ac sine scriptis heredibus: succedéntque sibi inuicem, vt proximi agnati, ex lege xij.tabul. solíque quarto substitutus erit Lucretius.Cor.Vib.

¶ Not. quòd substituendo vltimo videtur meus testatoris esse conseruare ius,*autem legitimarũ hæreditatum.Syl.

¶ a Vel singulis. Potest enim esse, φ qs habeat plures filios, & omnes impuberes si ergo cuilibet substituere vult, poterit.si autem vltimo loco morienti, & hoc potest: vt hîc, & ff.eod.l. vel singulis. & hoc casu vno moriente, defertur sua portio iure legitimo, scilicet per l. xij.tabu. ad fratres: vt hîc, & j. de legi. agn. succes. §.j. Sed certè ex eo, qđ tantùm vltimo morienti substituit, videtur eos inuicẽ substituisse vsque ad vltimum: & ita iure substitutionis magis, quàm legitimo inter eos succedi videtur: vt ff.de lega.ij.l. Titia Seio. §. Seia.in fin. quæ est huic contra.Sed certè ibi dixit plus, scilicet quòd non alienarent, quod testator eis dimittebat. & ex hoc ibi dicitur iure substitutionis succedere: non quia vltimo tantùm substituitur: vt ff.de lega.iij.l.is qui.in fine.

¶ Dic, quòd communis solutio est: quia hîc simpliciter est facta substitutio, ibi in toto, secundum Bart. in d.l.vel singulis, vbi communiter approbatur.Syl.

ADDITIO. Et nota, quod iste §.est lex. ff. eod. tit. & incipit, vel singulis. ideo nõ abs re sic.§.iste debet incipere:& ita habent correcti codices.

¶ Vel singulis * a liberis, vel ei, qui eorũ nouissimus[b] impubes morietur, substitui[c] potest. Singulis quidem, si neminem eorum intestatum* decedere voluerit: nouissimo, si ius legitimarum hæreditatũ integrum inter eos custodiri velit.

*intestato.

¶ *Pupillo substitutus dari potest certo & proprio nomine, aut generaliter, his verbis (quisquis mihi erit hæres, filio meo impuberi sit hæres) quo casu qui ex testatoris iudicio hæredes fuerunt, pro hæreditariis portionibus substitui videntur.*

¶ Substituitur* autem impuberi, aut nominatim[d]: veluti, TITIVS HAERES ESTO: aut generaliter, vt QVISQVIS MIHI HAERES ERIT[e]. Quibus[f] verbis vocantur ex substitutione, impubere mortuo filio, illi, *qui & scripti sunt hæredes[g], & extiterunt[h], & pro qua perte[i] hæredes facti sunt.

*abest.

¶ *Tempus memoratum ætatis pupillarie, tam in mare, quàm in fœmina definit: quo completo pupillaris substitutio infirmatur.*

¶ b Nouissimus.id est, vltim⁹: puta hîc verbis, Qui ex liberis meis impubes vltim⁹ morietur, ei Titius hæres esto.

¶ c Substitui.Scilicet pupillariter.

¶ Substituitur. THEMA Quemadmodum substitutio pupillaris nominatim fieret, hactenus dictum est. Generatim autem fit hoc modo: Titius quatuor hæredes cum filio suo instituit. deinde sic scripsit? Quisquis mihi hæres erit, is etiã filio meo ante pubertatem morienti, substitut⁹ esto. filius mortuus est, quatuor illi partem filii habebunt. ita scilicet, vt ℘ qua parte hæredes instituti erant, pro ea parte portionem defuncti filii inter se diuidant. Corn.Vibul.

*vide Th.hîc.

¶ d Nominatim.sic suprà de exhæredatione libero.§.nominatim.

¶ e Hæres erit. Subaudi, sit hæres filio meo.

¶ f Quibus.s.generalibus verbis.

¶ g Hæredes.scilicet patris.

¶ h Extiterũt. scilicet, ipsimet hæredes.nam secus, si alij quærant, vt puta patri, vel domino.nam tales, scilicet pater & dominus, qui sunt hæredes, per filium, vel per seruum ex his verbis generalibus non admittuntur ex substitutione. Idem dicas de hærede hæredis: vt hæc notantur. ff. eodem.l.cum filio.& l.qui liberis. §.hęc verba.& l.seq.

¶ i Pro qua parte. Prout enim dilexit testator eos, instituit æqualiter, vel inæqualiter. sic in substitutione præsumitur: vt hîc, & ff.eodẽ.l.si pater.& J.titul.j.§.& si ex disparibus.

a Vsque

¶ Masculo igitur vsq; [a] ad quatuordecim annos substitui potest, fœminæ vsq; ad duodecim annos, & si hoc tēpus excesserint*, substitutio [b] euanescit.

¶ *Extranēo & puberi filio post aditam hæreditatē directo substitui non potest: sed per fideicommissum potest.*

¶ Extraneo verò, vel filio puberi hæredi instituto, ita substituere nemo pōt, vt si hæres extiterit, & intra aliqđ tempus* decesserit, aliꝰ ei sit hæres: sed hoc solum permissum* est, vt eū per fideicōmissum [c] testator obliget [d] alii hæreditatem eius, vel totam, vel pro parte restituere. qđ ius quale sit, suo loco trademus [e].

TIT. XVII.

QVIBVS MOdis testamenta infirmentur.

¶ *Si quis facto testamēto quēpiā sibi seu [illegible] vel ex suis descendētibus aliquem adoptarit, protinus quasi sui hæredis agnatione, quod [illegible] pitur testamentum.*

TEstamentū* iure factū, vsque eò valet, donec rumpatur, irritúmve fiat.

*excesserit.

*xxx. ann. Th.

*nobis.

*Ex E. pit. Vlp. tit. 23.

¶ a Vsque ad xiiij. ann. scilicet, completos: nam pupilli esse desinunt: vt s. quib. mod. tut. fini. in princi. sed intra hos annos potest substitui: vt ff. eod. l. si ita quis. & l. qui plures.

¶ b Substitutio. s. directa: si tamen aliqua verba inueniantur fideicōmissi in testamēto, iure fideicōmissi valebit, vt C. de fideicom. l. si frater tuus.

¶ c Per fideicōmissum. Quod semper fecisse videtur, cum dicit, si filius meꝰ quandocunque decesserit, substituo ei Vitalē: quia verbū substituo, cū sit generale verbum, & ad directā & fideic. substitutionē possit trahi: ad id restringetur, quod est rei aptius, i. ad fideicōmissum: quia directa nō habet locū, quādocunque decedit: & probatur hoc. C. de impub. & aliis substi. l. precibus. §. si verò substitutio. & ff. de vulg. substi. l. cohæredi. §. cùm filiæ. & ff. de leg. & sen. con. l. in ambigua. fortè idem, si dicat, Vitalis hæres esto. nā trahitur ad fideicommissariā: quia de hæreditate restituenda rogasse videtur: vt ff. ad Treb. l. ex facto. §. respon. & l. Scæuola. Sed contra est: vt no. s. in distinct.

¶ Dic quòd verbū hæres esto, est verbum directum, quod non obliquatur: vt dicit glo. & tradit Bart. in l. Centurio. vers. quintò. & vltimò prin. ff. eod.

¶ d Obliget. Rogando eum per fideicommissum, vt restituat. Accur.

¶ e Trademus. Vt infrà de fideic. hær. per totum.

QVIBVS MODIS TE-
[illegible]

¶ Vsque nunc qualiter firmentur testamenta, nunc qualiter infirmentur, nam nihil est adeò firmum, quod non rumpatur. in auth. de nup. §. nuptias.

¶ Hæc inquit Asconius, testamenta non solent valere, Improbū, inofficiosum, inhumanū. Improbum, contra leges: inoffic. contra merita: inhumanum, cōtra pietatem.

¶ Testamentū. Totus iste tit. diuiditur in quinq; partes. Primò ponit, qualiter testamentum tollatur agnatione sui hæredis nouiter adoptati. Secundò qualiter per secundū testamentū tollatur primum. Tertiò qualiter testamentum irritetur capi. deminu. testantis. Quartò, an voluntas solennis possit tolli nuda volūtate testantis. Vltimò ꝙ etiam Imper. non capit ex testamento imperfecto. Secunda ibi, in §. posteriore. Tertia ibi, Alio quoque. Quarta ibi, Ex eo autem. Quinta ibi, Eadem oratione.

¶ Testamentum. CASVS. Quemadmodum testamenta iure fierent, hactenus explicatum est. Videamus nunc quonā modo, quanuis iure facta sint, tamen rescindantur. Flauius testamentum fecit, postea non māsit in eodem statu quoad liberos, sed quum antea liberos non haberet, postea sibi aliquem adoptauit, manétne firmum testamentum? minimè. Nam quemadmodum si, mortuo testatore, nascatur posthumus, eius ortu atque agnatione rumpitur testamentum: sic quasi agnatione sui hęredis Flauii testamētum rescinditur. Cor. V. b.

¶ Not. testamentũ nullum rumpi non posse: quia priuatio presupponit habitum. Item, ꝙ solenne testamentum potest rumpi, & irritari. Item, ꝙ tunc rũpitur, quando in eo statu manente testatore, ius testamenti vitiatur. Item, ꝙ arrogatione filii rumpitur. Item, ꝙ dictio quasi, est nota improprie tatis. Syl.

ADDITIO. Quoniam verò in hac materia verborum ignoratione multi lapsi sunt, lubet Vlpiani verba subscribere, ex tit. xxiij. Testamentum iure factũ infirmatur duobus modis: si ruptum aut irritum factum sit. Rumpitur testamentum mutatione alterius testamen. aut agnatione, adoptione &c. Irritum fit, si testator capite diminutus fuerit, aut si iure facto testamento, nemo extiterit heres. vbi autem legitur hîc, In eodem statu manẽte testatore, Franc. Hotom. putabat & sententiam loci, & Theophili auctoritatem postulare, vt cum negatione legatur, Non manẽte. Status enim intelligitur, quo ad liberos pertinet: non quoad testatorem.

Rumpitur autẽ testamentum, cum in eodẽ statu manente testatore, ipsius testamenti ius* vitiatur. Si quis enim post factũ testamentum adoptauerit[a] sibi filium per Imperatorem, eũ qui est sui iuris: aut per Prætorem, secundum nostram cõstitutionem[b] eum, qui in potestate parentis fuerit, testamentũ eius rumpitur[c], quasi adgnatione[d] sui hæredis.

*vis.

¶ *Posteriore testamento ex quo iure ciuili aliquo casu adiri potuit hæreditas (quãuis adita non fuerit) rumpitur prius testamentum.*

¶ Posteriore quoque testamento, quòd iure perfectum est, superius rumpitur[e]. nec in-

¶ a Adoptauerit. id est, arrogauerit.

¶ b Constitutionem. Puta auus est, qui adoptat: vt C. de adopt. l. cum in adoptiuis, & suprà de adop. §. sed hodie.

c Rumpitur. Si autem eum prius instituisset non rumperetur, licet postea arrogaretur: vt ff. de lib. & posth. l. filio. §. fi. [Ratio est quia iam reperitur institutus: & cùm testamentũ sortiatur effectũ secundum tempus mortis, illo tempore reperitur institutus, quod solet esse causa rupturæ. Syl.] Si aũt fuit exhæredatus filius emancipatus, & postea arrogetur: tũc non rumpitur: aut extraneus, qui posteà arrogatur, & tũc rumpitur: vt ff. de contra tab. l. non putauit. §. si quis emãcipatum. Extraneũ autem nepotẽ accipe, qui non est suus hæres, cum alius eum præcedat. aliàs frustra: tunc exhęredaret: vt ff. de verbor. obl. l. quidã cum filium. & de lib. & posth. l. si quis posthumos. §. si filiũ.

¶ d Quasi adgnatione. id est, sicut natiuitate alicuius posthumi: nam tunc certum est rumpi: vt ff. de iniu. rup. testa. l. j. in fin. & l. iij. in princi. & l. certũ. & hoc in masculi testamen. secus in testam. fœminę: vt ff. de lib. & posthu. l. Gallus. §. nunc de leg. Velle. in fi. §. & est ratio: quia præteritio matris habetur pro exhæredatione: vt suprà de exhær. lib. §. fin. sed de inoff. testa. agit talis posthumus: vt C. de inoffi. test. l. iij.

¶ Posteriore quoque. CASVS. Vetus est prouerbium, Posteriores cogitationes solent sapientiores esse. Quare prius testamentum posteriore rescindi rectum est. Itaque quum Iulius Cæsar primo testamento solùm Cn. Pompeium hæredem instituisset, idque militibus pro concione recitatum esset: tamen quia altero testamento Octauium, Pinarium, & Pedium instituit: hi soli hæredes fuerunt: vt scribit Suetonius. sed ecce, Titius testamentum fecerat, in quo Manilium hæredem instituerat. deinde & alterum fecit, in quo Roscium instituit. Roscius hæreditatem repudiat, aut ante Titium moritur. quæro, nónne Manilius hæres erit? minimè. quis ergo? Is, qui ab intestato debet succedere. Titius enim pro intestato habetur. Cor. Vib.

¶ Not. testamẽtum primum tolli ipso iure per secundum perfectum. Item, ꝙ est necesse, quod ex secũdo possit adiri hæreditas, licet effectualiter non adeatur. Item ꝙ tollitur, dato quod in secundo sit institutus hæres sub cõditione, quæ etiam defecerit. Syl.

¶ e Rumpitur. Hoc est verum secundum quosdam, quando secundum nõ concordat cum primo: aliàs durat primum: vt C. de test. l. sancimus. Sed certè hoc stare nõ potest. nam si valet secundum, nõ valet primum: cùm idem non possit duo testamen. facere: cùm ex se-

Testamẽtũ secundũ præfertur primo: sed prima sententia præfertur secundæ.

ex secundo tantum adeatur hæreditas. E contra in sententia. nam valet prima, non secunda ab eodem & super eo. lata: vt ff. de re iud. l. iudex.

Ratio est, quia lata sententia expirat officiũ quodammodo iudicis, qui functus est officio suo. In testamento verò voluntas est ambulatoria vsq; ad mortem. Syl.

terest, extiterit aliquis hæres ex eo[a], an non: hoc enim solùm spectatur an aliquo casu existere[b] potuerit. Ideóque si quis[c], aut noluit hæres esse, aut viuo testatore, aut post mortem eius antè quàm hæreditatem adiret*, decesserit[d], aut cõditione, sub qua hæres institut⁹ est, defectus fit: in his casibus paterfamiliàs intestatus moritur. Nam & prius testamentum non valet ruptum à posteriore: & posterius æquè nullas habet vires: cùm ex eo nemo hæres extiterit.

*adierit

¶ a Ex eo, scilicet posteriore testamento.

¶ b Existere potuerit. Nota nõ cõsiderari quid est, sed quod esse potest: vt hîc, & ff. de hære. insti. l. pater filio, & ff. de iniur. rup. test. l. cum in secundo. in prin. & §. in futurum. Sed contra. ff. de libe. & posth. l. si filius chariss. j. Solut. ibi, secundũ testamentum non valuit, etiam in principio: hîc autem valuit, licet ex eo non adeatur hæreditas. Item not. quòd id quod valet plus, rumpitur per id quod minus valet: sic ff. de adimen. leg. l. legatum sub conditione §. j. Argumen. contr. ff. de rescind. vend. l. si id quod. in princi. & §. fin. dic ibi not. in gloss. j.

¶ Aliud est in legato, in quo sola voluntas spectatur: aliud in contractu, vbi duorum exigitur secundum Ioan. Fab. hîc. Syl.

¶ c Ideóque si quis. s. institutus hæres in secundo testa. Et iste versi. est exemplum, quando valet secundum testa. & non extitit ex eo hæres. & vide tertium exemplum.

¶ d Decesserit. Quare non transmittit, nec olim, nec hodie ad hæredes: vt C. de cad. tol. §. in nouissimo.

¶ Sed & si quis. CASVS. Titius in primo testamento Maniliũ hæredem fecit. deinde alterum testamentũ condidit, in quo sic scripsit: Roscius hęres esto Tusculani & Formiani fũdi. Quæro an Manilius non saltem tertii fundi, reliquarúmque rerum hæres erit? minimè. Age, quid si plures hęredes in testamẽto priore Titi⁹ fecerit, deinde in secũdo ita scripserit, Roscius hæres esto Tusculani fundi: ita tamen, vt & prius meum testamentum valeat, ratúmque sit. quid iuris? Roscius solùm habebit Tusculanum, ex quo hæres scriptus est. ita tamen, vt si Tusculanus non impleat quartã partem hæreditatis, suppleri debeat qđ quadrati deest. *abest. Cor. Vib.

¶ *Etiam posteriore rite facto testamento, in quo in certis rebus quispiam institutus fuit, primum cui hæres est vniuersalis, tollitur testamentum. Sin autem secundis tabulis, vt priores quoque vim obtinerent, iusserit testator: tũc qui ex re certa scriptus est: vt vniuersam hæreditatẽ hæredi, qui priore institutus est testamento restituere tenetur.*

¶ Sed & * si quis[e] priore testamẽto[f] iure perfecto, posterius æquè iure fecerit: etiam si ex certis rebus[g] in eo hæredem in-

¶ e Sed & si qs. Iste §. est lex. ff. ad Trebellia. & incipit, Si quis priore.

¶ f Priore testamento. Not. hîc argum. pro sententia appellationis: vtrum ex ea, vel ex prima agatur. [Dic quod aut prima sententia confirmatur per lapsum temporis, quia appellatio deseritur, & agitur ex prima: aut confirmatur à secunda, & ex ea agitur. gloss. in l. eos. vbi Bartol. C. de appellat. Sylu.] Sed contra argum. C. de don. inter vir. & vxo. l. ex verbis. Et simile potest notari in l. penulti. eiusdem tit. Accurs.

¶ g Ex certis rebus. Quia totum habet, licet ex certa re sit institutus, & ideo rumpitur primum testamẽtum, vt hic, & ff. de hæred. institu. l. j. §. si ex fundo. in glos. institutus.

Et hoc verum, quando in eod. testa. non est datus alius cohæres, aliàs haberetur loco legatarii, præterquam in querela inofficiosi testamenti: de quo dic vt per Ang. hîc.

¶ a Inseri iussimus. Hoc titulo statim.
¶ b Aliud. scilicet quòd expresè confirmari potest primum in secundo, & alias: vt patet in sequentibus.
¶ c Imperatores. Ecce verba constitutionis. Accur.
¶ d Campano. scilicet rescripserūt salutem. *abest.
¶ e In eo. scilicet secundo testamento.
¶ f Valere. Accipe, dubitari non oportet: quod est infrà. Accurs. *absunt
¶ g Scriptum. s. in secundo testamento.
¶ h Suppleta quarta. s. si res sibi datæ non faciant quartam.
ADDITIO. Falcidiæ autem nomen generaliter vsurpauit: tametsi S.C. Trebelliano hoc additum sit Falcidiæ, vt qui restitueret hæreditatem, quartā detraheret.
¶ i Expressum est. Nam testator voluit primum testamentum manere: & tamen non potuit, nisi de iure fideicom. ex tacita tamen voluntate, quæ ex secundo testamento percipitur, remanet primum: vt si dicam in secundo, ideo instituo talem: quia mortuus est quem instituerā in primo. nam si errauit remanet primus hæres, & legata ex vtroque præstantur, scilicet à primo hærede: vt ff. de hæred. b. instit. l. fina.
¶ Ille text. probat contrarium, vt animaduertit hîc Christoph. Syl. Ald.
¶ k Hoc modo. scilicet, tribus modis per arrogationem, & agnationem: vt s. eod. §. j. Item & per secundi testamenti compositionem: vt s. eod. §. posteriore quoque. vsque huc.

stituerit, superius tamen* testamentū sublatum esse, diui Seuerus, & Antoninus rescripserūt. cuius constitutionis verba & hîc * inseri iussimus [a]: cùm aliud [b] quoque præterea in ea constitutione expressum sit, Imperatores [c] Seuerus & Antoninus, Cocceio Campano [d], Testamentum secundo loco factū, licet in eo [e] certarum rerum hæres scriptus sit, perinde iure valere [f], ac si rerum mentio facta nō esset: sed teneri hæredem scriptum [g], vt contentus rebus sibi datis, aut suppleta [h] quarta ex lege Falcidia, hæreditatem restituat iis, qui in priore testamento scripti fuerāt, propter inserta fideicōmissi verba secundo testamēto *, quibus vt valeret prius testamentum expressum est [i]: dubitari non oportet. Et ruptum quidem testamentum hoc modo [k] efficitur.

*Abundat secundo testamēto.

¶ *Per capitis deminu[illegible] propriè fit irritum. Et largo modo te[illegible] irritum, & econtra. Areti.*

¶ Alio quoque * modo testamenta iure facta infirmantur, veluti, cùm is, qui fecit testamentū, capite deminutus sit [l]: quod quibus modis accidat, primo libro retulimus [m]. Hoc au-

*alio autem.

¶ Alio autē modo. THEMA. Nullane alia ratione testamentum infirmatur? Imò verò. Illud enim scire te oportet, Infirmare, verbū generale esse: quo omnis testamenti dissolutio comprehenditur. Eius autem duas esse species. Nā testamētum aut cum per se valeret ex postfacto dissolutum est: ideóque rumpi tū dicitur, quod accidit adoptione, agnatione sui, & posteriore testamēto: sicut ex me superius audisti. Aut per seipsum testamentū intercidit, veluti quū ipsius auctor statum suum mutat, nempe per vnam ex tribus capitis deminutionibus. quibus casibus dicitur non ruptum, sed irritū testamentū, non sanè valde exacta & accurata differentia, sed iuriscōsulti potius de verborum proprietate paulisper deflectendum putarunt, quàm non singulis nominibus res designare. Cornel. Vibul.
¶ l Deminutus sit. Licet minima capitis deminutione: vt j. eod. §. non tamen. in fin. & ff. de iure codicillorum leg. conficiuntur. §. si post factum testamentum. sed contrà. suprà de milit. testamen. §. penult. Sed illud speciale est in milite. Potest & alius modus irritandi testamentum adiici: quia per legem quandoque cassatur in duobus casibus, vt in authen. vt cùm de apell. cognosc. §. si quis de prædictis. & §. si vnum ex parentibus.
¶ m Retulimus. Vt suprà de capi. deminut.

¶ a Hoc

¶ a Hoc autem casu. scilicet qui si capite deminuitur.
¶ b Dicuntur. scilicet, propriè.
¶ c Alioqui. scilicet, si impropriè dicere velim, & largè.

corrigendi iuris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam. Cor. Vib.
¶ Not. q reconualescit, quod aliàs nõ valuit cessante impedimento, saltem de æquitate. Itẽ, quòd ad hoc, vt bonorũ possessio secundum tabulas det, necesse est q testamentũ sit solẽne de iure ciuili. Syl.

tem casu[a] irrita fieri testamenta dicũtur[b], quum alioqui[c] & quæ rumpũtur, irrita fiant: & ea*, quæ statim ab initio non iure fiũt, irrita sint. Sed & ea, quæ iure facta sunt: & postea per capitis deminutionem irrita fiunt, possumus nihilominus rupta dicere. Sed quia sanè commodius erat singulas causas[d] singulis appellationibus[e] distingui: ideo quædam non iure facta[f] dicuntur, quædã iure facta rumpi[g], vel irrita fieri[h].

* abest.

¶ *Capitis deminu[illegible] ciuili irritum fit testamentum: quod tamen (si hæres mortis tempore pristinum statum recuperarit) iure prætorio conualescit: & ex eo secundum tabulas bonorum possessio peti potest.*

¶ Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta, quæ ab initio iure facta, per capitis deminutionem irrita facta sunt. Nam si septem testium signis signata sunt,[i] potest scriptus hæres secundum tabulas testamenti bonorum possessionem agnoscere: si modò defunctus, & ciuis Romanus[k], & suæ potestatis[l] mortis tẽpore fuerit[m]. Nam si ideo irritum factum sit testamentum: quia ciuitatẽ vel etiam libertatem[n] testator amisit: aut quia in adoptionẽ se dedit, & mortis tempore in adoptiui patris potestate sit, non po-

¶ d Causas. id est, differẽtias.
¶ e Singulis appellationib⁹. id est, propriis nominib⁹. & facit ff. de supp. lega. l. Labeo. §. fina.
¶ f Nõ iure facta. Vt sũt illa, quæ carẽt solẽnitate testium. Vel quãdo testator non habuit testamenti factionẽ, & fecit. vel quando filium in potestate constitutum præteriuit: vt l. j. ff. de iniust. rup. test.
¶ g Rũpi. s. tribus modis. videlicet p arrogationem, per agnationem, & p secundi testamenti compositionem.
¶ h Irrita fieri. Vt p capitis deminutionnẽ testatoris, vel quãdo heres institutus nõ adit hæreditatẽ, q a tũc testamentũ cõstituitur irritũ: vt l. j. ff. de iniust. test.
¶ Non tamen. CASVS. Titius integro capite testamentum fecit: deinde deminutus est ad extremũ etiã in integrum caput restitutus. puta cùm adoptatus esset, sui iuris factus est. quæro an valeat testamentũ? iure ciuili non valet, vt modò dicebamus. sed Prætor p suo iure atque imperio bonorũ possessionẽ petenti hæredi scripto decernit, testamentũmq; confirmat. Nã ius Prætoriũ introductum est adiuuandi, vel supplendi, vel

¶ i Signata sũt. Et postea testator capite deminutus est.
¶ k Ciuis Roman⁹. Vt quãdo maximã vel mediam capitis deminutionem passus fuerit & postea restitut⁹.
¶ l Suæ potestatis. Vt in minima. Accurs.
¶ m Fuerit. Et aliquo iudicio volũtatẽ primã retineat: vt ff. de bonor. pos. secũdũ tabulas. l. q ex liberis. §. testamẽto.
¶ Hæc glo. cõmuniter approbatur, quæ volũtas debet declarari, saltem coram quinque testibus. l. hæredes. §. sed si notã. ff. de test. & ibi doc. Syl.
¶ n Libertatem. Imò etiam facto seruo testatore: vt quia capiatur ab hostibus, & ibi seruus moriatur. nã tunc valet testamentum: vt s. quib. non est per. fa. testa. §. fina. qui est contra. sed illud est ppter fictionẽ legis Cornel. vt ibi, & ff. de vulg. sub. l. lex Cornelia. ADDITIO. Et tunc quando impedimentum tollitur per viam fictionis, vt ibi: vel restitutionis in integrum à principe: vt l. si quis filio. §. penul. ff. de iniust. testa. reconualescit testamentum etiam de iure ciuili, nisi quo

test scriptus hæres secūdum tabulas[a] bonorum possessionem petere.

¶ Simplici nudáque voluntatis expressione præcedens ritè factum testamentum minimè infirmatur: item posterioribus tabulis imperfectis, non fiunt irritæ priores perfectæ.

¶ 1 Ex eo autē solo[b] nō potest infirmari testamentum, quod postea testator id* noluerit[c] valere: vsque adeò, vt &* si quis post factum prius testamentum posteri⁹ facere cœperit, & aut morte* præuentus, aut quia eū eius rei pœnituit, id non perfecerit: diui Pertinacis oratione* cautum sit, ne aliàs tabulæ priores iure factæ, irritæ fiant: nisi sequentes iure ordinatæ, & perfectæ fuerint[d]. Nam imperfectum testamentū sine dubio nullum est[f].

¶ Si quis idcirco principem hæredem scripserit, vt

*abest.

*abest.

*Alias, mortalitate.

*cuius meminit Capitol. in Perti.

ad relictū tali dānato factū, vel ipsius institutionem, secundum Angel. hîc.

¶ a Secundū tabulas. Nota, ꝙ de iure ciuili nō admittitur: cùm sit irritū testa. sed iure prætorio: quo inspecto, nō potuit infirmari, quod erat factū: cùm circa talia ius Prætorium nō habeat vim: vt infrà. de bono. posses. §. quos. autē. Acc.

¶ Ex eo autem. CASVS Titi⁹ testamentum fecerat, idq; ritè ac legitimè: deinde dixit quibusdā se nolle illud valere, aut aliud inchoauit, sed nō perfecit: atq; ita mortuus est. quæro an valeat testamentum illud, qđ ritè ac legitimè antea fecerat? Valet, ratúmq; ac fixū ꝑmanet. Sequentem §. clarum per se, non illustramus. Cor. Vib.

¶ Not. testamentum solenne non tolli nuda volūtate contraria. Item ꝙ illud nō dicitur testamentū, qđ q̄s post aliquarū rerū dispositionem, morte præuentus, perficere non potuit. Syl.

¶ b Solo. Bene dicit solo: quia si plus interueniat, licet non sit perfectum, secundum tamen quandoque rumpit primum: vt in fi. huius §. dicemus.

¶ c Noluerit. s. dicendo hæc verba, Nolo testamentum quod feci, valere.

¶ d Perfectæ fuerint. Imò quādoque & si sint imperfectæ, secundæ rumpūt primò factas: vt C. de testa. l. sancimus: quæ est contra. Sed ibi tā ex cursu decennii, q̄ mutatione voluntatis illud euenit, nō sola mutatione. Item contra. ff. de mili. test. l. eius militis. §. militia missus. Sed ibi primum erat minus solenne, iure cōmuni inspecto: vnde facile potuit rūpi. [Facilius enim tollitur actus subnixus iure singulari, q̄ iure cōmuni. l. iiij. ff. de fideic. libertat. Syl.] Item cōtra. ff. de iniust. rup. test. l. ij. Sed ibi secundum, licet non sit perfectum iure cōmuni, est tamen perfectum iure militari: vnde rūpit primum. Item contra. C. de test. l. hac cōsultissima. §. si quis autem. Sed ibi in secundo fuerunt instituti, qui & aliàs intestato successuri erāt: vnde facile rūpitur primū testamētum, in quo extranei sunt instituti: & facilius admittuntur veniētes ab intest. vt argu. ff. de vulgari & pupil. substit. l. si filius. Itē contra. C. de testa. l. nostram. & ad idem contra. ff. si. ta. test. nullæ ex l. j. §. si hæres. Sed in istis legibus plus fecerat testator, vt rumperet primum quia incidit, quod magis est, quàm si aliud testamentum facere voluisset: arg. ff. de iis, quæ in test. delē. l. ij. Item contra. ff. de acquir. hære. l. Claudius. Sed ibi nō valet primum: nō quia ruptum sit à secūdo: sed quia hæres institut⁹ in primo non adiuit ex eo hæreditatem. vnde non valet testamentum, quod hæredem non habet: vt ff. de iis, quę in testamen. delen. l. proximè. nec potuit eam transmittere suo hæredi adeundā: vt C. de cadu. tollen. l. vnica. §. in nouissimo. Item cōtra. C. de his quib. vt indig. l. hereditas. Sed ibi dixit talia verba, ꝙ hæres erat indignus. vel similia, quæ plus faciunt, quàm si simpliciter diceret, nolle prius valere: vel quàm si secundū cœpisset facere, & ideo ibi receditur à primo. Vel dic illud quod hîc dicitur, esse verum de iure directo, vt non rumpatur primū, sed tamen auferatur ei hæreditas, vt indigno: vt ibi, cum hoc cogitauerit testator: vt argumen. ff. de condi. insti. l. quidam. in fin.

¶ e Nullum est. Not. nihil esse quod

quod perfectum non sit, C. de his, quibus vt indignis. l. cum Syllanianum, in fin. Sed contra. ff. quemadmodum testamen. aperian. l. ij. §. testamentum. Sed ibi abusiuè dicitur aliquid, quod non erat perfectum. Item contra. C. de testa. l. hac consul. §. ex imperfecto. Sed illud speciale est fauore liberorũ, vt ibi dicitur: sicut & illud est speciale in illis, vt difficilius rumpat testator illud in quo ipsi instituti sint: vt in authent. de testamen. imp. §. penulti.

¶ a Expressit. scilicet diuus Pertinax.

ADDITIO. Eam orationẽ Iulius Capitolinus comme. his verbis, in Pertinace: Pertinax legem tulit, vt testamẽta priora non prius essẽt irrita, quàm alia perfecta essent: néve ob hoc fiscus aliquando succederet.. ipsé que professus est, nullius se aditurum hereditatem, quæ aut adulatione alicuius delata esset, aut lite perplexa, vt legitimi hæredes & necessarii priuarentur. addidítque S. C. hæc verba, Sanctius esse inopem Rempublicam obtinere, quàm ad diuitiarum cumulum per discriminum & decorum vestigia peruenire.

¶ b Reliquerit. scilicet in solenni testamento: quod facit, vt duriorem faciat aduersarium suis, aduersariũ: quę institutio est odiosa & inuidiosa: vt ff. de hæred. instit. l. penul.

¶ c Ob eam causam. s. litis. nam si legitimas non probat. s. princeps, multo minus probabit non legitimas.

adversario, cum quo sibi lis erat, duriorem constitueret litigatorem, nulla est ex [illegible] huius-[illegible]

¶ Eadem oratione expressit[a], non admissurum se hæreditatem eius, qui litis causa principẽ reliquerit[b] hæredem, neque tabulas non legitimè factas, in quibus ipse ob eam causam[c] hæres institutus erat, probaturũ[d]: neque ex nuda voce hæredis nomen admissurum[e]: neque ex vlla scriptura, cui iuris auctoritas[f] desit, aliquid adepturũ. Secundum hoc diui* Seuerus & Antoninus sæpissimè rescripserunt[g]. Licet enim (inquiunt[h]) legibus soluti[i] simus, attamen legibus viuimus[k].

*hæc sol. iei quoque.

TIT. XVIII.

DE INOFFICIOSO testamento.

¶ *Liberi indelitè exhæreditati, inofficiosi querela proposita, parentum possunt impugnare testamẽta: quod ius parẽtibus quoque à liberis exhæredibus factis competit, item fratribus, turpi scilicet persona insti[illegible] cognatis non conceditur hoc querelæ beneficium.*

QVia plerũq; parentes

¶ d Probaturũ. id est, cõmendaturũ.

¶ e Admissurum. id est, nisi solenniter sit institutus, nolet etiam nomen hæredis habere.

¶ f Auctoritas desit. Vt quia aliquid desit ꝑpter qđ testamentũ non valet, cùm multa sint in eius factione necessaria: vt s. de testa. §. j. & ij.

¶ g Rescripserunt. Vt C. de testa. l. ex imperfecto.

¶ h Inquiunt. Imperatores.

¶ i Soluti. Vt ff. de leg. & senat. cõs. l. princeps. & facit ff. de iure fisci. l. fiscus. ij. §. fin.

¶ k Viuimus. id est, viuere volumus: vt hic, & C. de leg. & constit. princip. l. digna vox. & facit ff. de lega. ij. l. quod pricipi. & l. seq. & ff. de leg. iij. l. ex imperfecto: & ff. de inofficios. testamen. l. Papinianus. §. si Imperator.

ADDITIO. Imò contra fiscum in dubio est ferenda sententia, si causa sit merè lucratiua: aliàs secus, vt hic. Angel.

DE INOFFICIOSO testamento.

¶ Qualiter ipso iure testamenta infirmentur, s. ti. j. dictum est. Nunc autem qualiter officio iudicis, id est, per sententiã iudicis intentetur querela inoffic. testa.

QVia plerunque. Totus iste titulus diuiditur principaliter in duas partes. Primò ponit, quibus personis competat querela. Secundò quando querela cesset. Secunda ibi, Sed hæc ita. Item prima subdi-

uiditur. Nā primò de querelā descendentium contra testamenta ascendentium. Secūdò cōtrà, de querela ascendentiū contra testamenta descendentiū. Tertiò de querela collateralium. Quartò, quòd querela est remedium subsidiarium. Secunda ibi, Non autem. Tertia ibi, Soror. Quarta ibi, Tā autem.

sine causa liberos suos vel exhæredant [a], vel omittunt [b]: inductum est, vt de innofficioso testamēto agere possint [c] liberi, qui [d] queruntur [e], aut iniquè se exhæredatos [f], aut iniquè præteritos [g]: hoc colore [h], quasi nō sanæ mētis fuerint, cùm * testamentū ordinarent. Sed * hoc dicitur, non quasi verè furiosus sit: sed rectè quidem fecerit testamētum, non autem ex officio pietatis. Nam si verè furiosus* sit, nullū testamentum [i] ēst. Non autem liberis tantùm permissum est testamentum parentum inofficiosum accusare: verùm etiam liberorum [k] parentibus. Soror au-

*vt. D.

* &

vel de mens.

legitima causa sit facta præteritio, aliàs contratabu. habet locum: secundum communem opinionem. Angel.

¶ c Agere possint. scilicet ab adita hæreditate intra quinquennium: vt C. eo. l. scimus. §. fina. & l. si quis filium. in fin. & ff. eo. l. Papinianus. in fin. & C. in quib⁹ causis in integrū restitu. non est necessa. l. ij. Et hoc proposita quadam petitione ad hoc, vt testamentum rescindatur, quæ non est actio prorsus, nec accusatio, sed medium tenet, & quandoque actio, quandoque accusatio dicitur: sed propriè dicitur querela: vt not. ff. eod. l. posthumus. §. si quis ex personis. in glo. j. si quis. in fine.

¶ CASVS. Marcellus crudelis pater, atque amens filium exhæredauit: aut mater Mēmia, præteriit: quum tamen eius rei causam honestā haberet nullam. Nihílne remedii adolescēti bono comparatum est? imò, actionem Prætor ei dabit testamenti inofficiosi. Quid si pater aut mater à filio impio & inhumano exhæredatus est? Idem ipsum remedium eis comparatum est? Quid autem si alii cognati exhæreditati sunt, veluti frater, aut patruus, aut cæteri? Frater & soror inofficiosi testamentum accusare possunt, si turpes personæ hæredes institutæ sunt, veluti mimi, aut gladiatores, aut adulteri. Alii autem cognati non possunt. Cor. Vib.

¶ a Exhæredant. Hoc refertur ad eos qui ascendunt per lineam masculinam & fœminam: sed seqnens clausula respicit tantùm fœmininam.

¶ b Vel omittunt. Hoc tantùm ad fœmininam lineam refertur. Nam illarum præteritio pro exhæredatione habet: vt s. de exhæred. lib. §. mater. Si autem aliquis de linea masculina omitteret filium in potestate, nullum ipso iure esset testamentum: si emanci patum filium omitteret, valeret: sed per contratab. rumpitur: vt supra de exhære. lib. in prin. & §. emancipatos. hodie etiam emancipatus præteritus potest dicere nullum ipso iure: vt supra de exhæred. libero. §. nostra. aliàs §. sed hæc quidem. & C. de liber. præter. l. maximum. Accursius.

ADDITIO. Quod est verū, si fine

¶ d Qui. scilicet liberi.

¶ e Queruntur. id est, conqueruntur.

¶ f Se exhæredatos. A qualibet linea.

¶ g Præteritos. Ab aliquo de linea fœminina.

¶ h Hoc colore. id est, hac honestate verborum.

¶ i Nullū testamentū. Vt. s. quibus nō ēst permissū facere testa. §. itē furiosi.

¶ k Liberorum. Parentibus, scilicet est permissum accusare filiorum testamentum, quando sunt ab eis exhæredati. & hoc accipe in filio pagano emancipato: aliàs sit esset miles, non subiiceretur querelæ: vt C. eod. l. fin. in fi. [Quod hodie correctum est secundum glos. quæ communis est in d. l. fin. quia datur querela. Syl.] Item si esset in potestate, testamētum ipso iure non valeret: vt supra quibus non est permissum facere testamentum. in princ. & facit ff. eodem. l. nam & si parentibus.

ADDITIO. Et præteritos, & exhęredatos queri posse parētes Eg. Baro hic censet. Licet præteriti etiam contratab. bon. posses. petant. liberi tamen in querela anteponentur parentibus. l. si pater. ff. de inoffic

¶ a Soror autem & frater. Hoc accipe in consanguineis & vterinis, vel consang. tātùm. nam vterini non possunt: vt C. eod. l. fratres. Et not. quòd duo dicit iste §. primum, quòd frater & soror possunt agere querela: secundum, quod hoc verum est, quando turpes personæ instituuntur hæredes.

b Turpibus. s. infamibus ipso iure, vel per sententiam, vel etiam de facto.

ADDITIO. Et talis infamia iuris, vel facti etiam excludit à querela: vt l. in arenā. C. eo. Angel.

¶ c Prælati sūt. id est, admissi sunt, & tunc turpibus personis, ablatiui sūt absoluti. Vel dic, Prælati sunt, id est, præpositi turpibus personis, datiuè legendo.

¶ d Non ergo. Hoc refertur ad primum responsum, vel potius ad secundum. Accurs.

¶ e Possunt. scilicet de iure.

¶ f Vltra. Hoc ad secundum, vel potius ad primum, si rectè inspiciatur series textualis.

¶ g Agentes vincere. s. etiam de facto agentes, non vincerent: melius ergo facerent, si se sumptibus inanibus nō vexarent: vt ff. eo. l. j. Sed contra ff. eo. l. posthumus. §. si quis ex his. Sed ibi nemo repulit agentem: repelli tamen potuit, vt hîc. Sed an filii fratrum agant? Videtur ex hac litera eos excludi. sed cum hodie vocentur ab intestato, & fratribus æquiparentur, fortè & ipsis querela datur, vt in authenti. de hæred. ab intest. ven. §. reliquum. & in authent. vt fratrum filii. §. j. collat. ix. quæ est in C. de legi. hæred. authent. cessante. & argum. ff. de inoffic. test. l. posthumus. in princi. Sed respondent quidam, quòd non admittuntur ad

[Soror au]tem[a] & frater turpib[b] personis scriptis hæredibus, ex sacris constitutionibus prælati sūt[c]. Non ergo[d] contra omnes hæredes agere possunt[e]. Vltra[f] fratres igitur & sorores cognati nullo modo aut agere possunt, aut agentes vincere[g].

¶ *Querela inofficiosi non habet locum, vbi competit aliud remedium.*

¶ Tam aūt naturales[h] liberi, quàm secundū nostræ constitutionis diuisionē[i] *adoptati[k], ita demum de inofficioso testamēto agere possūt, si nullo alio iure ad defuncti bona venire possunt. Nā qui ad hæreditatem totā, vel partem[l] eius alio iure veniunt[m], de inofficioso agere non possunt. Posthumi[n] quoq;, qui nullo alio iure venire possunt, de inofficioso agere possunt.

*definitionem.

¶ *Cessat querela, vbi aliquid relinquitur, quia tūc ad supplementum agitur.*

¶ Sed hæc[o] ita accipienda sunt, si nihil eis penitus à

querelam: & tamen vnà cum eo, qui potest agere, admittuntur ab intestato, vt C. de inoffic. test. l. fratres. & C. communia de succes. auth. itaque. Vel posset responderi, quòd admittuntur iure diuerso. nā frater agit querela & rumpit: & filius alterius fratris cum sit ruptū testamentum, admittitur ab intestato. Accursius.

ADDITIO. Si autem esset solus, à querela excluderetur. Angel.

¶ h Naturales. s. & legitimi: nā naturales tantùm non agunt in bonis patris, sed matris: vt ff. eo. l. si suspecta. §. j.

¶ Ratio est, quia ab hæreditate matris non excluduntur, à patris sic. l. humanitatis. C. de natu. lib. l. placet. C. ad Orficia. vel quia contra votum patris non succedunt. glo. in l. j. §. j. ff. de contratabul. Syl.

¶ i Diuisionem. Vt ab auo paterno, vel materno.

¶ k Adoptati. id est, arrogati qui habent quartam ex constitutione diui Pii: vt ff. eo. l. Papinianus. §. si quis impubes. Item adoptati si auo paterno dati sunt: vt C. de adopt. l. cum in adoptiuis. & suprà de adopt. §. sed hodie. & hoc prædixit.

¶ l Partem. s. quartā. si aūt minus, tūc ad supplemētū agitur: vt ĩ. proximo.

¶ m Veniunt. id est, venire possunt, vt iure legati vel donationis: vt infrà eo. §. penul. vel quia eorum filii vel serui sunt instituti: vt ff. eod. l. nihil.

¶ n Posthumi. s. exhæredati. nā si præteriti, ipso iure rumpitur testamentū: vt suprà de exhæred. libe. §. posthumi. sed hodie non possunt exhæredari: vt C. eod. l. si quis in suo. §. legis.

¶ o Sed hæc. Hoc refertur ad suprà

dicta, à principio vsque huc.
¶ a Testamento. scilicet iure institutionis cùm testamentū facit: vt in authen. vt cum de appellat. cog. §. aliud. sed si aliam voluntatem facit, sufficit quoquo relinquatur titulo. vt in authen. de trien. & semis. §. j. collat. iij.
¶ b Constitutio. Vt C. eod. l. omnimodo. Accurs.
¶ c Eis. s. exhæredatis. vel præteritis.
¶ d Non fuerit adiectum: vt C. eod. l. scimus. in princip.
¶ Si tutor. CASVS. Aurelius filiusfa. & in patris potestate tutelam pupilli Annii gerebat. Aurelium illū pater exhæredauit: & Annió legauit cētum. Defuncto patre, Aurelius legatum pupilli nomine accepit: deinde vult agere inofficiosi. quæro an possit? Resp. posse. Quid ex cōtrario? Sulpitius filium suū pupillum exhæredauit, & ipsius tutori Mæuio legauit centū, Męuius pupilli nomine agit inofficiosi, causa cadit, deinde vult petere suum legatū. potestne? potest. C. Vib.
¶ Not. quòd dictio sed si, non aduersatur secundum suam naturam in iure & in facto: sed in facto tantùm. Syl.
¶ e Si tutor. Testator extraneum instituit, & filium exhæredauit, & cuidam pupillo existenti in tutela filii sui legatum reliquit: quod petiit filius nomine pupilli sui: non tamen ideo repellitur à querela suo nomine. Sed contra. ff. eod. l. si. primo responso. Sed ibi certè aduocatus, procurator sponte faciebat, cùm illa officia sint spontanea: vt infrà manda. §. mandatum. at hîc etiam ex necessitate: quia tutela ex necessitate suscipitur: vt ff. de tut. & curat. da. ab his. l. nec non. & necessario geritur: vt ff. de admi. tut. l. j. in princ.
¶ Quādo autem etiam officium aduocationis esset necessarium iuxta l. prouidendum. C. de postul. cū simil. tunc nō submoueretur à querela. Syl.
¶ f Nihilominus. Nam videbatur paternum iudicium approbasse, & sic non posse postea q̄rela agere: sed tamen nihilominus potest, vt hîc dicit.
¶ g Patris. s. ipsius tutoris, imò erat exhæredatus. Accur.
¶ h Sed si econtrario. hîc testator filium suum pupillum exhęredauit, & tutori, quē ipsemet pater filio dabat, legatum dimisit. licet ergo agat de inoffic. nomine pupilli, & succumbat, tamen ad legatū admittitur. Et ita not. arg. ex hoc & superiori responso, q quis agit aliquid interdum non vt ipse, sed vt alius: simile ff. de adopt. l. si pater. §. qui duos. & ff. eo. l. is qui. §. si hæres. & l. aduersus. §. j. & C. de adm. tut. l. cùm quædam. & ff. de compen. l. pen. C. de dol. l. j.
¶ Igitur. THEMA. Pater non vult filium instituere, apertè exhæredare non audet: quid ei faciendum censes? Relinquat.

*impleri.

Aduocati & Procuratoris officium est spontaneum.

*abest.

testatoribus testamento[a] relictū est: quod nostra constitutio[b] ad verecundiā naturæ introduxit. Sin verò quantacunque hæreditatis pars vel res eis fuerit relicta: de inofficioso querela quiescente, id, quod eis[c] deest, vsque ad quartā legitimæ partis repleatur: licet non fuerit adiectum[d], boni viri arbitratu debere eam compleri *.

¶ [illegible] res factus fuerat, [illegible]

¶ Si tutor[e] nomine pupilli, cuius tutelam gerebat, ex testamento patris sui legatū acceperit, cùm nihil erat ipsi tutori relictū à patre suo: nihilominus[f] poterit nomine suo de inofficioso patris[g] testamēto agere. Sed si è contrario[h] pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat, de inofficioso egerit, & superatus est: ipse tutor *, quod sibi in testamento eodem legatum relictum est, non amittit.

¶ Subijcit, quid si filius habeat vnam quartam quoque relicti [illegible] Arcimus.

¶ [illegible]

queri de inofficioso testamento.

¶ Igitur quartam [a] quis debet habere, vt de inofficioso agere nõ possit siue iure hæreditario, siue iure legati [b], vel fideicommissi: vel si mortis causa ei quarta donata fuerit, vel inter viuos [c], in his tãtummodo casibus, quorũ nostra constitutio mentionẽ facit, vel aliis modis [d], q. in nostris* constitutionibus continentur. Quod autẽ de quarta diximus [e], ita intelligendũ est: vt siue vnus fuerit, siue plures quibus agere de inofficioso testamento permittitur, quarta eis dari possit: vt ea pro rata eis distribuatur: id est pro virili portione [f] *.

*abest.

*quarta.

Relinquat ei quartam bonorum suorum partem: veluti tria ex duodecim. Sed ecce duo sunt filii: quid fiet? vtrique sescuncem, id est, vnum & dimidiatum. quid si sint tres? singulis vnciã vnã. & sic deinceps. sic enim quarta perpetuò relinquetur. Cor. Vib.

¶ a Igitur quartam. Contrariũ formatur ex eo, quod habes s. eo. §. sed hęc ita. vbi dicit etiam si minus quarta habet, non agit querela, sed ad complementũ Solu. hîc loquitur ante Iustinianum, vt C. eod. l. cum quæritur. & ff. eod. l. Papinianus. §. quoniam autem quartam: at s. secundum Iustiniani tempora, per legem. C. eo. l. omnimodo. Et illud igitur, quod est hîc, ponitur inceptiuè, nõ illatiuè. sic ff. de iust. & iur. l. ius ciuile. §. hoc igitur. vel lege illatiuè ex eo, quod habes s. e. §. tam autem. in fi.

¶ b Iure legati. Sed hodie iure institutionis, si facit testamentum: vt in authent. vt cum de app. cog. §. aliud. Si verò alia sit voluntas, sufficit quoquo relicti titulo: vt in auth. de trien. & semis. §. j.

¶ Quod introductum est tam respectu honoris, quia titulus est honorabilis: quàm vtilitatis, propter ius accrescendi. Syl.

¶ c Inter viuos. s. data ea conditione, vt hæc donatio inter viuos in quartam computetur: vt C. eo. l. si quando. §. generaliter. & hîc subiicit.

¶ d Aliis modis. Vt dotis causa, & donationis propter nup. vt C. de inoffic. test. l. quoniam nouella.

¶ e Diximus. supra prox. §.

tan enim,si sciuisset [c] alienam rem esse,* non legasset: & ita diuus Pius rescripsit. Et verius est [b] ipsum, qui agit, id est, legatarium, probare oportere, sciuisse, alienam rem*legare defunctum: non hæredem probare oportere, ignorasse alienam: quia semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit[c].

¶ *Rei hypothecatæ, quam testator cuipiam sciens pruden[illegible] tio ad hæredem spectat: nisi aliud sensisse testatorem appareat*

¶ Sed & si *rem obligatã creditori aliquis legauerit:necesse habet hæres eã* luere[d].Et hoc quoque casu idem placet,quod in re aliena: vt ita demum luere necesse habeat hæres,si sciebat defunctus rem obligatam esse: & ita diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt. Si tamẽ defunctus voluerit*legatarium luere, & hoc expresserit non debet hæres eam luere.

¶ *Legatarius rei sibi legatæ dominiũ ex causa lucratiua nactus,legatũ nequaquam petere potest: diuersum erit si ex* [illegible]

*abest.

*voluit.

¶ c Qui agit.Nisi qui negat,neget iur[illegible] & nisi præsumeret ius p̃ actore. tunc enim probat reus negans: vt ff.de probatio. l. ab ea parte. ff. de dona.inter virum & vxorem.l.Quintus.

¶ Sed & si rem Marcellus Titio pecuniã debebat, fundũ ei suũ pignori opposuit. deĩde sic dixit, Dãno te hæres, meũ fundũ Cornelio dare. quęro an hęres cogetur, pecunia Titio dissoluta, fundũ redimere,& Cor.dare? Distinguo. nam aut Marcell⁹ obligatũ esse fundũ sciebat, aut nesciebat:priore casu coget: altero minimè. Quid si testator sic dixit,fundum meum oppigneratũ Cornelius redimat, sibíque habeat? Ipse Cornelius luet. id est, redimet.Cor.Vib.

Not.quòd dictio, Sed & si, importat diuersitatem facti, non iuris.Itẽ& q̃ legatum rei obligatæ debet relui per hæredem. Item, quòd si testator vult expressè legatarium luere quòd ipse luit.Syl.

¶ d Luere. Tribus casibus luit hæres. Si sciebat testator rem esse obligatã, vt hic. Itẽ si ignorabat, sed relinquit cõiunctæ personę: vt C.de fideic.l.prę dia. vel pro tanto res erat obligata, quantum valet, vel pro maiori summa: vt de leg.j.l.si res obligata.§.j.

Legata res obligata per hæredem tribus casibus est luenda.

Nota,quòd quando testator legat rem pignoratam, obligatámve pro tanto vel pluri, quàm valebat. siue sciuerit, siue ignorauerit obligatam:tenetur hęres luere. Nam si tenetur legatarius, ex legato nullum cõmodum reportaret. Sed tamẽ dubium facit, quia quando obligatur

res

res pro tanto vel pluri, quàm valeat, videtur res ipsa haberi pro alienata. facit quod not. glos. in l. qui habebat. ff. de lega. iij. Sed quando legatur extraneo res aliena ignoranter, non tenetur hæres luere, ergo nec hoc casu. & hanc tenuit Rapha. sed hęc est communior. Ias. Aduerte diligenter, quod luo est verbum equiuocum ad quatuor. Vno modo significat redimere siue liberare: vt luo pignus ære: & sic accipit hîc. Secundo modo est sustinere siue pati, vel punire: vt fur luit pœnas, & crux luit mala, id est, punit. Tertio modo est purgare vel expellere: vt lux luit tenebras. Quarto modo pertinet ad actum venereum, cùm oues sunt in ardore coëundi. Vnde versus,

Luo luis habet quatuor significata.

Aere luo pignus, cruce pœnas, luce tenebras.
Dicitur & luere, quando salitur ouis.
Vel sic, & breuius,
Crux luit, æs, crepo, lux, mala, pignus, ouem tenebrásque.

De hoc est glos. not. in l. licet certis. C. de loc. & conduct.

lucratiuo titulo æstimationem rei adeptus fuit, non prohibetur ex alio rem ipsam petere.

¶ Si res aliena legata fuerit, & eius rei, *viuo testatore[a] legatarius dominus factus fuerit, si quidẽ ex causa emptionis, ex testamento *actione pretium consequi potest[b]. Si verò ex causa lucratiua, veluti ex donatione, vel ex alia[c] simili causa: agere[d] non potest. nam traditum[e] est duas lucratiuas causas in eundem hominem, & eandem rem concurrere. Sylueſt.

*abest

*testamenti.

¶ Si res aliena. CASVS. Seruilius Antonio rem alienam legauit: deinde viuo Seruilio Antonius eius rei dominus factus est. quęro an hęres cogatur Antonio æstimationẽ pręstare? Distinguo. nã Antonius aut ex causa onerosa, veluti emptionis, dominus factus est, & tunc hęres cogetur: aut ex causa lucratiua, veluti donationis, & tunc non cogetur. Sed ecce, Sestius & Septimius legarunt Quintio rem alienam. quid fiet? Distinguẽdum est. Nam si rẽ Quintius ex vnius testamento sit assecutus, ęstimationem petere non poterit: si verò ęstimationem, ex altero testamento rem petere poterit. Sequens §. per se facilè intelligitur. Cor. Vib.

¶ Not. quòd si legatarius effectus est dominus rei legatę ex causa onerosa, potest legatarius agere ad ęstimationem contra hęredem: quia cùm pretium absit, non videtur quasi rem habere. Item, quòd titulus legati dicitur lucratiuus. Item, quòd legatarius potest emere rem sibi legatam. Item, quòd duæ causæ lucratiuæ non possunt in eundem hominem, & eandem rem concurrere. Sylueſt.

¶ a Viuo testatore. Idem & si post mortem: vt j. §. si cui.

¶ Adde secundũ Io. Fa. quod melius probat tex. in l. huiusmodi. §. qui seruũ. ff. de leg. j. Syl.

¶ b Cõsequi potest. Nota, cautè ponit consequi. nam pretiũ petere non potest: sed rem, quę tãtùm est in obligatione, secũdum nos: æstimatio tamen datur propter defectum: vt ff. de verb. oblig. l. si seruum. §. effectus. Sed contra nos est ff. de leg. iij. l. si res mihi. Resp. ibi propter defectum iuris petendi, ex præsumpta voluntate defuncti rem legatam legatarius amisit: sed hîc non ex voluntate defuncti amisit emendo. Quidam tamen dicunt ęstimationem esse in obligatione: vt ff. de condi. furt. l. in re furtiua. in prin. ibi, sed vtrum. in fin. [Adde, quod ex communi opinione in d. §. effectus est, quòd vtrunque peti possit. Syl.] Et not. quatuor casus, quibus peto id, quod habeo. Primus est vbi res mihi data potest auferri: vt ff. de sol. l. si rem. & l. qui res. j. respon. Item si habeo ex alia causa, quàm debeam habere, quia non videor habere, cùm pretium absit: vt hîc. Item si aliquid iuris rei deest, id adhuc tradendũ est: vt ff. de solu. l. etiam. & de verb. obl. l. Iulianus. §. fin. Item si res deterior est dolo dantis: ex causa stricti iuris datur actio de dolo, licet habeat rem: vt ff. de dol. l. & eleganter. §. non solùm. sed in bonæ fidei agitur ex primo contractu: vt ff. commo. l. iij. §. si reddita.

¶ c Ex alia. Vt legati: vt ff. man. l. si hęreditatem: non dotis promissione: vt ff. de act. & oblig. l. ex promissione.

¶ d Agere. Etiam si sua posteà esse desinit: vt ff. de legat. ij. l. Męuius. §. duobus.

¶ e Traditum. A iure: vt ff. de act. & oblig. l. omnes. & ff. de leg. j. l. si seruus legatus. §. Stichum.

minem[a], & eādem rem[b] cōcurrere nō posse[c]. Hac ratione[d], si ex duobus testamētis[e] eadem res eidē debeatur, interest, vtrū rem, an æstimationē ex testamēto consecutus sit. Nam si rem habet,* agere non potest[f]: quia habet eā ex causa lucratiua: si æstimationē, agere potest[g].

*deest.

¶ [illegible]

¶ Ea quoque res[h], quæ in rerum natura non est, si modò futura* est[i], rectè legatur: veluti fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex illa ancilla natum erit[k].

* ἐλπιζόμενο.

¶ [illegible]

¶ Si eadem res duobus[l] legata sit, siue

a In eundem hominem. ff. eo. l. si seruus. §. j. contra. Sol. ibi per obliquum concurrunt, non directo: vt hic, & arg. ff. de vulg. substit. l. quę liberis. §. fin.

b Rem. id est, speciem. aliud si quantitatem: vt ff. de legat. ij. l. Titia Seio. in princ.

c Non posse. sed cur secùs, quando emit? Respō. quia nec rem habere videtur, cùm pretium ei absit, & loco rei successerit: vt ff. de petit. hered. l. si & rē. & quod met. cau. l. videam⁹. & l. si ipsa.

d Hac ratione. s. supradictę regulæ.

e Ex duobus testamentis. scilicet, duorū hominum. si enim vnius esset, primum per secundum corrigeretur: vt s. quibus mod. test. infir. §. posteriore. Quid si in eodem bis legauit? Respon. distingue speciem à quantitate: vt ff. de leg. j. l. planè vbi. §. si eadem. vsque ad illum §. si coniunctim.

f Agere non post. Vt ff. de legat. j. l. planè vbi. §. si eadem. versi. sed si duorum. contrà: vt sequitur ex eodem testamento. Solu. illa intelligitur secundum huius §. distinctionem.

g Agere potest. ff. de lega. j. l. huiusmodi. §. j. contra. Solut. ibi testatoris & hæredis testantis est eadem persona: vt in authent. de iureiur. à mor. in princ. Vel ibi in secundo legato commodum repræsentationis primi legati relictum videtur: vt infrà eod. §. ex contrario. quia nō videtur legari bis in duobus testamentis: ideo non habebit nisi semel.

h Ea quoque res. Sic ff. de legat. j. l. quod in rerum. in prin. & de leg. iij. l. etiam. Accurs.

i Futura est. Si autem nec fuit res, nec est in rerum natura, nec erit: vt chimera: vel fuit, sed non est: vt homo mortuus non potest legari: vt j. de inut. stip. in princ. Si autem est dubiū, an sit, vel non sit in rerum natura: cauet hæres de persequēdo, & restituendo: vt ff. de leg. j. l. seruo legato. §. si. Idem in seruo legato, qui fugerat ante testamentū: aliud in eo qui fugerat post, scilicet testamentum. qui scilicet est periculo legatarii: vt ff. eod. titu. l. cùm seruus. & l. si seruus legatus. j. respon.

Adde, quòd de hoc est glos. communiter approbata in l. cū seruus. de leg. j. quæ distinguit quatuor tempora, s. testamenti, mortis, aditionis & post aditā hereditatem: de quo vide quę dixit Prep. Senen. in iiij. q. quinti casus. Syl.

k Natum erit. Et tunc competit sibi actio: vt ff. de verb. oblig. l. interdum. j. respon.

Si eadem res. Stathius seruus Antonio, & Messalę legatus est, quid iuris est vtrique? Stathius erit vtriusque ex semisse: ita vt si decem valeat, quinque sint Messalæ, quinque sint Antonii. Quid, si Messala moriatur ante perceptum legatū? eius pars accrescet Antonio, totúsque erit Stathius Antonii. Cor. Vib.

Not. quòd plures legatarii eiusdem rei faciunt sibi partes per cōcursum: quando omnes legatum acceptant, siue disiunctim, siue coniunctim legatum sit. Item, quòd inter legatarios habet locum ius accrescendi: & portio deficiens ei accrescit, non autem remanet apud hæredem. Item nota, quomodo disiunctim, & quomodo coniunctim legetur. Syl.

l Duobus. Quid si dicat, illi aut illi lego? Respon. duo rei stipulandi esse videntur: vt ff. de legat. ij. l. si Titio aut Seio.

Adde,

¶ Adde, quòd vrget in contrariũ tex. in l.pen.C.de verb.signifi. Ideo distinguit, quòd aut electio datur hęredi, & procedit lex Titio. & hoc verũ, quando alternatiua esset expressa : secus si tacita: quia tũc hærede non eligente, admittũtur omnes pariter ad legatum. l.si quis Titio.§.fi.ff.eo. Aut non datur electio, & resoluitur in cõiunctiuam, & copulatiuam, & sic oẽs pariter admittũtur. d.l.ij. nisi donetur inter personas, inter quas cadit affectio. l.cum pater. §.pen.ff.eo. ij. Syluest.

coniunctim [a], siue disiunctim [b] si ambo perueniãt ad legatũ, scinditur [c] inter eos legatum. si alter deficiat: quia aut spreuerit legatum, aut, viuo testatore [d] decesserit [e], vel alio quoquo modo defecerit [f], totũ ad collegatarium pertinet. Cõiunctim [g] autem legatur, veluti, si quis dicat, Titio & Seio hominem Stichum do, lego. Disiunctim [h] ita, Titio hominem Stichum do lego, Seio hominem Stichum do lego [i]. Sed & * si expresserit, eundem hominem Stichum, æquè disiunctim [k] legatum intelligitur.

positas in l.huiusmodi.§.si Titio.ff.de leg.j.per Bart.Syl.

¶ g Coniunctim. scilicet re, & verbis: vt ff.de leg.iij.l.re coniuncti.

¶ Adde, quòd hæc glos. communiter approbatur per doctor. in l. re coniuncti.ff.eo. iij. Syl.

¶ h Disiunctim. scilicet verbis tantùm. nam re sunt coniuncti.

¶ i Do lego. Sed nónne dando Seio, adimit Titio, vt ff.de pupil. substitu.l.si quis eum. & de adi. leg.l.iij. in princ.& l.sicut? Resp. sic, si probatur testatorẽ hoc, s. adimere Titio, & dare Seio voluisse: non aliàs: vt ff.eod.j.l.si pluribus.§.j. * Sed si.

¶ a Coniunctim. s. per copulatiuam coniunctionem: vt ff.de hæred. instit. l.si ita quis hæredes.

¶ b Disiunctim. id est, separatim: vt j. proximo §.

¶ c Scinditur. Viriliter, nisi simul duo coniuncti essent, qui locum vnius obtinent: vt ff.de hæred.instit.l.Titius.& l.interdum.in princip.

¶ d Viuo testatore. Nam si testatore mortuo legatarius decedat : ad hęredem suum legatum transmittit : vt C. de cadu.tol.l.vnic.§.cum igitur.

¶ e Decesserit. Post testamentum tamen: vt differat à sequenti.

Legatũ quinque casibus deficit, & legatario accrescit.

¶ f Defecerit. s. legatarius: vt per mortem ciuilem. Vel dic legatũ, quod tribus casibus deficit, & accrescit legatario, pręter duos, qui ponuntur hic. Primus, si non est collegatarius in rerum natura tẽpore testamenti: vt C.de cad. tol.l.vnic.§.j.in prin. Secũdus, si mihi & posthumo legatur, qui oborietur postea: vt ff.eo.l.j.si duobus.§.fi. Tertius, si mihi, & hęredi suo legat: vt ff.e. j. l.planè vbi. §.si duobus. & sic sunt quinque casus. Ecõtra sunt tres casus, quib⁹ deficit legatũ : sed collegatario non accrescit. Primus, si mihi, & seruo suo legat: vt ff.eo.j. l.planè vbi.§.si cõiunctim. Secundus, si mihi, & tibi res tua legatur: vt ff.eo.j.l.huiusmodi.§.si Titio. Tertius, si mihi, & non capaci legatur: vt ff.de leg.ij.l.si Titio.

Legatũ in tribus casibus deficit, nec legatario accrescit.

¶ Adde, & declara per duas regulas

¶ Adde, q in hac materia ita dicendũ est, Quãdo testator legat vni rem, quã alteri legauit sine commemoratione primi legati, tunc ambo concurrũt d. l.si pluribus. Quando verò testator legat cum aduersatiua sub commemoratione primi, censetur in totũ ademptum, secundum doct.in l.si fortidianum.C.eo. Et idem, quando in diuersa voluntate legat alteri sub commemoratione primi, eidem censetur ademptũ.l.nõ ad ea.§.fi.ff.de condi.& dem. Quando verò in eadem volũtate rem legatã vni alteri legat sub commemoratione primi, censetur facta ademptio pro parte.l.Iulianus.ff.de hęred. inst.& d.l.si plurib⁹. & ita cõmuniter tenetur, quãuis in hoc vltimo aliàs disputando, contrariũ defenderim. Syl.

¶ k Disiunctim. Verbis tantùm, re tamen coniuncti sunt: vt ff.de lega.iij.l. re coniuncti. Sunt & alii re & verbis disiuncti : vt si ita dicam, lego Titio dimidiã serui: Sempronio lego dimidiã eiusdem serui: vt ff.eo.ij. l.& Proculo. Nec obstat in eod.tit.de leg.ij.l. Mæuio.in prin. quia illa intelligitur, quando vnam dimidiam vtrique legauit. Et in istis non habet locum accessio, id est, ius accrescendi: vt d.l.& Proculo. Sunt etiam re disiuncti, sed verbis coniuncti : vt si dico, lego tibi & Sempronio pro ęquis portionibus.

Sunt & alii re & verbis coniuncti: vt §.proxi. Et coniuncti vtroque modo, præferuntur disiunctis vtroque, vel altero tantummodo coniunctis. Coniuncti verò vno modo tantùm simul admittūtur, scilicet re tantùm. Coniuncti verbis tantùm, disiuncti re, & verbis præferūtur: vt ff. de hæred. institūt. l. si ita quis hæredes. & ff. de legat. iij. l. re coniuncti. §. pen. & §. fin.

Legatariorum quidam sunt coniunctire tantum, alii verbis tantum: alii re & verbis: alii prorsus disiūcti.

ADDITIO.

Similem gl. habes in l. j. §. fina. ff. de vsufru. accrescendo.

¶ Si cui fundus.

CASVS. Flauius fundum alienum Rabirio legauit, qui centum erat, & quinquaginta aureorum. deinde Rabirius eum fundum emit deducto vsufructu, qui quinquaginta aureorū erat, fructuarius paulo post moritur, ex quo consolidatio facta est, & fundus fact⁹ est integer Rabirii. Quæro, an Rabirius possit fundi illius æstimationem integram, id est, centum & quinquaginta aureos petere, & an Prætor ei actionem hoc nomine dabit? Maximè. Prætor tamen potestatem iudici permittet, iubendi solius proprietatis æstimationē dari. id est, tametsi centum quinquaginta Rabirius petet, non tamen nisi centum ei adiudicabit. Sequentes duos §§. non illustramus exemplo, cùm exemplo sint expositi. Cor. Vib.

¶ Nota quòd quanuis appellatione fundi veniat plena proprietas, tamen libellus in quo peto fundum, cuius vsusfructus est apud me, saluatur. Item, quòd vsusfructus, qui reuertitur ad proprietatem: quia finitur, dicitur reuerti ex causa lucratiua, quanuis proprietatem habeam ex titulo oneroso. Syluest.

¶ a Emerit. scilicet, legatarius.

¶ b Peruenerit. s. morte vsufructuarii, vel capitis deminutione. vel simili causa, lucratiua tamen: vt s. de vsufru. §. finitur. & sic factus est casualis.

¶ c Et fundum. id est, proprietatem plenam: de iudicis tamen officio aliter fit: vt infrà sequitur.

¶ Adde, quòd de hoc est casus in l. si Titio fundus. ff. de vsufr. leg. Syl.

¶ d Petere. Hic repete quod diximus suprà eodem §. si res.

¶ *Si legati fundi proprietas ad legatarium onerosotitulo peruenerit, vsusfructus verò lucratiuo: proprietatis æstimationem iudicis officio tantùm consequitur.*

¶ Si cui fundus alienus legatus sit, & emerit[a] proprietatem deducto* vsufructu, & vsusfructus ad eum peruenerit[b], & postea ex testamento agat: rectè eum agere, & fundum[c] petere[d]. Iulianus ait: quia vsusfructus[e] in petitione[f] seruitutis[g] locum obtinet: sed officio iudicis continetur vt deducto[h]* vsufructu, iubeat æstimationem[i] præstari[k].

* detracto.

¶ e Quia vsusfructus. Dixit fundum peti, & sic in plena proprietate. Sed opponitur: plena proprietas constat ex duobus, scilicet, ex nuda proprietate, & vsufructu, & etiam habet partem, id est, vsumfructū ex causa lucratiua: quomodo ergo petitur fundus in plena proprietate? Respon. vsusfructus hoc casu cum fundus petitur in plena proprietate, non obtinet partem dominii, sed vice seruitutis prædialis, quæ non est pars rei, quum non possit esse sine re: & ideo non videtur peti ea pars rei, quæ obuenit ex causa lucratiua, scilicet vsusfructus, & hoc de rigore: sed contrà de æquitate, vt subiicit.

Vsusfructus an sit pars dominii.

¶ f In petitione. scilicet tali, id est, prædicti fundi per actionem ex testamento. aliàs in multis locum dominii habet: vt ff. de damn. infect. l. qui bona. §. & superficiarium: & ff. de bon. auctorita. iudic. possiden. l. in venditione. in princip. & ff. famil. erciscundæ. l. & puto. §. ij. & ff. de vsufruct. l. iiij. & v.

Vsusfructus in multis dominii locū habet.

¶ Adde, quòd non est pars prædicatiua, seu subiectiua: sed integralis, secundum glos. in l. rectè. ff. de verbo. significatio. ita dicunt hîc doctor. Sed tu dic, quod si loqueris de formali, est pars subiectiua: si de causali, est integralis. Syluest.

¶ g Seruitutis. scilicet, realis.

¶ h Deducto vsufructu. id est, æstimatione vsusfructus. quē, scilicet vsumfructum ex causa lucratiua habet: ideo non debet plus habere: vt suprà eod. §. si res.

¶ i Aestimationem. s. proprietatis.

¶ k Præstari. scilicet, ab hærede suo.

¶ a Lega-

Legatum rei propriæ legatarii non valet etiam si post testamentum sua esse de-[illegible]

Sed si rem legatarii quis ei legauerit, inutile est legatū[a]: quia quod propriū est ipsius, amplius eius fieri nō pōt[b]. Et licet alienauerit[c] eā: nō debetur nec ipsa res, nec æstimatio eius.

Valet legatū rei te- [illegible] putauerit alienam.

Si quis rem suā quasi alienā[d] legauerit, valet legatū. Nam plus valet, quod in veritate est, quàm quod in opinione[e]. Sed & si legatarii esse putauit, valere constat: quia exitum[f] voluntas defuncti habere potest.

Ita demum rei legatæ alienatio aut pi- [illegible] adimit, si testatorem [illegible] lienasse constet.

Si rem suam legauerit testator, posteáque eam alienauerit[g], Cel-

¶ a Legatum. Vt ff. de lib. lega. l. j. contrà. Solut. ibi liberatio relinquitur, quæ non erat debitoris.

¶ b Non potest. Sic j. de act. §. sic itaque. ff. de leg. iij. l. cùm quis. primo responso. & ff. de except. rei iudi. l. & an eadem. §. actiones. & de acq. poss. l. iij. §. ex pluribus.

¶ c Alienauerit. ff. de reg. Cato. l. j. in fin. contra. Solu. secundum B. ibi viuo testatore alienauit, hîc postea. Vel hîc purum fuit, ibi conditionale, secūdū Ioan. arg. ff. eo. l. cætera. §. ij.

¶ Adde, quòd secunda solutio vera est: quia legata conditionalia sunt suspensa ex conditione: ideo talis regula non potest in ea locum sibi vendicare. Syl. Aldob.

¶ d Quasi alienam. i. credens alienam.

¶ e In opinione. Not. sic ff. de manu. vind. l. si pater. §. quoties. ibi plus est enim. & ff. de iur. & fact. igno. l. regula. §. qui ignorauit. argu. contra. ff. de acqui. hered. l. is, qui putat. Sol. ibi de re, quæ consistit in animo.

ADDITIO. Aem. Ferr. dicit ꝙ distinguendum est sic in hac materia: vt illud inspiciamus, quod precipuū, ac principale est. nam si potentior causa est animi atque opinionis, quàm rei vt in acquirenda hereditate, opinionem magis sequimur, quàm veritatē. è cōtrario, si causa vtraque comparata res principalis est quod in veritate est, potius inspicimus. vt in legato.

¶ f Exitum. i. effectum: vt ff. quemad. test. appe. l. vel negare. ibi publicè enim expedit suprema hominum iudicia exitum habere, id est, res talis legatario acquiri potest.

¶ Si rem suam. CASVS. Quintius suum fundum Aurelio legauit. deinde alienauit. quæro an nihilominus ab herede debeatur? Distinguo. nam aut animo adimendi alienauit: veluti si cum alteri donauit, & tunc non debetur: aut non adimendi animo, veluti si rei familiaris necessitate coactus id fecerit, & tunc debetur. Quod sequitur apertū est. Nam quod valet in alienatione, multo magis in obligatione: & quod in toto, peræquè etiā in parte. Cor. Vib.

¶ Nota quod per alienationē aut pignorationem non amittitur legatum. Item, quod in casibus in quibus heres tenetur luere rē legatam, legatarius potest in libello concludere super ipsa luitione. i. petere heredem cōpelli vt luat. Item, quòd per alienationē partis alia pars non censetur adempta. Item, quod idem iuris est in parte, atque in toto. Syluest.

¶ g Alienauerit. Vendendo: sed donando indistinctè videtur adimere. nec distinguitur, an valeat donatio, vel nō: & etiam si reuocetur, vt ff. de adi. leg. l. cum seruus. & l. rem legatam. & l. legatum sub cōditione. §. j. [Adde, quòd hec glo. communiter approbatur: disputando tamen Prepos. Senen. in v. q. ij. casus tenet, quod eadem distinctio text. nostri adhibeatur in donatione, sicut in qualibet alia alienatione. Syluest.] Si ex alia causa à donatione, distingue animū: vt hîc, & in dubio probat heres mutatam voluntatem: vt ff. de lega. iij. l. fideicommissa. §. si rem. & ff. eod. ij. l. Lucius. §. pen. ibi. nisi heres. & ff. de prob. l. eum qui.

¶ Adde, ꝙ hec gl. intelligēda est in alienatione necessaria: & ratio quare heres probat, est: quia habet iuris presumptionem contra se: quam etiā legatarius non allegare tenetur, quia non resultat ex facto suo. Alexan. in l. qui in aliena. de acq. hered. Syluest.

¶ a Non adimēdi animo. Qui animus ex hoc probatur, quia si necessitate rei familiaris, non videtur reuocasse: aliàs sic. quæ distinctio in donatione non cadit: vt ff. de adi. lega. l. rem legatam. & not. C. e. l. qui post. Acc.

sub cōditione, si P. Clodius esset Consul. Deinde moriens ea centum Crasso purè legauit. quid iuris? Hæres statim cogetur Crasso dissoluere. Quid autem si Milone viuo dies vel cōditio extiterit? valet legatum, s. post Milonis mortē. & hæres cogetur persoluere. Cor. Vib.

sus putat *, si non adimendi animo [a] vendidit, nihilominus deberi [b]: idémque [c] * diui Seuerus & Antoninus rescripserunt. Iidem [d] rescripserunt eum qui post testamentum factum prædia, quæ legata erant *, pignori dedit [e], ademisse legatum nō videri [f], & ideo legatarium cum hærede eius * agere posse, vt prædia à creditore luantur. Si verò [g] quis [h] partem rei legatæ alienauerit: pars, quæ non est alienata omnino * debetur, pars autem alienata ita debetur, si non adimendi animo alienata sit.

*existimat. *idque. *legauerat. *abest. *omnimodo.

¶ *Liberationis legatū, tutum legatarium eiúsque in posterum iuris successores red* [illegible] *ei aduersus creditoris hæredem, vt liber ab obligatione fiat, acquirit.*

¶ Si quis debitori suo liberationē legauerit [i], legatum

¶ b Deberi. s. rē legatario. argu. s̄. eo. §. nō solū, vbi ab initio fuit alienata.

¶ c Idémque. s. iuris esse.

¶ d Iidem. s. Imperatores Seuerus & Antoninus.

¶ e Pignori dedit. Quid, si rem obligatam creditori debitor legauerit: nunquid valet legatum? Resp. sic: & nihilominus poterit petere debitum, nisi voluntas testatoris ostendatur volentis cōpensare: vt ff. de legat. ij. l. creditorem. Accur.

¶ Adde hoc non procedere in eo, qui tenetur ex dispositione legis: vt in patre, qui tenetur dotare filiam. l. si cum dote. §. si pater. & ibi Barto. ff. si solut. matrim. Syluest.

¶ f Non videri. Nisi sub dicta constitutione, id est, an habuit animum adimendi, vel nō. Vel dic nullo modo: vt hîc, & C. eo. l. qui post. & hoc quia primo valuit relictum. aliàs contrà. vt C. de do. inter vir. & vxo. l. si maritus. ij. & ff. de do. inter vir. & vxor. l. cum hic status. §. si maritus. & ibi in glo. j.

¶ g Si verò. Nota de toto ad partem.

¶ h Quis. scilicet, testator.

¶ Si quis debitori. CASVS. Milo debebat mihi centū. Ei ego liberationem legaui. valétne legatum? valet: adeò, vt etiam meum heredem Milo in iùs vocare possit, vt se liberet. Quid, si quum Milo mihi centum calendis Ianuariis deberet, dilationem ei dedi vsque ad annos duos? Hæres non ante biennium petere poterit. Sed quæro ex cōtrario. Milo debebat Crasso centum soluenda post annos quatuor, aut

¶ Not. quòd legatū liberationis valet. Item, q̃ prodest non solùm legatario, sed etiā hæredi, & cuicunque locum hæredis tenenti. Item, quod legata liberatione non solùm competit legatario exceptio, si ab eo petatur: sed habet actionem ad petēdum, vt creditoris hæres liberet eum per acceptilationem. Item, q̃ legatum factum à debitore creditori, si nullam afferat vtilitatem, inutile est. Item, quod legatum ab initio validum propter commodum repræsentationis non fit inualidum, quāuis viuo testatore deueniat ad eum casum, à quo incipere non posset. Item, quòd factum legitimè non retractatur, etiā si veniat ad casum, à quo incipere non potuisset. Syluest.

¶ i Liberationem legauerit. Quod tribus modis fit. Primus, peti nolo, vel quod debet, relinquo, vel actionem remitto. quòd hîc liberandus est legatarius ab omni debito: vt hîc, & ff. de lib. leg. l. si quas rationes. & l. Aurelio. j. respon. [Adde, quod communitèr glo. tenetur, quod hoc modo liberatio relicta includat etiam dolum: quod falsum est: & ego aliàs legendo latissimè reprobaui: & vid. Præpositum Senens. in vj. quæstione quinti casus. vbi latius explicat. Syluest.] Secundus est, si negotium testatoris gessisset: & testator dixerit, rationes reddere nolo. & hic ab omni debito liberatur: nisi ab eo, quod penes eum sit, & ab

& ab eo, quod dolo fecit: vt ff. de lib. leg. l. Aurelio. §. fin. cum suis concor. vt in glo. fin. ibidem. Tertius, si damnauit hæredem ne exerceat actiones, quo casu si bonã causã habet testator. litis euentus & sumptus ab aduersario facti legati videtur: vt ff. de lib. lega. l. petitor. si malã causam, nihil videtur legare: vt in eadem lege.

ADDITIO. Similem glos. habes in l. Aurelio. ff. de liber. leg.

¶ a Vtile est. Licet res sua sibi legari videatur: vt ff. de lib. lega. l. j. primo. responso. & est hoc verum, nisi testatore viuo exactio fiat: vt j. eod. titu. §. tã autẽ. & ff. eod. iij. l. fideicõmissa. §. si rem.

¶ b Hæres. Vel hæres hæredis: vt ff. de lib. leg: l. ij. in fin.

¶ c Petere. Cũ effectu propter exceptionem: vt ff. de liber. leg. l. iiij. §. nunc de effectu.

¶ d Hæredis loco sit. Sicut est bonorũ possessor, & fideicom. vniuersalis: vt j. de bonorum possessio. & quos autẽ. & de fideicom. hæred. §. restituta.

¶ e Vt liberet. Per acceptilationem. si solus est debitor, si habet correum sociũ, idem aliàs correus siue socius pacto est liberatus: vt ff. de lib. lega. l. iiij. §. nunc de effectu. in fin.

¶ Adde circa primũ casum hoc verũ, si liberatio fuit facta in perpetuum: si verò ad tempus, tunc sufficit, quòd legatarius officio iudicis consequatur, q sibi silentium imponatur vsque ad illud tempus. l. Aurelius. §. centum ff. eod. circa secundum verò quando debitor habet correum non socium dic, quòd ratio est: quia acceptilatio extingueret obligationem, & consequenter etiam correus liberetur. Dictum hoc verum, nisi legatum esset factum contemplatione vtriusque, vt per Bart. in de. §. nunc de effectu. Syl.

¶ f Ad tempus. Vt ff. de lib. leg. l. non solùm nostrum: §. ij. Accur.

vtile est[a], & neque ab ipso debitore, neque ab hæredc eius potest hæres[b] petere[c], neque ab alio * qui hæredis loco sit[d]: sed & potest à debitore cõueniri, vt liberet[e] eum. Potest etiã* quis vel ad tẽpus[f] iubere, ne hæres petat.

* Alià ab illo.

* autem.

¶ *Debitor creditori debitum legãdo, tunc vtiliter legat, cùm qualecunque commodum creditor ex* [illegible]

¶ Ex contrariò, si debitor[g] creditori suo[h], quod debet legauerit, inutile est legatum: si nihil plus est in legato, quàm in debito: quia nihil amplius[i] per legatum habet. Quòd si in diem, vel sub cõditione debitum ei[k], purè legauerit[l], vtile est legatũ propter repræsentationẽ. Quòd si viuo testatore, dies venerit, vel conditio extiterit, Papinianus scripsit, vtile esse[m] nihilominus legatum: quia semel constitit[n], quod & verum est. Non enim placuit sententia existimãtiũ extinctum esse legatum: quia[o] in eam causam peruenerit, à qua incipere non potest[p].

¶ g Si debitor. Secus si alius: qa interest creditoris plures reos habere: vt ff. de lib. leg. l. si quis decedens. §. fi. alias incipit, Iulianus.

¶ h Creditori suo. scilicet ciuiliter & naturaliter. & cum effectu, & purè, aliàs valet: vt ff. de leg. j. l. si creditori. per totam legem. & l. si nautẽ. Acc.

¶ i Nihil amplius. Sed nunquid hodie semper est plus, cũ habeat statim rei legatæ dominiũ, & hypothecariã aliarũ rerũ defuncti? Resp. non: vt ff. de leg. iij. l. ij. §. si rẽ. qa plus tã tùm quatuor modis dicitur: vt j. de actionibus. §. plus autem. & iste modus non est aliquis de his. Accursius.

¶ k Ei. scilicet, creditori.

¶ l Legauerit. scilicet debitor.

¶ m Vtile esse. ff. de legatis secundo. l. debitor. in princi. contrà, vbi est inutilis. Solutio. hoc corrigitur. Vel ibi dicit inutile, id est, non vtile, cùm & aliam habeat actionem. potest tamen & ista agi: vt hìc. Accursius.

ADDITIO. Dic secũdũ A. F. & E. B. hìc, esse repugnãtiã in illis legibus: & cõpositores Pãd. hoc nõ animaduertisse. nã quod hìc dicitur, Non enim placuit sententia existimãtium, apertè abrogat d. l. debitor. ff. de leg. ij.

¶ n Constitit. id est, valuit. Accur.

¶ o Quia. Ratio illius falsæ opinionis. Accur.

¶ p Non potest. Nota argumen. pro

T. j.

vtraque parte ad hanc regulam. ff. de verb. oblig. l. existimo. & l. pluribus. §. & si placeat. & de iis, quæ pro non scrip. hab. l. si in metallum. §. item si seruo. & de serui. l. pro parte,

patet, ꝙ quanuis habeat facultatem rei restituendę statim, omnino habet annum prædictum. Syl.] Item de dotē datur actio in quantū maritus facere potest, vel eius heres: vt ff. sol. matri. l. etiam. j. respō. at legatum insolidum, nisi in Falcidia per beneficium inuentarii: vt in authen. de hær. & Falc. l. si verò nō fecerit. col. j. Itē si qua pacta in præiudicium mulieris facta sunt, beneficio legati tolluntur: vt ff. de do. præleg. l. j. j. respon.

¶ *Dotis prælegatio vxori à marito facta iure subsistet* [illegible] *tem igitur (etiam si nullam dederit) consequetur vxor: modò certam dotis quantitatem testator legando expresserit.*

¶ Sed si vxori maritus dotem legauerit, valet legatum: quia plenius est[a] legatū, quàm de dote actio. Sed si quam non accepit dotē[b], legauerit, diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, si quidem simpliciter legauerit, inutile esse legatum: si verò certa pecunia, vel certum corpus, aut instrumēta* dotis[c] in* prælegando[d] demonstrata sunt, valere legatum.

Si res legata facto hæredis etiam ignorantis præstari non potest, hæres tenetur: secus si non suo facto, Aretinus.

¶ Si res[e] legata sine facto[f] hæredis perierit[g], legatario decedit[h]. Et si seruus alienus legatus, sine fa-

*Instrumētum. * Aliàs in relegando.

¶ Sed si vxori. CASVS. Cicero Terētię vxori dotē, quā illa attulerat, legauit. valet né legatū? valet. qua ratione? qa dos nō soluereť, nisi anno confecto post Tulii mortē: at legatū cōtinuò post mortē soluiť. Quid si dotē nō accepisset? Distīguo Nā aut simpliciter ac liquidò dixit, Eā dotē, quā mihi dedit: & tūc nō valet: aut certā quātitatē expressit, veluti, cētū quę mihi dedit: vel corpus, fundū quem mihi dedit, vel quæ in instrumēto dotali expressa sunt. & tunc valet. Cor. Vib.

¶ Not. ꝙ legatū dotis factum à viro vxori, valet propter cōmodū repræsētationis. Itē, ꝙ legatū sub falsa demōstratione debiti, si nō exprimatur certa quantitas, vel aliter constet, quid, aut quantum legetur, non valet, si legans nullo modo est debitor. Item, ꝙ falsa causa non vitiat legatum. Syl.

¶ a Plenius est. s. in cōmodo repræsētationis: cùm legatū statim, dos verò annua, bima, trima die olim: hodie post annū mobilia, sed immobilia statim: vt C. de rei vxor. actio. l. vnic. §. cùm autē. & ff. de dote. præleg. l. j. §. verū est. [Adde, ꝙ hodie habet annū, etiā si habeat facultatem rei restituēdæ statim, quāuis multi voluerint cōtrarium, moti, qa annus datur gratia miserationis: quia cùm maritus in d. §. cum autem. habeat dilationē in iuribus, quæ semper sunt in facultate mariti, & ea solo verbo potest restituere. [illegible]

¶ b Dotē. id est illā dotem, quā non recipit.

¶ c Instrumenta dotis. s. in quibus confessus fuit se recepisse dotem, quam non recepit, vt ff. de dot. præleg. l. fin. & l. cum scriptum. §. item ei quæ

¶ d In prælegando. id est, legando. abundat enim præ: vt ff. de dote præle. l. j. j. respon. in gloss. j.

¶ e Si res. Puta seruus Stichus.

¶ f Sine facto. id est mora: quo casu de interitu tenetur: vt ff. de verbo. oblig. l. si seruum. j. respon. de lega. j. l. cum res. §. fi. [Rationem vide per gl. in l. diuortio. in gloss. iij. ff. de negot. gest. Syl.] Vel quia sine causa occidit: vt d. l. si seruum. Aliud si cum causa: vt ff. de leg. j. l. quid ergo. §. si hæres. tenetur enim de dolo & lata culpa & leui: vt ff. eo. j. l. cum res. §. sed si Stichus. ver. sed si culpa. & §. culpa. Acc.

¶ g Perierit. vel non compareat: quo casu caueat hæres de dādo si ad eum redierit, & suis sumptibus recuperatur, quando post mortem fugit: aliàs id est, si in vita sumptibus legatarii: vt ff. de leg. j. l. cum res. §. item si res. & de leg. ij. l. si quis seruum. in princ.

¶ h Decedit. Quia qui in specie tenetur,

tur, eius interitu liberatur: vt hîc, & ff. de verb. oblig. l. si ex legati.

¶ a Sine facto. In hoc quoque, scilicet alieno seruo potest admitti culpa: putà non certificauit hæres dominũ (qui si sciuisset se posse vendere, non manumisisset) scilicet fortè, cùm videret eũ velle manumittere: vt ff. eo. j. l. cum res. §. sed & si alienus. & §. pen. & fi. Item si fuerit in mora emendi: vt ff. de verb. obl. l. si seruũ. §. si aũt alienus. & dic facto, i. culpa, vel mora.

¶ b Hęredis. Cõtrà de leg. præstand. l. nanque naturam.

¶ c Manumissus. Nam manumissus similis est mortuo: vt ff. de solut. l. si mihi alienum.

cto[a] hæredis[b] manumissus[c] fuerit, nõ tenetur hæres. Si verò hæredis seruus legatus sit*, & ipse eum manumiserit, teneri[d] ipsum Iulianus scripsit: nec interest[e] sciuerit[f], an ignorauerit à se legatum esse. Sed & si alii donauerit[g] seruum[h], & is, cui donatus est, eum manumiserit, tenetur[i] hæres, quamuis ignorauerit[k] à se eum legatum esse.

*fuerit.

¶ *Copulatorum altero pereunte, aliud æquè principale firmum manet: quòd si alteri fuerit accessorium, principali corruente, & id quod [illegible].*

¶ Si quis ancillas cum suis natis[l]* legauerit: etiã si ancillæ mortuæ fuerint, partus legato cedunt[m]. Idem est[n], & si ordinarii[o] serui cum vicariis legati fuerint: quia licet mortui sint ordinarii, tamen vicarii le-

*suo partu.

¶ d Teneri. s. ad æstimationem: vt ff. eod. j. l. si quis inquilinos. §. j. & ff. qui & à quib. l. heres. Sed hîc non dicit tenere manumissionem: sed dicit, quòd non minus valeat legatum, scilicet quo ad æstimationem.

ADDITIO. Et valet etiã manumissio: q̃a dominiũ serui hęredis nõ trãsit in legatariũ: vt hîc, & d. l. si quis inquilinos. secùs in seruo hæreditario, etiã sub conditione legato. l. si seruum qui sub conditione. ff. de manumis. Ang.

¶ e Nec interest. Cur secùs, vbi seruũ indebitum sibi solutum quis manumiserit: vt ff. de cond. indeb. l. in summa. §. si seruum. quæ est contra? Ioan. respond. quia debuit scire, cùm factum suum censeatur: vt in auth. de iureiur. à mo. j. respon. coll. v.

¶ f Sciuerit. ipse hæres.

¶ g Donauerit. scilicet hæres.

¶ h Seruum. A testatore legatũ. & erat hæredis.

¶ i Tenetur. ad æstimationem: vt suprà proxi. dixi.

¶ k Ignorauerit. scilicet, hæres.

¶ Si quis ancillas. CASVS. Furius legauit Attico Pythiam ancillã cum ipsius filio Pythio: viuo adhuc Furio Pythia moritur. quęro an Pythius debeatur? maximè. sunt enim duo legata, quorum vno sublato, reliquum superest. Idem legauit ordinarium, cum vicario. moritur ille, hic debetur, quia duo sunt legata. Quid ergo, si sic dixit, Lego seruũ cum peculio. Seruus est mortuus, debetúrne peculium? minimè. quia vnũ est legatũ. siquidem peculium accessio est serui, rei prĩcipalis. Quid si fundũ vel instructum, vel cũ instrumento legauit, ac deinde fundum alienauit? an debetur instrumentũ? minimè: cùm vnũ sit legatum, & fundus rei principalis, instrumentum accessionis locum teneat. Cor. Vib.

¶ Not. q̃ legatum hominis per modũ accessorii ad aliũ hominẽ principalẽ non extinguitur, licet extinguatur legatũ hominis principalis. Item, q̃ homo homini nõ accedit. Item, q̃ accessorium non debet esse maius suo principali. Item, quòd legatũ rei accessoriæ ad hominem principaliter legatum, si exprimatur verbis accessionẽ importantibus, extinguitur extincto legato hominis. Item, q̃ dictio cum, quando ponitur inter res quę possunt vna alteri accedere, stãt accessoriè: aliàs secus. Item, quòd extincto principali, extinguitur accessorium. Syl.

¶ l Suis natis. Aliàs suo nato.

¶ m Cedunt. Quia duo legata sunt separata: vt ff. de pec. leg. l. & si ancilla. quæ est. l. iiij. Sed contrà. ff. de ven. inspi. l. j. §. ex hoc. vbi dicitur, quòd partus est portio viscerum matris? Resp. ibi loquitur, donec in ventre est.

¶ n Idem est. Sic ff. de pec. lega. l. iiij.

¶ o Ordinarii. Qui sunt hi? Dic vt infrà quod cum eo. §. cum autem.

gato cedunt. Sed* si seruus fuerit cũ peculio legatus: mortuo[a] seruo, vel manumisso, vel alienato,* peculii legatũ extinguitur[b]. Idem est, si fundus instructus[c], vel cũ instrumento[d] legatus fuerit. Nã fundo alienato[e], & instrumenti legatum extinguitur.

Grex etiam in vna oue retinetur: & legato grege veniunt oues adiunctæ gregi, post testamentũ. Idem est in legato ædium.

Si grex[f] legatus fuerit, & postea ad vnã quem[g] peruenerit: quod superfuerit,* vendicari[h] potest. Grege autẽ legato[i], etiã eas oues, quæ post testamentum factũ gregi adiiciuntur, legato cedere, Iulianus ait. Est autem* gregis* vnum corpus[k] ex distantibus capitibus: sicut ædium vnum corpus est ex cohærentibus lapidibus. Aedibus denique* legatis, columnas & marmora, quæ post testamentum factũ* adiecta sunt, legato dicimus* cedere[l].

*& — *& — *superfuit. — *enim. — *grex. — *Aliàs, quoque — *Facti, abũdat. — *abest.

ADDITIO. Ordinarii serui dicuntur ab ordine, qui domui, aut tabernæ, aut negotiationi regendę pręsunt, quibus datum est peculium: illorum verò si peculio continebatur alii serui, vicarii appellabantur. qui etiam serui peculiares dicuntur. l. si Sticho. ff. de pecul. leg. Martialis, Esse sat est seruum: iam nolo vicarius esse. A.F.

a Mortuo. s. viuo testatore, non si post: vt ff. de pec. leg. l. tũc inutile.

b Extinguitur. Quia accessio est: vt ff. de pec. leg. l. j. & ij. Sed quare non ita in superiori casu? Resp. propter hominis dignitatem: quia non ita accedit: vt ff. de ædil. edi. l. iustissimè. in princip. Item quid si vicarii erant tantùm in peculio, & legatus est cum peculio? Resp. idem, vt exprimere peculium noceat: vt ff. de cõdit. & demon. l. si in diem. in fin.

c Instructus. Huic primo articulo contradicit ff. de fundo instru. l. si cui. in fin. Sol. secundum Ro. hîc simpliciter propter rudes sic loquitur. Vel dic, quod sit idem, quod in partu & vicariis, & quod sequitur cum instrumẽto, referatur ad proximum de peculio. Vel subtilius refert inter instrumentũ fundi, quod perit semper perempto legato fundi: & instrumentum patrisfamiliàs, quod non perit, licet legatum fundi pereat. & hoc casu loquitur lex contraria & alia contraria in eo. tit. l. j. ar. contra. ff. de fun. instr. l. quæsitum. §. si fundus. & §. si instructo, quibus dicitur, si fundus instructus legatus sit, instrumentum patrisfamiliàs continetur, non agri. Sed ibi subaudi, tantum. Vel dic illam esse Pauli sententiam in l. si cui. istam Labeonis à Iusti. probatam, & sic corrigitur illa.

ADDITIO. Fundi instructi, legatũ, quid differat à legato fundi cum instrumento, vide Anto. Angel. lib. emenda. ij. c. iiij.

d Instrumento. Est autẽ instrumentum apparatus rerum diutius mansurarũ, sine quibus non posset exerceri possessio: vt ff. de fun. instr. l. quæsitũ. j. respon. Et sunt instrumẽta fundi, quę fructus quęrendi, cogẽdi, seruandi gratia comparata sunt: vt ff. de fundo instr. l. instrumenta. in princ.

e Alienato. A testatore.

f Si grex. Qui ex. x. ouibus cõstat, vel quatuor, vel quinq; porcis: vt ff. de abig. l. oues.

g Ad vnam ouẽ. Sic ff. quod cuiusq; vniuer. l. sicut. §. fin. & ff. eod. j. l. grege.

h Vendicari potest. ff. quib. mod. vsusfruct. amit. l. fina. contra Solut. facilius perditur legatum vsusfructus, quàm proprietatis: vt arg. ff. eod. tit. l. repeti. §. rei mutatione. & ff. eod. j. l. si grege. in fin.

i Legato. Sic ff. eod. l. grege. sic infrà §. proxim.

k Corpus. tria enim sunt corpora rerum. Vnum quod vno spiritu. i. elementatione continetur: vt homo, lapis. Secundum, quod ex cohęrentibus constat: vt domus, & armarium. Tertium, quod ex distãtibus corporibus: vt grex, & populus, vt hîc, & ff. de vsucap. l. rerum mistura. §. j. & ff. de rei vend. l. in rem actio. §. at in iis.

l Cedere. Sed columna, vel tignum domus legari purè non potest: vt ff. de legat. j. l. cętera. ne vrbs deformetur. Accursius.

Si peculium. CASVS. Flauius peculium

culium legauit, siue seruo ipsi, siue alteri. viuo Flauio peculium crescit, aut deminuitur: cuius erit ea accretio, aut decretio? legatarii. Quid, si post Flauii mortem, sed ante aditam hæreditatē id acciderit, cuius interim erit? Distingue. Nam aut seruo legatum est peculium cum libertate. & tunc quia seruus non consequitur libertatē nisi per aditionē, quodcunque acquisitum est ante aditionem, accedet peculio: & per peculiū postea manumisso acquiretur. Aut extraneo, id est, ei, qui non erat in potestate testatoris, legatū est peculium. & tunc rursus distinguēdum est. Aut enim ex rebus peculiaribus auget peculium, veluti ex ancillę partu, aut fundi fructibus: & tūc legatario debet accessio. Aut ex alienis rebus, veluti ex operis suis: & tūc hæredis est accessio: quia seruus est ipsius hęredis. C. V.

¶ *Quicquid legato peculio, adhuc viuo testatore accessit vel decessit legatarii cōmodum, vel dānum respicit: quicquid verò mortuo testatore, nōdumq; adita hæreditate accedit [illegible] manumisso [illegible] si alii quàm seruo legatum [illegible] ex rebus peculiaribus augmentum prouenit, tantùm cōsequitur legatarius.*

¶ Si peculium legatum fuerit[a]: sine dubio quicquid peculio[b] accedit, vel decedit, viuo testatore, legatarii lucro, vel damno est. Quòd si post mortem testatoris ante aditam hæreditatem aliquid* seruus adquisierit, Iulianus ait, si quidem ipsi manumisso peculium legatum fuerit, omne, quod ante aditā hæreditatē adquisitum est, legatario[c] cedere[d]:

*abest.

¶ Not. quòd legatum peculii recipit augmētum & diminutionem viuo testatore. Item, quòd augmentum peculii legati seruo contingens post mortem ante aditam, cedit lucro serui. Item, quòd dies legati peculii seruo cedit ab adita hæreditate. Item quòd augmentum contingens ex rebus peculiaribus post mortem ante aditam hæreditatem, spectat ad legatarium, aliter non. Item, quòd verbum extraneus, diuersimodè sumitur. Syl.

¶ a Legatum fuerit. Seruo, vel extraneo.

¶ b Peculio. Nam & futurū peculium legari potest: vt ff. de pecul. lega. l. ei quoque. & facit ad hoc §. proxi. §.

¶ c Legatario. Eidem quod manumisso. Accursius.

¶ d Cedere. Not. tria tempora. ante mortem testatoris: & post, ante aditam hęreditatem: item & post. In primo tempore, ɫ quo inuenitur cessisse dies legati, omnes legatarii sunt pares. nam quicquid eo tempore acquirit seruus talis: ei cui hoc peculiū est legatum, acquirit: siue ipsi seruo, siue alii extraneo sit relictum: quia nō cedunt legata. similiter in tertio, scilicet, sunt pares. In secundo distinguitur extraneus à seruo, vt hîc. Nam quod legatū cedit extraneo à morte, hoc seruo ab adita hęreditate: quia nec libertas sibi prius debet. C. de cad. tol. l. vnic. §. cum igitur. & §. in nouissimo. Nā plura legata, vel in diem certā relicta à morte cedunt: nisi in sex casibus, vbi ab adita hæreditate: vt C. de cadu. tol. §. cùm igitur. & §. in nouissimo. & ff. quando dies leg. ced. l. ij. inter quos legatum seruo manumisso relictū, est vnū: vt hîc. Cōditionalia, vel in diem certum relicta, ex die vel ex cōditione existente cedunt, i. transmittuntur ad hęredes. [Adde hoc verum in re de sui natura non transmissibili: quia tūc transit ab adita, vt in legato seruitutū personalium. l. si post diem. ff. quando dies lega. ced. & idem in realibus. l. receptum. in fin. ff. commu. prædio. & in pluribus casibus not. in d. §. in nouissimo. Syl.] Nam ante conditionem vel diem venientem si decedit legatarius, non transmittuntur, vt C. de cadu. tol. l. vnic. §. sin autem. nisi in tribus casibus. Primus. ff. de cond. & demonstr. l. conditiones. Secundus. ff. eod. l. iij. Tertius. ff. quando dies lega. ced. l. si cum præfinitione. Item verbum, cedere, duas habet significationes, id est, incipere deberi: vt ff. de verbor. signifi. l. cedere. Item cedere quantum ad transmissionem, vt accipitur. C. de cadu. tollend. per totum. & in vtraque potest hîc accipi.

¶ Adde, quòd dicitur cedere quatuor modis: aut quo ad trāsmissionem, aut

quo ad oblationem, aut quo ad petitionem, aut quo ad dominii translationem. de quo per doct. in l. j. C. com mu. de leg. Syl.

¶ a Quia. Bona est ratio. si enim prius cederet, idem esset*, quod in extraneo. Est & alia ratio: vt ff. de pecu. leg. l. denique. §. si. vbi dicitur, quod verisimile est eum omne augmentū ad ipsum pertinere voluisse, cui, &c.

*huius.

¶ b Auctum fuerit. s. peculium.

*Aliàs, auctum, fuerit peculiū.

quia[a] huiusmodi* legati dies ab adita hæreditate cedit: sed si extraneo peculium legatum fuerit: non cedere eo legato, nisi ex reb⁹ peculiaribus* auctum fuerit[b].

¶ *Datus libertati in vltima volūtate peculium (nisi expressim legatū sit) nequicquam petere potest, sicus si inter viuos: si quid autē seruus, cui peculium [illegible] pro domino impenderit, non repetit. Item legata alicui libertate, si rationes reddiderit, & reliqua intulerit, etiam [illegible] legatum videtur peculium.*

¶ Peculium[c] autē nisi legatū fuerit, manumisso nō debetur, quāuis[d] si viuus manumiserit, sufficit, si non adimatur. & ita diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt. Iidē rescripserunt, peculio legato[e], non videri id relictū: vt petitionem[f] habeat pecuniæ, quam in rationes dominicas impenderit. Iidem rescripserunt, peculium videri legatū, cùm rationibus[g] redditis, liber esse iussus est, & ex eo re-

¶ Peculium autem. CASVS. Dauus à Simone viuo manumissus est, cuius est peculiū? Daui. Quid, si testamēto manumissus est, vt libertate fruatur, Simone mortuo? Peculium hæredi cedet. Dauus peculiū habet centum aureorum, is in meas res decem aureos de suo impenderat: ei ego moriens & libertatem & peculium legaui. Centum aureos habebit, decem nō habebit: quia legata sola ea sunt, quæ liquida & parata erant, non quæ rationibus meis implicata. Titius seruum suum atriensem, id est, cui res omnes familiæ cōmissæ fuerant, ita liberum moriens esse iussit, cùm rationes retulerit: quæro an ei sit legatum peculium? maximè: Quia nisi legato ei peculio, frustra reliqua reddere iubebatur, cùm nihil haberet. Duo §§. sequentes per casum & exemplum expositi sunt. Cornel. Vibulanus.

¶ Not. quòd argumentum de contractibus ad vltimas voluntates non valet, vbi est diuersa ratio. Item, quòd manumisio inter viuos tribuit peculium, secus in vltima voluntate. Item, quòd in legato peculii seruo facto in dubio non continentur debita à domino ipsi seruo ratione peculii. Item, quòd si legata est libertas seruo, si rationes reddiderit, censetur legatum peculium. Syl.

¶ c Peculium. Sic C. de pecu. eius qui lib. mc. l. j.

¶ d Quanuis. Cur tam variè? Respond. quia secundo casu, scilicet quando inter viuos operas eius manumissor erat habiturus: vnde conuersa donatio præsumitur secundum Ioan. vt ff. mād. l. si verò non. §. idem Papin. vel secundū P. propter præoccupationem mortis: quia præsumitur auferre, si potuisset: vt in authentic. de trien. & se. §. illud quoque. ibi, præ tumultu mortis angustiatus, &c. & C. qui testa. facere poss. l. hac consultissima. §. at cum.

¶ e Peculio legato. scilicet seruo. & etiam libertas fuit legata: aliud si extraneo: vt ff. de pec. lega. l. vj. §. fina. & l. si Sticho. Accurs.

¶ f Petitionem. Nisi testator fuerit huius consuetudinis, vt redderet seruo, quæ sibi debebat: vt ff. de pecu. leg. l. dominus Sticho. §. j. in fin.

¶ g Cum rationibus. Quasi diceret si relinquo seruo libertatem, rationibus ab eo redditis: eo ipso & peculiū legare sibi videor. [Adde, quòd hanc glo. disputatiuè reprobat Præpos. Senen. in viij. quæst. sexti casus. col. fina. Syluest.] Aliud ē contra si libertatem relinquo, & rationes reddere veto: quia non videtur legatum peculium: vt ff. de legat. j. l. si seruus vetitus. in fine. Rationes autem reddere dicitur, quando amoto dolo & fraude reddit: vt ff. de fideicommiss. liber. l. Thais. §. Stichus.

b Nõ valeãt. Sed quo iure hoc est verũ? antiquo non: vt ff. de lega. j. l. j. Itẽ nouo non: vt C. com. de leg. l. ij. Dic ergo antiquiori iure locum habere, qđ hîc dicitur. [Adde, ꝙ Bart. in d. l. j. sequitur hãc solu. sed hic tex. videtur obstare, cùm dicat, nõ valeant, designãdo tempus quo loquitur: nisi subaudias. s. iure antiquiori, vel ponatur tẽpus pro tempore, vt sæpè. hodie verò communis resolutio est, ꝙ valeant relicta ab intestato: quia non remanet hodie differentia inter fideicommissa, & legata, nisi voco, nomine, & verborum conceptione: vt notat. suprà d. l. j. excepto legato libertatis. Syl.] Vel dic. quod d. l. de le. j. secundum noua iura loquitur, secundum quæ æquipa rata sunt legata fideicommissis: vt s. de leg. §. sed non vsque.

c Restituat. Etenim inquantũ quis honoratur, & onerari põt: vt j. tit. j. §. hoc nõ solùm. Sed nunquid quartã retinebit? Respõ. vt j. tit. j. §. hoc solum.

Et quia prima. CASVS. Mæuius sine scriptura, aut testibus rogauit, Titiũ hæredẽ, vt restitueret Seio hæreditatẽ. Seius eã petit, negat Titius. q d remedii? Deferat iuramentũ Titio, nunquid restituere sit rogatus. Quid verò si Titius fateatur quidẽ se rogatũ, sed

Nota quòd nomen, substãtia, & receptio fideicommissorum causam habuerunt à fidè hæredis. Item, quòd non est malæ inuidiæ crimen, sed bona æmulationis affectio cõtendere alios in virtute superare. Item not. ꝙ hæres, qui assẽritur grauatus, cogitur aut soluere, aut iurare. Itẽ, ꝙ codicilli facti corã quinq; testibus valẽt. Item, qui primò negauit, nõ potest postea confitendo se tueri prætextu inualidæ dispositionis. Syl.

d Nomen. Not. nomen cõsequens rei: vt s. de donatio. §. est & aliud.

e Retraxit. Hæc iura sunt s. eod. in princip.

f Ex facto. id est, Ex quæstione de facto.

g Constitutionem. vt C. de fideicom. l. fin.

[illegible] In textu Quæstorem Tribo. vocat: & sic habet Theoph. cur ergo Exquæstorẽ vocat in proœmio? nimirum quòd hic Cõstitutionis suæ tempus spectat, quo tempore Quæstor erat. vt valde mirer Ae. F. qui Ex quæstor reposuit.

h Legitimus. no. testes quinque in codicillis necessarios esse: vt C. de co. l. fi. & de fideicom. l. fi. ibi, sed siue quinque &c.

Codicillis v. testes ad sunt.

X. j.

a iurauerit. Nam in omni casu erat olim iurandum & in omni capitulo: vt C. de iur. calum. l. j. in princ. hodie sufficit semel iurare: vt in auth. de iis, qui ingre. ad app. §. fin.

Adde & intellige in his quæ obueniunt post litẽ contestatã: sed in his quæ cõtingũt ante, iuratur hodie, etiã in singulis. Bartol. in auth. hoc sacramentum. C. de iure iu. propter calum. dand. Syl.

stari, sed, vel pauciores quàm quinque, vel nemo penitus testis interuenerit: tunc siue pater hæredis, siue alius quicunque sit, qui fidem hæredis elegerit*, & ab eo restitui aliquid voluerit, si hæres perfidia tentus adimplere fidem recusat, negando rem ita esse subsecutã, si fideicõmissarius iusiurãdum ei detulerit, cùm prius ipse de calumnia iurauerit: necesse eũ habere[b], vel iusiurandũ subire, quòd nihil tale à testatore audiuerit*, vel recusantẽ, ad fideicommissi vel vniuersalis* vel specialis solutionem coartari[c]: ne depereat vltima voluntas testatoris fidei hæredis cõmissa. Eadẽ[d] obseruari censuimus, &* si à legatario vel fideicommissario aliquid similiter relictum sit. Quòd si[e] is, à quo relictum dicitur, [postquã* negauerit] cõfiteatur quidem aliquid à se relictum esse, sed ad legis subtilitatẽ[f] recurrat*: omnino soluere cogẽdus est[g].

*elegit. *audiuit. *vniuersitatis. *etiam. *Inclusa absunt. T. *decurrat.

b Necesse eũ habere. Sed nũquid hodie corrigit hoc, cùm nulli deferatur inuito: vt C. de iureiur. l. fi. & l. generaliter. §. sed iuramento. versic. sin autẽ? Resp. non quia hæc est posterior cõstitutio Iustiniani: vt C. de fideicõ. l. fin. & ita est iste specialis casus, in quo quis compellitur iurare.

Adde, quòd ratio specialitatis ponitur in l. fin. C. de fideic. q̃a defertur iuramentum de conscientia sua, quod nõ potest referri. Et licet Ang. ex opinione Salyc. videatur discedere ab opinione gloss. tamẽ dicendum est, q̃ si hæres probabiliter ingnorat, puta, q̃a erat absens, & fideicõmissarius potest probabiliter scire, potest referri: si fideicõmissarius absens fuerit, vel aliàs probabiliter nesciat, nõ poterit, put in casu l. lex cornelia. §. hac lege. ff. de iureiurand. secundum distinctio. Bart. ibi. Sylue.

c Coarctari. Nota propter contumaciam non iurantis eum cõdemnari. vt C. de iura. calum. l. ij. §. penulti.

d Eadem. f. vt compellatur iurare, vel soluere.

e Quod si. Dixi quando contumax fuit non iurando, nunc quando iurauit, & per sacramentum fuit confessus, vel etiam antè, quàm iuret, sed prius negauerat relictum: vt in fine huius titu. dicemus statim.

f Subtilitatẽ. Quæ est, vt ex quo est volũtas nõ solẽnis, nõ valeãt ea, quæ facta sunt: vt C. de fideicõ. l. si veritas. & C. de testa. l. non dubium. §. illud.

g Soluere cogendus est. Sed quomodo coarctatur ex nõ solẽni voluntate? sic ergo soluũt inutiliter relicta, sicut & vtiliter, q̃d esse non debet: vt C. de fideicõm. l. si veritas, quę est cõtra. Sol. quidã dicũt, q̃d vbi solenniter testari voluit, & nõ fecit, habet locũ lex cõtraria: alias si noluit testari solẽniter, habet locũ, q̃d hic dicitur: vt ff. de iur. cod. l. j. Sed hæc falsa est: q̃a & hìc de testatore loquitur, q̃ solẽniter facit: vt ibi, si testator fidei hæredis sui cõmisit. [Adde, q̃ ista opinio cõmuniter reprobatur hîc, & in l. fin. C. de fideicõm. & probatur ex illis verbis, neq; ex scriptura. Syl.] Alii, vt B. dicebãt esse distinguẽdum: an dicat hæres, nõ est verũ tibi legatũ esse. in quo casu cogitur probare esse verũ, & solenne, vt in cõtrario: eo saluo, vt si deferatur sacramentum, iure: vt s. proxi. §. an dicat, non potes petere, q̃a est minus solenne, quo casu cogitur, vt hîc. Sed hoc non valet: quia secundũ hoc expediret ei negare, q̃d esse non debet: vt ff. de tribu. l. illud. §. penult. Dic ergo secundum Ioann. aut ab initio confitetur relictum: & tunc nõ tenetur ex non solenni voluntate: vt in l. illa contraria. [Adde hoc verum, dummodo non sit relictũ ab eo, qui solenniter nolebat testari: sed solũ hæredis integritati confidere. d. l. fina. Syl.] Aut negauit, & tunc ex so-

ex solenni voluntate non tenetur: sed postea per sacramentum, vel per probationes compellitur: vt ita rationẽ sui mendacii teneatur: vt hîc, & argu. in auth. de trien. & semis. §. studium. & §. ad hoc.

TIT. XXIIII.

DE SINGVLIS REBVS PER FIDEICOMMISSVM RELICTIS.

Etiam res singularis potest per fideicom[illegible] tã ab hærede, quàm à legatario.

Potest tamen* quis etiam singulas res a per fideicõmissum relinquere: veluti fundum, argentum, hominem, vestem, & pecuniam numeratam: & vel ipsum hæredẽ rogare, vt alicui restituat: vel legatariũ b: quamuis à legatario legari* non possit c.

Non tantùm [illegible] hæredis, aut cuiuslibet alterius, per fideicommissum relinqui potest. Et legatarius de re sibi legata vel sua, vel aliena alteri restituẽda potest grauari, dummodo non plus oneretur, quàm honoratur. Et quando res aliena legatur: vel ipsa, vel eius [illegible] est. Aretin.

Potest autem nõ solum proprias res testator per fideicommissum relinquere: sed & hæredis, aut legatarii, aut fideicommissarii, aut cuiuslibet alterius d. Itaque & legatarius, & fideicommissarius non solum de ea re rogari potest, vt eam alicui restituat, quæ ei relicta sit: sed etiam

DE SINGVLIS rebus per fideicommissum relictis.

De fideicom. generalib. s. tit. j. dixit, nunc de specialibus dicit. Accur.

Potest. Totus iste tit. diuidit in tres partes. Primò ponit de fideicommisso pecuniario. Secundò de libertatibus. Tertiò per quæ verba fieri debeant. Secunda ibi, Libertas quoque. Tertia ibi, Verba.

*autem. *abest. *relinqui T.

Potest tamen. Licinius heredẽ rogauit nõ totam hæreditatẽ, sed particulam aliquam, veluti equũ, Titio reddere. valétne fideicõmissum? valet. Quid verò si Licinius legauit Titio equum, & posteà sic dixit, Rogo te Titi equum, vel ephippia des Cornelio? valebit. Sequens. §. nihil habet obscuritatis. Corn. Vibul.

Not. quòd quælibet res, quæ tamen sit in commercio, per fideicõmissum relinqui potest. Item, quòd nõ solùm hæres grauari potest, sed legatarius. Item, quòd olim à legatario non legabatur. Syl.

a Singulas res. Non solùm generaliter. vt suprà tit. j.

Legari potest à legatario.

b Vel legatarium. Scilicet rogare, vt aliquid alicui restituat.

Sed quo pacto legatarii res legari potest? Scilicet, non ipsi legatario, sed alii per fideicommissum relinquitur.

c Non possit. Antiquo iure inspecto: sed nouo iure aliter est. nã potest à quolibet, qui commodũ quocunque modo habet, legari & fideicommitti: vt C. commun. de lega. l. ij. §. fi. & hoc statim subiicit.

Adde, q non solùm ipsi grauari possunt, q commodũ sentiunt, sed eorũ heredes. l. si fuerit. §. fi. ff. de lega. iij. & intellige de commodo estimabili. l. planè. ij. §. fi. cũ l. sequ. ff. de leg. j. Syluest.

[illegible]TIO.

Dic secundum Ioan. Fab. quòd accipiendo legatum propriè: fortè nõ potest legari, nisi ab hærede, sed fideicõmitti sic: vt l. si fuerit. §. j. ff. de legat. iij. & quod ibi not. maximè per Bartol. sed quia legatum, & fideicommissum idẽ sunt, & facta sunt hodie similia & synonima, ideo illa differentia hodie non tenet: vt dicta l. ij. §. fina. C. communia de lega. & plenè not. per gloss. & doct. l. j. de leg. j. & ibi dixi. s. de leg. §. j. sed ibi Raph. dicit, quòd iste text. non potest loqui de iure antiquo, cùm hîc sit verbum, possit, dum dicit legari non possit. non autẽ dicit legari non poterat &c. dic vt per eum. Angel.

d Alterius. refert tamen an leget rem extranei, an hæredis primo casu distinguitur an sciuerit alienam, vel credidit suam: secundo non: vt suprà de legat. §. quod autem. & ff. de

de alia, siue ipsius[a] siue aliena sit. Hoc solùm obseruandũ est, ne plus quisquã rogetur alicui restituere, quàm ipse ex testamento ceperit. nam quod amplius est, inutiliter[b] relinquitur.

¶ Cùm autem aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse est ei, qui rogatus est, aut ipsam redimere, & præstare, aut æstimationem eius soluere.

¶ *Etiam libertas seruo per fideicommissum potest relinqui: & non tantum seruo proprio, sed etiã alieno: vt quãdo poterit ematur, & manumittatur. h. d.*

¶ Libertas quoque seruo per fideicommissum dari potest: vt hæres eum rogetur manumittere, vel legatarius, vel fideicommissarius. Nec interest, vtrùm de suo proprio seruo testator roget, an de eo, qui ipsius hæredis, aut legatarii, vel etiam extranei[c] sit. Itaque & alienus seruus redimi, & manu-

leg.ij.l.vnum ex familia.§.si rem.

¶ a Ipsius. scilicet, legatarii.

¶ b Inutiliter. Facit ff.de leg. j. l.planè.ij.§.fi. & l.videndũ. & ff.de leg.iij. l.j.§.sciendum. & l.iij.§.Iulia. & l.si legatarius.in prin. Sed cõtrà in d. l.planè.§.si cui. Sed ibi stetit ꝑ legatariũ, quo minus meliorẽ acceperit, vel melior videtur esse, quẽ elegerit, licet deteriorẽ elegerit: vt arg. ĩ.de act. §.præterea. Itẽ arg. cõtra. ff.de leg.ij.l.Imperator.§.j, ibi, enim verò &c. Sed hoc quod hîc dicitur, intellige quando in quantitate legatur alicui, & in quantitate oneratur, ibi autem quando quantitas datur, & in specie grauatur: quo casu tantum videtur æstimasse speciem suã legatarius accipiendo quantitatem: vt ex eadẽ l. colligitur. [Adde tamen, quòd quãdo grauatus debet restituere post aliquod tẽpus quantitatem, & fuit honoratus in quantitate: licet iure ciuili teneatur computare vsuras secundũ illud tempus. d.l.Imperator.§.si centũ. quę hodie sunt prohibitæ. c.j.de vsur. poterit tamẽ hodie grauari in plus, vsque ad quantitatem honesti lucri: vt tradit Bar. in d.l.Imperator, §.cum quidam. si vel dictum lucrum perceperit, vel percipere potuerit. Syl.] Item contra. ff.ad legem Falcid. l.sed & si non seruus. in princ. Sed & ibi eodem modo, responde: quia quantitas erat legata, & onus erat positum in faciendo. Sed cum quantitas legatur, & in quantitate grauatur, sicut hîc loquitur: nunquid quartam iure Falcidiæ potest oneratus retinere: siue sit legatarius, siue fideicommissarius quis sit grauatus? Quidam dicunt quòd sic: vt argumentum. ff. ad legem Falcidiam. l.pœnales.§.fi. Nos contrà: vt eodem titulo. l.lex Falcid. si interueniat. §.nunquam. & de vulgari substitutione. l.cohæredi.§.cum filiæ.

¶ Adde hæc vera, nisi ex præsumpta mẽte defuncti, puta partem rogatus sit restituere, sécùs, si totum, secundũ distinctionem quę fit in d.§.fi. vel nisi ex liberalitate expressà vel præsumpta hæredis, quî dum posset Falcidiam detrahere, totũ soluit: nam tunc legatarius illud retinebit. l.j.§.inde Neratius. ff. ad Treb. & ibi Bar. in fin. Syl.

¶ Libertas. CASVS. Sextius hæredem rogauit, vt seruũ suũ Pamphilũ manumittat. valétne? valet. quid, si vt alienũ seruum? cogetur eum redimere, ac manumittere. Quid, si dominus eius noluit vendere, an libertas extincta est? minimè. sed in pendenti est & si quãdo facultas erit, veluti si seruus hæredis factus sit, dabitur. Quòd si dominus serui ex illo testamẽto aliquid perceperit, seruum vẽdere cogitur. Quæ sequuntur ita clara ac perspicua sunt, vt qui in iis offenderit, meritò cæcus appellari possit. C.Vib.

¶ Not. ꝙ fideicommis. libertas dicitur quãdo grauatur, qui grauari potest, vt manumittat. Item, quòd fideicommissaria libertas potest relinqui, etiã seruo aliene. Item, quòd grauatus dare libertatẽ seruo alieno, tenetur emere & præstare, si potest. Item, ꝙ dominus serui, cui libertas est relicta, non cogitur manumittere, aut vendere, nisi aliquid consecutus sit à testatore. Item, quòd tale fideicommissum non extinguitur, si dominus nolit vendere, sed pendet. Item not. quòd illud quod differtur, non aufertur. Syl.

¶ c Extranei. Licet etiam crediderit suum

ſuum:vt ff.de fideicommiſſa.libert.l. Paulus.primo reſponſo.& l.alieno.in princ. Sed in pecuniario legato diſtinguitur ſciuerit, vel ignorauerit rem alienam.vt ſ.de leg.§.quod autem.& §.non ſolùm.

fructus.[Adde,quòd ibi aufertur propter moram & culpam ſuã.Syl.] Item not.quòd inſpicitur,quod euenire poteſt:ſic ff.de iuriſd.omn.iud.l.ſi idem. §.fin.in gl.adiudicari.& ff.de adi.leg. l.ſi ſeruo.

mitti debet. Quòd ſi dominus eum nõ vendat[a]: ſi modò[b] nihil[c] ex iudicio eius,qui reliquit libertatẽ, recepit[d]*, non ſtatim extinguitur fideicõmiſſaria libertas: ſed differtur[e]:quo ad* poſsit tempore procedente, vbicũque occaſio ſerui redimendi fuerit, præſtari libertas.

*perceperit.

*quia.

¶ *Directæ libertati datus,teſtatoris libertus efficitur: fideicõmiſſariã autem adeptus libertatem,hæredis eſt libertus.*

Qui autem ex fideicommiſsi cauſa manumittitur, non teſtatoris fit libertus,etiam ſi teſtatoris ſeruus ſit:ſed eius, qui manumittit[f].At is,qui directò ex teſtamento liber eſſe iubetur, ipſius teſtatoris libertus fit, qui etiã Orcinus[g] appellatur. Nec alius vllus directò ex teſtamento libertatẽ habere poteſt, quàm qui vtroque tempore teſtatoris fuerit, & quo faceret teſtamentũ, & quo moreretur. Directa* autem libertas tunc dari videtur, cum nõ ab alio ſeruum manumitti rogat: ſed velut ex ſuo[h] teſtamento[i] libertatem ei competere[k] vult.

*directò.

¶ *Siue præceptiuis,ſiue rogatiuis verbis fideicõmiſſum fiat, valet.h.d..Aret.*

Verba autem fideicommiſſorum hæc maximè[l] in vſu habentur: Peto, Rogo, Volo,

¶ Adde tamen, quod in contrarium facit text. in l. alieno. ff. de fideicom.libert.Syl.

¶ a Non vẽdat. Vel etiam ſi vẽdat,ſed vltra iuſtum pretiũ vendere vult. nam tũc perinde eſt, ac ſi non vẽdat: vt ff.de lega.iij. l.non dubium. §.fin.

¶ Adde,quòd ſi dominus dixerit ſe velle vendere certo pretio, & grauatus dicat immodicũ,iudice declarãte tenetur poſtea domnius vendere pro pretio declarato, ſecundũ Bart. in d.§. fi. qui mouetur per text. in d. l. non dubiũ. §. ſi is,cuius.qui videtur potius dicere contrariũ, ibi, idem eſt ſi plus iuſto. & ibi, volenti domino Syl.

¶ b Si modò.Interpoſitio eſt.

¶ c.Nihil.Si enim aliquid, etiam modicum relinquitur alicui,vt vendat,& ille legatũ accepit, compellitur vendere:vt hîc,& C.de fideicom.libert.l. liberi.& l.ſi te donatam.& C.ad l.Falcid.l.ſi ea,cuius filium.

¶ d Recepit.ſcilicet,dominus iſtius.

¶ e Differtur.Quod differtur,non aufertur. ſic ff.de iudic. l.cum furioſus. Argu.contra.C.de inoff.teſt.l.ſcimus. §.fi. [Adde,quòd ibi erat in poteſtate filii præparare querelã,& ideo ea delata aufertur,vt non tranſmittatur ad extraneos.Syl.]Et ff.de vſufr.l.ſi vſuſ-

¶ f Eius, qui manumittit. id eſt,Hæredis vel legatarii vel fideicõmiſſarii. C.de fideicom. lib. l. his quibus.Accur.

¶ g Orcinus. Sic dictus ab orco.id eſt manumiſſus ab eo, qui tendit ad orcum. id eſt, infernum.Vel orthinus, ab orthos, quod eſt rectũ.Vnde orthinus. id eſt,directo manumiſſus. Vel ab orce, quod eſt capio (nã & inde archiorchus) quia multa capiũt manumiſsi in teſtamẽto,in quo multa fiũt.

Orcinus quis & vnde dicitur.

ADDITIO.

Dictũ apparet ab orco. Theophilus enim χαρονιτὸν, id eſt Charontiũ à Charõte appellat.q.d.liber ab eo factus, qui ad Orcũ tendit.

¶ h Ex ſuo. Non expectata manumiſſione ab alio facienda.

¶ i Teſtamento. Vel etiam codicillis teſtamento confirmatis, vt ff.de manumiſſ.teſta.l.libertas.

Hodie tamen etiam in codicillis ab inteſtato dari poteſt libertas directis verbis.Syl.

¶ k Competere. Quæ competit hæreditate adita, etiam ab vno ex pluribus hæredibus, vt ff. de manumiſſ. teſta. l.teſtamento manumiſſus. §.teſtamento.

l Maximè. ideo hoc dicit : quia quibuſcũque verbis relinqui poſſunt

vt suprà de legat. in princip. siue directis, siue precariis: vt C. com. de leg. l. omne verbum. & facit ff. ad Trebellia. l. Scæuola.

Adde l. vnum ex familia. §. fi. ff. de legat. ij. l. peto. in princ. l. codicillis. §. matre. eo. tit. & de verbis enunciatiuis, vide Bar. in l. Lucius. §. filiam. ff. ad Trebellia. & in d. §. fin. Syl.

firmi sunto. vel post, ad hunc modum: Quos antè scripsi, rati sunto. quæro an valeant codicilli? maximè. C. Vib.

Not. quòd ius codicillandi ab Augusto traxit originem. Item, quòd exempla principum sunt imitanda. Syl.

Mando, Fidei tuæ cõmitto: quæ perinde singula firma sunt, atq; si omnia in vnum congesta essent.

TIT. XXV.

DE CODIcillis.

¶ *Codicillos etiam nõ [illegible] re potest: porrò ante [illegible] nulla expressa confirmatione, nouo iure indigent.*

Ante Augusti tempora constat codicillorũ ius in vsu non fuisse: sed primus Lucius Lentulus (ex cuius persona etiam fideicommissa esse* cœperunt) codicillos introduxit. Nam cùm decederet* in Africa, scripsit codicillos testamento confirmatos [a], quibus ab Augusto [b] petiit per fideicommissum vt faceret aliquid. Et cùm diuus Augustus voluntatẽ eius implesset, deinceps reliqui eius [c] au-

Codicilli tabellæ cerate erant, in quibus aliquid stylo aut breuiter aut festinanter scriptũ fuerat. itaque cõmodissimè iis veteres vtebantur, quũ scribere in codicillis possent vel in cœna, vel in curia, vel in via, vel vbicunque libuisset: charta autẽ nõ item, in qua scribere sine atramento & calamo non poterant.

* abesse. * discederet.

DE CODIcillis.

Quia Testamẽta, & eorum accidẽtia dicta sunt: nunc de codicillis. id est, de partnula, vel de minima scripta voluntate. Nam ideo codicilli dicuntur: quia in breuiori chartula, vel codice, quàm testamẽtum, fiebant, & solùm in eis quædam fideicõmissa relinquebantur: & tales sunt ad testamentum, qualis est scapha ad nauem. Sed nunquid secundum hoc possunt fieri sine scriptura? Quidã dicunt ꝙ non: sed tamen dico etiam sine scriptura hodie fieri posse, licet fortè olim in scriptis tantùm fierent: vt C. de bon. libe. l. fin. in princ. Accurs.

Codicilli sine scriptura fieri possunt.

Ante Augusti &c. Iste tit. diuiditur in quatuor partes. Primò quo modo fuerit introductus vsus codicillorum. Secundò, quando codicilli testamento confirmati valent. Tertiò, an hæreditas directò possit dari, vel adimi in codicillis. Quartò, an quis possit facere plures codicillos. Secunda ibi, Non tantùm. Tertia ibi, Codicillis. Quarta ibi, Codicillos.

L. Lentulus Cæsarem hæredem scripsit, & filiam suam, quos rogauit per codicillos testamento confirmatos, vt aliquid facerent, puta domos ædificandas quibusdã amicis Lentuli curarent. erant autem confirmati codicilli testamento, vel ante facto, hoc modo: Si quos scripsero codicillos, ij

a Confirmatos. Hic nota, ꝙ quatuor modis codicilli conficiuntur: aut enim in futurũ confirmãtur, veluti testamento prius facto, in quo dictũ est, quicquid dixero in codicillis, valere volo. & postea codicilli facti sunt. Aut in præteritũ: veluti codicilli prius facti testamento postea confirmati sunt, & hi duo casus sunt. C. eod. l. siue in initio. [Et sic confirmatum præcedit confirmans in dispositione: sed non quoad intellectũ, & voluntatem: quia ea censetur precedere, & facit ad plures quęstiones, quas mouet Ang. hîc Syluest.] Tertiò fiunt cum testamento: veluti cum testator qui testamentum implere nequiuerit, addiderit vt vim codicillorum haberet: vt C. eod. l. fin. §. illud planè. ibi, nisi id ille, &c. Quartò sine testamento scilicet ab intestato: vt ff. eod. de iure codicil. l. conficiuntur, & ĩ. eod. §. non tantùm. & C. eod. l. non idcirco. hîc autem fuerunt confirmati, vel ante, vel post.

b Augusto. Cui aliquid relinquebatur.

c Eius. scilicet, Augusti.

¶ a Non

a Nō debebat. Quia legata nō debebantur, nisi ex testamento, iure antiquo: vt diximus s. titu. ij. §. præterea.

b Non posset. Propter impotentiā facti, vt q a nō habet tot testes, q testamēto cōficiendo, sufficiant: sec⁹, si propter impotentiā iuris: vt ff. eo. l. diui. §. codicillos. quæ est contra. Et probat hæc solutio. ff. eod. l. conficiuntur. §. codicilli.

*prudētes. *abest, que.

3 Non tantùm autē. Potést ne Salis quis intestatus codicillis fidei cōmittere? pót. Sed ecce, Titi⁹ p codicillos mihi domū reliquit. deinde testamētū faciēs nullam eius rei mētionē fecit: valéntne codicilli? valent, si modò probari nō possit, testatorē ab illa in codicillis perscripta voluntate recessisse. Corne. Vib.

Not. codicillos fieri posse ab intestato: q a veniētes ab intestato videntur tacitè instituti; vel eis relicta hereditas. l. conficiuntur. ff. de iure codicillorū. Item, q codicilli quandocunque facti valent, dummodò ab eis nō sit expresè recessū. Syluest. Ald.

ctoritatem secuti fideicōmissa præstabant: & filia Lētuli legata, quæ iure nō debebat[a], soluit. Dicitur autem Augustus cōuocasse sapientes* viros, intérq; *eos Trebatium quoque, cui⁹ tunc auctoritas maxima erat: & quæsisse, an posset recipi hoc, nec absonans à iuris ratione codicillorum vsus esset: & Trebatium suasisse Augusto, quòd diceret vti vtilissimum, & necessariū hoc ciuibus esse, propter magnas, & lōgas peregrinatiōes quæ apud veteres fuissent: vbi si quis testamentum facere non posset[b], tamē codicillos posset. Post quæ tēpora cùm & Labeo codicillos fecisset, iā nemini dubium erat, quin codicilli iure optimo admitterentur.

bantamen aliter valebant, nisi essent in testamento ... testatore superstite spe... Hodie verò semper videntur confirma...

Etiam ab intestato codicilli fieri possunt. Sed quando ante testamentum fie...

Non tantùm autem testamēto facto potest quis codicillos facere, sed & intestatus quis decedens fideicōmittere codicillis potest. Sed cū ante testamentū factum codicilli facti erant; Papinian⁹ ait, nō aliter vires habere, quàm si speciali postea voluntate confirmentur[c]. Sed diui Seuerus, & Antoninus rescripserunt ex iis codicillis, qui testamētū præcedunt, posse fideicommissum peti: si appareat eum, qui postea testamentū fecit, à voluntate, quam in codicillis expresserat, non recessisse.

Codicillis nec dari nec adimi directè hæreditas potest...

c Confirmentur. scilicet expressum, vel etiam si quoquo iudicio retinetur prima voluntas: vt ff. eodē. de iure codicil. l. ante tabulas testamenti. sed Ioann. contra. Nam siue ante, siue post fiant, semper videtur confirmati: vt hic dicitur statim, & ff. eod. de iur. codicil. l. si quis cum. §. fin. & l. ab intestato. Accur.

In hoc tamen remanet hodie differentia, secundùm Ioan. Fab. quia quando expressè cōfirmātur, valēt iure directo, quę in his cōtinētur, secus, si tacitè. l. libertates. ff. de ma. testam. & de test. tute. l. iij. quamuis gloss. ibi notet contrarium.

Codicillis autem. Non possum directò scribere in codicillis, Titius hæres mihi esto: vel filius meus cohæres esto. sed per fideicommissum rectè hæreditas in codicillis relinquitur, hoc modo: Rogo te hæres mi, vt cum primùm adieris hæreditatem meam, eam Seio reddas. Titius Mæuium in testamento purè hæredem instituit: deinde in codicillis scripsit, Mæuius hæres esto, si nauis ab Alexandria venerit. non valent codicilli. item, So-

In hunc §. vide acutam disputationē Francisci Duareni viri doctissi. in lib. Antiq. lectu. ij. cap. finali.

test: nec instituto hæredi conditio ad [illegible] *ti autem potest.*

¶ Codicillis autē hæreditas neque dari [a] neque adimi potest: ne confundatur [b] ius testamētorū, & codicillorum: & ideo nec exhæredatio scribi [c]. Directò autē hæreditas codicillis neque dari, neq; adimi potest. Nā per fideicommissū hæreditas codicillis iure relinquitur [d]. Nec cōditionē hæredi instituto [e] codicillis adiicere [f], neque substituere directò [g] quis* potest.

¶ *Plures codicillos v-* [illegible] *Stū: secus in pluribus testamentis.*

¶ Codicillos autem etiam plures [h] quis facere potest: & nullam [i] solēnitatem ordinationis desiderant.

lum Mæuium testamento instituerat: deinde in codicillis substituit Seiū. valétne substitutio? minimè. Cor. Vib.

¶ Not. hæreditatem nec dari, nec adimi directò in codicillis posse, nec exhæredationem fieri. nec substitutionem directam: secus, si per fideicommissum. Item not. plures codicillos fieri posse: quanuis fieri non possit nisi vnicum testamentum. Itē codicillos nullam iuris solennitatem desiderare. Svl.

¶ a Neque dari. Directò: sed per fideicommissum siue ab eo quem prius fecerat hæredem, siue à legitimis bene potest relinqui: vt ff. eodem. de iure codicillo. l. ij. §. fina. & C. eodem. l. hæreditatem. & infrà. proxi. §.

ADDITIO. Et assignat glo. in dicta l. hæreditatem. rationem differentiæ: q̃a non tantùm aufertur per fidei commissa, sicut directo aufertur. Vel dic secundum Salyce. aliqua virtus attribuitur vni, quæ non attribuitur alteri: vt l. fina. C. eodem. & maiorem vim testamenta, quàm codicilli habent, propter maiorem solennitatem in eo requisitam. Ange.

¶ b Ne cōfundatur. id est, ne istæ duæ voluntates sic misceantur, vt vna ab altera discerni nō possit. nam si idem significarent, quare diuersa nomina darentur? vt C. eod. l. si idem.

¶ c Scribi. scilicet, vt de iure valeant.

¶ d Relinquitur. Sed qua actione hæc hæreditas, vel etiam alia in codicillis relicta petentur? Respond. quidam condictione ex lege. vt ff. de condictione ex lege. l. prima. Vel dic vtili actione ex testamēto: cùm ad instar testamenti codicilli sint inuenti: vt ff. eodem. de iure codicillorum. l. ij. §. j.

ADDITIO. Relinquitur autem hoc modo: Rogo te heres mi, vt cum primum adieres hæreditatem meam, eā Seio reddas, restituas.

¶ e Instituto. scilicet in testamento.

¶ f Adiicere. Et cui conditioni adiectæ necesse parere non habet. sed in eius conditionis defectū de ademptione hæreditatis cogitasse videtur: vt ff. de condit. instit. penult. in fin. Sed fortè in vanum cogitauit, vt ibi dixi.

¶ g Directò. Si tamen substituerit, videtur rogasse per fideicommissum, vt restituat, vt ff. ad Trebelli. l. Scæuola.

¶ h Plures. vt etiam omnes valeant, nisi contrariam contineant voluntatem: vt C. eod. l. cùm proponas. aliud in testamentis: vt suprà quib. mod. testamen. infir. §. posteriore. & facit ff. eod. l. diuus. §. j.

¶ i Et, nullam. scilicet de illis quatuor quæ in testamento desiderantur. vel septem testium, vel sigillorum, vel quod sua manu scribantur, vel quod subscribant testes: vt s. de test. §. j. Sed quædam solennitates & hic desiderantur: vt sunt quinque testes, vt diximus s. tit. ij. §. fin.

*abest.

INSTITVTIONVM SEV ELEMENTORUM D. Iustiniani sacratissimi principis, Libri Secundi finis.

RUBRICA LIBRI TERTII SUBSEQUENTIS *sic habetur in vetustissimo exemplari manu scripto. Dn. Iustiniani perpetuò Aug.* Institutionum compositarum per Tribonianum virum magnificum, magistrum & exquæstorem sacri palatii, & Theophilum & Dorotheum V V. illustres, & antecessores, incipit tertius. De hæreditatib. quæ ab intestat. deferuntur.

DE HAEREDITATIBUS quæ ab intestato deferuntur.

¶ Hic titulus est generalis ad omnes sequentes titulos vsque ad ti. de bo. pos. vbi mistim tractabit ex testamēto, & ab intestato, sed tex. huius ti. loquitur tantum de suis hæredib⁹, & sic aliàs ff. si cert. pe. & de reb. cre. vbi tractat de mutuo in specie tantùm. Accur.

INSTITUTIONŪ, seu elementorum D. Iustiniani sacratissimi principis. Liber III.

TITULUS I. DE HAEREDITATIBUS, quæ ab intestato deferuntur.

CONTINUATIO.

Iste tit. sic cōtinuatur. Dictum est ṡ. de hæred. quæ testamento facto deferūtur: nūc sequitur videre de hæreditat. quæ ab intestato deferuntur.

INtestatus. Totus iste titulus diuiditur in quatuor partes principales. Primò ponit quis dicitur decedere intestatus. Secundò ꝙ prima causa est liberorū, & qui sunt liberi, & sui. Tertiò de emancipatis, quomodo admittātur, & de adoptiuis. Quartò ponit aliquas suas correctiōes. Secunda ibi, Intestatorū autē. Tertia ibi Emācipati aūt. Quarta ibi, Sed ea omnia.

¶ Intestatus. THEMA. Quatuor modis dicitur aliquis intestatus, quis per se quiuis intelliget. Cor. Vib.

¶ Not. hīc esse tex, cōtra illā regulā. ꝙ qualitas adiecta verbo, intelligitur secūdū tēpus verbi. Nā qualitas decedentiæ nō viuēti cōpetit, cùm dicat, q. testamētū nō fecit, cùm fieri posīt vltimo vitæ spiritu. l. iiij. ff. loca. tamen nō est hoc incōueniēs: vt est tex. in l. si q. s posthumos. §. ꝙ si moriente. ff. de liber. & posthu. Item not. ꝙ intestatus dicitur ille, q. omnino testamentū nō fecit, Item, q. non iure fecit testamentum. Item, quòd paria sunt testamentum non esse factum, vel factum, & non legitimè. Item intestatus dicitur ille, cuius hæreditas non est addita. Syl.

¶ *Intestatus dicitur quis decedere pluribus modis, quos ... [illegible]*

INtestatus decedit, qui aut omnino testamentum non fecit [a]: aut non iure fecit [b]: aut id, quod fecerat, ruptum [c], irritúm-

¶ a Non fecit. vel quia non vult: vel quia nō potest, vt pupillus furiosus: licet hi impropriè intestati dicātur esse: q. a & si vellent testari, non possunt: vt ff. eodem. scilicet. de suis, & legi. l. j. in princip. Testari aliqui nolunt, aliqui non possunt.

¶ Adde, quòd hi, quantum ad hūc tractatum, sunt intestati, sed de proprietate non. l. j. ff: de suis, & legi. quod facit ad statutum, quòd mater non succedat filio intestato, stātibus agnatis an vendicet locum in intestabili. de quo vide per doctor. maximè Dec. in l. generaliter. C. de instit. & subst. Syl.

¶ b Non iure fecit. Quia caruit solēnitate testium: vel non habuit testamenti factionem, & fecit.

¶ Adde tex. in l. j. ff. de iniust. rupt. & dum glo. ponit exemplum in eo, qui de facto fecit testamētum, potest, adduci text. in l. si quæramus. ff. de test. Item ille qui præteriit. ṡ. de exhære. liber. in princ. Syl.

¶ c Ruptum, Arrogatione, vel agnatione posthumi: vt ṡ. quib. mod. testa. infir. j. respon. [Adde, quòd de hoc est tex. in l. iij. in princ. ff. de iniust. rupt. in l. posthumi. ff. de exhær. liber. Syl.] Et not. quòd non est per omnia idem quando rumpitur, ac si nullum factū esset: si tamē fecit codicillos cum primo casu, scilicet quādo rumpitur legatum vt ex codicillis, nō valeat: vt C. de eod. l. j. in prin. secund' sic: vt ṡ. Testamētum per duo rumpitur.

de fideicő.hær.§.præterea.& ff.de iur. codi.l.si qs cũ.in fi.j.respon.& in l.ab intestato.& s.titu.j.§.nõ tãtùm Acc.

Adde, ꝙ primo casu ratio, est qa cõ dicilli pendẽt à testamento.l.ab intestato. in fi. ff.de iur.codic.quod nõ esset quãdo expresse, vel tacitè essẽt grauati venientes ab intestato.l. j.C. de codicil. Itẽ hodie nõ ꝓcedit hęc differentia per auth. ex causa. C.de lib. præter.Syl.

a Irritúmve. Vt per capitis deminutionem testatoris: vt s.quib.mod. testamen. infir. §. non tamen. & facit ff. de verb. signific.l. intestatus.

Adde, ꝙ dicitur irritũ, etiã qđ nõ iure factum est.§. alio quoque modo.s.quib. mod. testa. infir. Itẽ quando sibi mortem consciuit ob crimen. l.si quis filio.§.eius. ff. de iniust.rupt.Syl.

b Extiterit.Sũt & alii duo modi:vt ꝑ querelã,vel cõtra tabula testamẽto rescisso:vt C.de colla.l.vt liberis.Acc.

Hoc verum,si sit mota ante aditam hæreditatem, secùs, si post: quia Prætor non potest facere desinere quem esse hæredem.§. quos autem.de bon.pos.Ang.

Intestatorum. Horatius mortuus est intestatus, quis ei hæres futurus est? Is quem suum appellari diximus. Adoptiuus autem filius æquè adoptiuo patri suus est hæres, atque naturalis naturali.itaq; tã succedet Aeschinus Mitioni ab intestato,quàm Ctesiphon Demeæ.Cor.Vib.

Not.quòd prima causa successionis est suorum. Item, quòd hæreditas intestati primò debetur liberis ex leg. xij.Tabula. Item not. qui sint sui.Itẽ, quòd dictio suprà, denotat ex interuallo:ibi,suprà diximus, ex quo not. quod sufficit allegare in genere ad ꝓbatione alicuius rei.Itẽ, ꝙ patria potestas requiritur tẽpore mortis in sui. tate.Item, quòd viuens moritur.Itẽ, quod verbum naturales,importat aliquando legitimos & naturales.Item, quòd per oblationẽ curiæ quis legitimatur. Item, quòd filii per subsequens matrimoniũ legitimantur. & efficiũtur legitimi hæredes parentibus suis. Item, ꝙ quis debet consequi meritum & honorẽ ex eo bono, cuius est causa Syl.

ve[a] factum est: aut si ex eo nemo hæres extiterit*[b].

*extiterit.

¶ *Intestatorũ hæreditates suis hæredibus in primis deferuntur in quorum numero sunt, naturales liberi, quã primùm legitimi (secũdũ præscriptos in l. modos) sint effecti.*

Intestatorũ autẽ hæreditates ex lege duodecim Tabularũ* primũ ad suos hæredes pertinent. Sui autem hæredes existimãtur (vt suprà diximus[c]) qui in potestate moriẽtis fuerint[d]: veluti filius, filiáve, nepos neptísve ex filio, pronepos proneptísve ex nepote ex filio nato[e], progẽatus[f]* ꝓgnatáve. Nec interest, vtrum naturales[g] sint liberi, an adoptiui[h].

*Hanc legẽ explicuit Prateius lib. 4.vet.Iurispr.

*progenitus,vt & infra.

¶ *Liberi legitimati, siue per oblationem curiæ, siue per subsequens matrimoniũ, de numero suorum hæredum sunt censendi. Aret.*

c Suprà diximus. s. de hæred.qual.& diffe.§.sui.Ang.

d Fuerint. Item aliud est necesse, vt nemo eos præcedat, vt ibidem dicitur: vt s.de hær.qual.& differ.§.sui.

e Ex filio nato.Aliud si ex filia:vt s. de pat.pot.§.filius.

f Prognatus. id est,procul à me natus,quia in quarto gradu est mihi,qui vocatur abnepos: vt j. de gradi. §. quarto.Vel dic cõpositum poni pro simplici, id est, natum vel natã.& sic pone ꝓ nepote prædicto.Vel dic melius,loquitur de omnibus descendentibus vlterioribus: & ideo dicit prognatus: quia vsque in infinitũ succedunt:vt in authen. de hæred.ab intesta.§.j.& sic propriè ponitur prognatus,id est,procul natus.

Aemil.Fer. ait eos ꝓpriè dici prognatos, qui primum obtinent locum liberorũ, & tamen nati nõ sunt:sed illis cedit natorum locus.

De curiæ datis, vide quę notauimus in §.fin.s.de nupt.

g Naturales.id est,legitim.

h An adoptiui. Quo ad hoc vt sui dicantur:nisi emancipati fuerint: tũc enim interest, cùm naturales emãcipati iure prætorio succedãt,adoptiui non: vt ff. de suis & leg. hære. l. j. §. sios

suos. & infrà eod. §. minus.

Quibus connumerari.

CASVS.

Terentius ex concubina filium habebat: eum curiæ dedit, i. in ordinem Decurionum, siue Senatorum alicuius municipii cooptãdũ curauit. Ius sui cõsequetur. Quid verò, si cõcubinam illã in vxorem duxit? tunc siue ex illa vxore facta liberos suscipiat, siue non, tamen liberi, quos ex contubernia habuerit, suorum ius consequentur. Sequens §. est planissimus. Cor. Vibul.

Quibus[a] connumerari necesse est etiam eos, qui ex legitimis quidem [nuptiis vel] matrimoniis non sunt progeniti: curiis[b] tamen ciuitatũ dati, secundum Diualium[c] constitutionum, quæ super his positæ sunt, tenorem hæredum * suorum iura nanciscuntur. Necnon eos[d], quos nostræ amplexæ sunt constitutiones[e], per quas iussimus, vt si quis mulierem in suo contubernio copulauerit, non ab initio affectione maritali, eã tamen, cum qua poterat habere cõiugium, & ex ea liberos sustulerit[f]: posteà verò affectione procedente, etiam nuptialia instrumenta[g] cum ea fecerit, & filios vel filias habuerit, non solùm eos liberos, qui post dotem editi sunt, iustos[h], & in potestate patris esse: sed etiam anteriores, qui* & iis, qui postea nati sunt, occasionẽ legitimi nominis præstiterunt[i]. Quod obtinere cẽsuimus[k], &* si non progeniti fuerint post dotale instrumentum cõfectum liberi: vel etiam nati ab hac luce subtracti fuerint.

* inclusa delenda sunt.

* abest T. rectè.

* quia.

* etiam.

a Quibus. s. suis hæredibus.

b Curiis. Erat enim curia siue corpus in qualibet ciuitate, quæ curia indigebat officialibus, vt negotia expedirẽtur: vt in auth. de defen. ciui. §. nulla. in fi. coll. iij. vnde quicũque vellet naturalẽ suum filium dare illi curiæ, vel ipsemet filius post mortem patris se offerre: non extantibus legitimis, vel pater testamento illud dicat, legitimus fiebat: vt in authen. quib. mod. nat. effi. sui. §. quod verò. & §. si quis igitur. [Intellige subsequente ratihabitione. §. cùm semel. d. auth. Nec pater potest vnum ex istis legitimatis facere melioris conditionis, filiis legitimis, & naturalibus. §. sed quoniam varie. ead. auth. Syl.] Sicut fit remissio peccatorum iis, qui vadunt vltra mare.

Peccata remittũtur peregrinantibus.

c Diualium. i. principum. s. Theodosij & Leonis: vt C. de nat. lib. l. si quis. & l. quoniam.

d Necnon eos. scilicet necesse est cõnumerari inter suos. Accur.

e Constitutiones. C. de natu. libe. l. cùm quis. & l. nuper.

f Sustulerit. id est, habuerit.

g Instrumenta. In quibus continetur matrimonium inter Titium & Bertam esse contractum, & dotem datam esse, quæ instrumenta dotalia, vel nuptialia dicuntur. & sine his duobus, scilicet scriptura & dote, dicit. P. non valere matrimoniũ: quia lex plerunq; de his dixit tali casu: vt hîc, & s. de nupt. §. fi. non aliàs: vt ff. de regul. iur. l. nuptias. nos dicimus valere matrimoniũ: vt C. de nup. l. si vicinis. & in auth. de nupt. §. nuptias. colla. iiij. sed non fieri liberos legitimos: vt in auth. de trien. & sem. §. fin. coll. iij.

Adde, q si loquimur de iure canònico, opi. gl. est vera. c. tãta. qui fil. sint legit. si de iure ciuili, & in illustribus nõ requiruntur. §. illud. in authen. quib. mo. nat. eff. leg. In libertatibus requirunt. §. si quis igitur. in auth. vt liber. de cęterò as. & in aliis tenetur cõmuniter requiri. Syl.

h Iustos. Repete iussimus.

i Præstiterunt. s. primi. nam & ob hoc retinent quidam prius concubinas, vt experiantur an ex eis possint filios habere, vt postea accipiant eas in vxores, vel repellãt. quod scilicet, vt repellantur, in vxores prohibitum est. vt in auth. quib. mod. nat. effi. legi. §. quoniam. coll. vij.

Nota cautelam gl. quę vult habere filios, sed dicta cautela non est bona quo ad animã, q a omnis fornicatio est hodie prohibita: vt dixi s. de nupt. §. si aduersus. & §. fi. Ang.

k Censuimus. Quasi dicat, non solùm si nascantur postea, & viuãt cum primis, siue non nascantur aliqui, siue etiam nascantur, & moriãtur, vt C. de

¶ *Sui hæredes sunt, non omnes qui in potestate sunt, sed qui proximum locū inter hos tenent: aut certò in eius locum succedunt, qui proximum locū tenuit. Posthumus quoque suus hæres est, si modo in potestate parentis natus foret, & nemo eum præcederet.*

¶ Ita demum tamē nepos, neptísve, pronepos, pronep tísve suorū hæredum numero sunt, si præcedens persona desierit[a] in potestate parentis esse, siue morte id acciderit, siue alia ratione, veluti emancipatione[b]. Nam, si per id tempus[c], quo quis[d] moritur, filius in potestate eius[e] sit: nepos ex eo[f] suus hæres esse non potest: ídque & in cæteris deinceps liberorū personis[g] dictum esse* intelligimus.

Posthumi quoque, qui si, viuo parente, nati essent, in potestate eius futuri forent, sui hæredes sunt[h].

¶ *Suus hæres statim post mortem parentis [illegible] etiam ignorans, licet sit pupillus, vel furiosus, & sine authoritate sui administratoris.*

¶ Sui autem [hæredes fiunt] etiam ignorantes[i]: & li-

nat.lib.l.nuper. Et not. q̄ etiā si legitimos habet ex vxore quondam: tamen hæc valent: & siue ex libera, siue ex liberta, siue ex serua, quam posteà manumiserit, & in vxorem duxerit, hæc seruantur: vt in authen. de ince. nupt. §.fin. & in authent. de tri. & semis. §.fin. & in auth. de filiis ante do. instrumēta natis. per totum tit.

¶ Adde non requiri manumissionē in serua: auth. noua alia C. de natur. lib. Itē ex meretrice hodie, si proles est certa. c. inter opera. de spon. Syl.

¶ a Desierit. Sed nunquid filius præcedit nepotem ex altero filio vno gradu, vt j. de grad. cogn. §. primo gradu. & §.ij. & tamen non excludit: vt j. eod. §. cum filius? Respon. non videtur præcedere, cùm sui patris locū obtineat: vt in d. §. j. eod.

¶ b Emancipatione. Vel capitis diminutione maxima, vel media, non autem captiuitate: vt s. quib. mod. ius pat. pot. sol. §. si ab hostibus. & ff. eod. de suis, & leg. hær. l. j. §. si filius.

¶ c Nam si per id tempus. Contrà infrà eod. §. cum autē quæritur. in princip. Sol. vt j. tit. j. §. proximus.

¶ d Quis. Veluti auus.

¶ e Eius. scilicet aui.

¶ f Ex eo. scilicet auo.

¶ g Personis. Cùm omnes liberi appellentur: licet post trinepotem impropriè: vt ff. de gradi. l. Iurisconsultus. §. parentes. & ff. de ver. sig. l. liberorum.

¶ Adde, quod doct. cōmuniter sequuntur hanc gl. Tamen aliàs contrarium dicebam per text. in l. parentes. ff. de verb. sign. in l. liberorum. eod. tit. in l. quinque. §. parentis. ff. de in ius voc. vbi casus, in l. j. §. generaliter. ff. de leg. præstand. Nec tex. in § parentes. videtur intelligi à docto. dicit enim, q̄ vsque ad illum gradū proprio nomine appellantur, id est, habent nomina propria: non quòd vlterius nō sint propriè parentes & liberi. & ita teneas. Syl.

¶ h Sui hæredes sunt. Cùm habeantur pro natis, quoties de eorū cōmodis quæritur: vt ff. de sta. ho. l. qui in vtero. Et not. quod posthumus dicitur ꝓpriè, qui posthumationē patris nascitur: & dicitur etiā impropriè ille, qui facto testamēto nascitur: vt ff. de iniust. rupt. test. l. iij. §. j.

*abest.

Posthumus dicitur dupliciter

¶ Sui autem. THEMA. Quæro, an ignorans suus heres fiat, ac præterea furiosus? vterque. Sed nūquid aut pupillus tutoris, aut furiosus curatoris cōsensu indiget? minimè. Cōtinuatur enim quodammodo dominium, quippe quum hæres lingua veterem dominum significet. Cor. Vibul.

*inclusa absunt.

¶ Not. ignorantem quasi contrahere. Item, quod non datur medium inter aditionem sui & mortem. Item, quòd quo ad acquisitionem æquiparantur furiosi & ignorantes. Syl.

¶ i Etiam ignorantes. Et inuiti, & statim, licet iure prætorio abstinere possint: vt s. de hære. quali. & differen. §. sui. & ff. si quis omis. cau. testam. l. j. §. prætermittitur. versic. qui sunt.

ADDITIO. Quod Prętoris beneficium etiam si non impetretur, compe tit ipso iure. l. ei, qui se immiscuit. ff. de acqui. hær. Ang.

¶ a Hære-

¶ a Hæredes. s. sui. aliàs non: nisi per curatorem, secundum quosdam. vt C. de cur. fur. l. fi. §. tali itaque.

¶ Ratio autem, quare est diuersum in furioso quoad hæreditatem alienam, & paternã, est, quia hæreditas in suo acquiritur ipso iure. Ceteræ non sic: & ideo trãsmittitur sicut & legata, licet secus sit in hæreditate: & ita declarat Bald. in d. §. tali itaque. Syl.

¶ b Acquiri potest. Sic ff. de actio. & oblig. l. si à furioso. in princip. & ff. si cer. petatur. l. si à furioso.

¶ c Quasi. Hoc ideo, quia incorporalib⁹ dicit propriè continuatio: sed dominiũ est incorporale. Hoc reprobo, quia & possessio est res incorporalis: & tamen vna cum alia continuat: vt ff. de acq. pos ses. l. Põponius. §. prçtereà. & §. in dotem. & §. si iussu. & §. sed & legatario. & §. pen. Dic ergo impropriè fieri cõtinuationem, quia inter diuersa, nõ inter eadem fieri debet, sed pater, & filius vnum fictione iuris sunt: vt C. de impub. & ali. subst. l. fin. §. fin.

Hoc verũ secundũ Bart. de iure ciuili: nõ autẽ de iure gentiũ.

¶ Adde, quòd hîc ideo non continuatur verè, quia dominium, quod erat apud filium, viuente patre, erat fictũ: quando verò succedit, est verum: ideo dixit, quasi continuatur: quia alteratur qualitas subiecti, quod continuatur: ideo est impropria continuatio, & ita hic bene declarat Christoph.

¶ d Pupillis. Aliàs si est hæreditas extranei, & nõ patris, tutoris auctoritas & pupilli actus necessarius est: nisi sit infãs, quo casu sufficit tutor: C. de iur. deli. l. potuit. & l. si infanti. §. parete & ff. de tut. & cur. da. ab iis. l. impuberi.

cet furiosi sint, hæredes[a] possunt existere: quia quibus ex causis ignorantibus nobis adquiritur, ex iis causis & furiosis acquiri potest[b]. Et statim à morte parentis quasi[c] continuatur dominium: & ideo nec tutoris auctoritate op⁹ est pupillis[d]. cùm etiã ignorãtibus acquiratur suis hæredibus hæreditas. Nec curatoris assensu * acquiritur furioso, sed ipso iure.

*consensu.

¶ *Qui ab hostibus captus, suus esse desijt, etiã mortuo parente regressus, beneficio postliminij retrò sem*

tur. Item patre etiã post obitũ maiestatis dãnato, filius in re suitatis priuatur.

¶ Interdum[e] autẽ licet in potestate parentis * mortis tempore suus hæres non fuerit, tamen suus[f] hæres parenti efficitur, veluti si ab hostibus quis reuersus fuerit post mortẽ patris sui: ius enim postliminii[g] hoc facit. Per cõtrarium [autẽ*hoc] euenit, vt licet quis in familia defuncti sit mortis tempore, tamen suus hæres non fiat: veluti si post mortem[h] suã pater iudicatus fuerit perduellio-

*absens.

*inclusa absunt. T.

¶ Interdum autem. CASVS. Titius, dum pater moritur, est in hostium potestate. post mortẽ redit postliminio: quæro, an sui ius habeat. cùm in patris non esset potestate mortis tempore? Beneficio postliminii sui ius habet. Sed ecce, Titius, dũ pater moritur, in eius est familia. mortuus pater lęsę maiestatis reus factus, ac damnat⁹ est, fiscus ei succedit. quæro an filius sui ius amittat? Sine dubio. Cor. Vib.

¶ Not. ꝙ dictio, interdũ, ponit regulã in cõtrarium. Item, ꝙ captus ab hostib⁹ desinit esse in potestate patris. Item, ꝙ sufficit aliquẽ esse verè vel fictè in potestate tẽpore mortis. Item, ꝙ hoc ex fictione postliminii. Item, ꝙ damnatus ob crimen læsæ maiestatis non amittit potestatem, quam habet in filios. Item, quòd in crimine læsæ maiestatis memoria damnatur. Item, quòd est casus, in quo quis desinit esse hæres. Syl.

¶ e Interdũ. Vt ff. de suis, & legit. l. j. §. sed si quis. vers. interdum. Accurs.

¶ f Suus. ff. de testa. l. lege Cornel. in fi. contra. Sol. ibi ille qui fuit captus, non fuit reuersus: sed hîc sic.

¶ g Postliminii. Quod fingit eum semper in ciuitate fuisse: vt quib. mod. ius pa. pote. sol. §. si ab hostibus.

¶ h Post mortem. Not. quædam delicta transire contra hęredem, etiam lite non cõtestata, vt læsæ maiestatis in duobus casibus, quando quis contra principem, vel rempublicã fuit molitus: aliàs non: vt ff. ad legem Iul. maiesta. l. final. & his duobus casibus hic tantùm loquitur. Item de residuis &

peculatus & repetūdarum: vt ff. ad legem Iuliam repe. l. fi. Item apostatus: vt C. de aposta. l. ij. & l. apostatarum. in fine. Quædam etiam non transeunt lite non contesta. vt omnia alia publica: vt ff. de accu. l. ex iudiciorum. Alia contestata lite trāseunt, aliàs non: vt omnia priuata delicta: vt C. deli. defun. l. vnic. & ǯ. de perpe. & temp. act. §. non autem. *abest.

Adde, quòd regula est, ꝙ delicta siue publica, siue priuata sint, non transeūt in hæredes, nisi lis sit contestata. d. l. ex iudiciorum. In crimine læsæ maiestatis. d. l. fi. secundum tex. illius legis. In hæresi. l. Manichæos. C. de hęred. In apostatis, vt in gl. In crimine repetūdarum. l. ij. ff. ad leg. Iul. repetun. Item in peculatu. l. fi. eo. tit. Item de residuis. l. fin. ff. ad leg. Iul. pecul. Item, quando vxor successit viro, & est accusata de morte viri, vel ècōtra. l. Lucius. de iure fisci. Item in desertore militiæ. l. defunctorum. de re mil. lib. xij. Syl.

a Perduellionis. Ideo dicit perduellionis: quia per duellū fiebat certamen, si aliquis criminis huius dicebatur reus: quod aliquid in ipsum principem, vel rempubl. fuisset molitus, secundum Plat. Et potest dici hoc & defendi, quia & secundum iura Romana videtur posse fieri debere pugna: & sunt aliqua arg. vt ff. ad legem Aquil. l. qua actione. §. si quis in collustatione. & ff. de re iudi. l. commodis. & ff. de iis qui not. infam. l. athletas & de athletis. l. j. & ff. de excusat. tut. l. athlet. in princip. & C. quæ res pign. obli. posses. l. spem. & ff. de don. l. donationes. in fi. his enim legibus habetur mentio de tali pugna, quę non fieret, nisi de iure esset. Vel dic perduellionis, id est, hostilis criminis. Nam perduelles hostes dicuntur: vt ff. de verb. sign. l. quos nos.

Adde, quòd hęc est vera, & declarat Alci. ibi. Syl.

Olim perduelles erāt, qui ciuem interfecerant, vt Horatius, qui sororem interfecerat, per duellis à Liuio dicitur. sed Iuriscōsultis Perduellionis reus est, qui in principem vel Rempub. hostilia fecerit, criminéque maiestatis tenetur. l. vlt. ff. ad l. Iul. maie.

nis [a] reus, ac per hoc memoria [b] eius damnata [c] fuerit, suum enim hæredē habere non potest, cum fiscus ei succedat: sed potest dici [d], ipso quidē* iure esse suum hæredem: sed desinere [e].

¶ *Nepotes ex præmortuo filio, eorum patris locum assumentes, simul cum patruo vel amita aui* [illegible] *uiduntur in stirpes, scilicet, non in capita: quòd si ex præmortuis fratribus nepotes tantùm supersint, quæq; proles in eam duntaxat partem succedet, quam pater si superstes esset, assequuturus fuisset.*

Cùm filius filiá-

b Memoria. Nam ipse cū sit mortuus nō potest dānari, nisi à Deo: vt ff. quæ sent. sine appel. re. l. penul.

c Damnata. Hoc scilicet, modo, pronuntio cōtra imperium Luciū fecisse: & ideo bona eius in fiscū inferri: nam per hoc memoria damnatur: & infamia quadam defunctus efficitur: vt ǯ. ex quib. cau. manu. non lic. §. j. & ex tempore cōmissi delicti alienationes ab eo factæ non valebūt: vt C. ad leg. Iul. maie. l. pen. in fi. & ff. de don. l. donationes. §. fi. Accurs.

d Potest dici. scilicet, verius.

e Desinere. scilicet, lata sententia. Nam non facit ipso iure desinere hæredem suum esse tale delictum.

Adde tamen, ꝙ interim est interdicta administratio rerum propriarū. l. quæsitum. ff. qui & à quibus. Syluest.

Cùm filius. Marcellus filium habebat, & ex altero filio mortuo quatuor nepotes. quomodo diuidetur hæreditas, vtrum in capita, id est, vt quot sunt personæ, tot sint partes: an verò in stirpes. id est, vt quia duæ sunt stirpes, duæ tantùm sint partes, & vnus filius dimidiā habeat, quatuor nepotes alterum duntaxat dimidium? In stirpes. nam imago non plus valere debet, quàm res ipsa. Res ipsa autem, id est, filius mortuus, si viueret, semissem tantùm haberet: quare rectū est, vt qui eum repræsentāt, non amplius habeant. Quid ergo si vterq; filius sit mortuus, sed ex vno sit vnus tantùm nepos: ex altero quatuor? Similiter in stirpes diuidetur hæreditas, vt ille vnus semissem, alii quatuor alterum semissem habeant. Imago enim non plus, quàm ius rei ac veritatis habeat, oportet. Cor. Vib.

Not.

Not. quòd ita succedit auo nepos, vt filius. Item, quòd vsque ad pronepotem quis succedit in locum patris: vlterius non, secundũ doct. cuius contrariũ tenui aliàs, per tex. in §. ita demum. ī. eod. & per alia plura. Item, quòd tali casu succeditur in stirpem. Itẽ, quòd quando plures inter se succedunt auo, similiter succedunt in stirpes. Syluest.

a Ex altero filio. Secus, si ex filia: vt ī. eod. §. itẽ vetustas. & ī. eod. §. diui. [illegible] Hodie secus, vt ibi not. & in l. lege. in prin. C. de legi. hæred.

b Aequum. Vt in auth. quibus mod. natu. effi. sui. §. ergo ibi, quid enim lega lius. col. vij.

c Vocantur. Idẽ est, & si per bonorũ possessionẽ vocentur: vt ff. de contra tab. l. j. §. vocantur. Sed contra. ff. de cõtratab. l. iij. §. j. Sol. nõ est contra: quia ibi præcedit filius: quia patris loco est adoptatus adnepotem: vt ī. eo. §. ita demum.

d In stirpes. ī. tit. j. §. hoc etiam addendum, in fin. contra. Sol. vt ibi.

In Capita succeditur, quum hereditas in tot equales partes diuiditur, quot sunt succedentium capita. In stirpes, quum capitum ratio non habetur, sed stirpis tãtùm vnius, cuius iure nituntur, qui succedunt.

e Ex altero. Sic suprà eod. §. fi. sic ff. de inoff. testam. l. Papinianus. §. proinde si ex duobus. sic & C. de suis & legit. l. nepotes.

f Ex duobus filiis. Præmortuis.

ve, & ex altero filio[a] nepos neptísve existũt*, pariter ad hæreditatẽ aui* vocãtur: nec qui gradu proximior est, vlteriorem excludit. Aequũ[b] enim esse videtur, nepotes, neptésq; in patris sui locũ succedere. Pari ratione, & si* nepos neptísve sit ex filio, & ex nepote pronepos proneptísve: simul vocantur[c]. Et quia placuit nepotes, neptésve, item pronepotes, proneptésve in parentis* sui locũ succedere, cõueniẽs esse visum est, nõ in capita, sed in stirpes[d] hæreditatẽ diuidi: vt filius partem dimidiam hæreditatis habeat, & ex altero[e] filio duo plurésve nepotes alteram dimidiam. Item si ex duobus filiis[f] nepotes neptésve* existant, ex altero[g] vnus[h] fortè aut duo, ex altero tres, aut quatuor: ad vnum, aut duos dimidia pars pertineat, ad tres vel ad quatuor altera dimidia.

*extãt. *abest. *abest. *patris. *abest.

Vt quis suus dici queat, etiam destituti testamenti tempus inspicitur: quo fit, vt qui nepos mortis aui tempore suus non erat, si [illegible] stamento priorem locum occupat, suũ hæredis iura nanciscatur: modo viuo auo conceptus fuerit: alioqui nulla tenus admittetur.

Cùm autem[i] quæritur an quis suus hæres existere posſit: eo tempore quærendũ est, quo certũ est[k] aliquem

g Ex altero. scilicet filio.

h Vnus. scilicet, nepos.

CASVS

Cum autẽ quæritur. Aemilius filio suo exhæredato, Titium instituit. Patre & filio mortuis, Titius repudiat hæreditatem. quæro nunquid nepos auo suus hæres existet? maximè. Quid, si viuente auo, conceptus quidem fuerit, sed eo mortuo, natus? Tantundẽ. Quid autẽ si post aui mortem, & non conceptus, & natus sit? Conceptus aliquo mortuo, nõ est cognatus mortui. Quid, si emancipatus filius aliquẽ adoptarit, nunquid adoptatus suus erit nepos, auo? minimè. C. Vib.

Not. quòd an quis sit suus, inspicitur tempus destituti testamenti. Item, quod nepos conceptus tempore mortis aui, quãuis natus post mortem, dicitur suus: secùs in concepto, & nato. Itẽ, quòd ille, quem filius adoptauit, non est inter liberos aui. Item, quòd qui non potest petere hæreditatem vt agnatus & cognatus, nõ potest petere bonorum possessionem. Item, quòd hîc est tex. quod emãcipatus, & adoptiuus non est suus: & probatur optimè in illis verbis: & hec de suis hæredibus. qui tex. quòd viderim, non est ab alio ponderatus. Syl.

i Cum autem. Eo diligenter notato, qui sunt sui hæredes: nũc nota quo tempore quærendum est, qui suus heres sit.

k Certum est. Suprà eod. §. ita demum. contra. Sol. vt ibi dixi.

sine testamento[a] decessisse, quod accidit[b], & destituto testamento. Hac ratione, si filius exhæredatus fuerit, & extraneus hæres institutus, & filio mortuo[c], posteà certũ fuerit hæredem institutum ex testamento non fieri hæredẽ: aut quia noluit esse hæres, aut quia non potuit[d]: nepos auo suus hæres existet: quia quo tempore certum est intestatum decessisse patremfamiliâs, solus[e] inuenitur nepos. & hoc certum est[f]. Et licet post mortem aui natus sit: tamen auo viuo cõceptus, mortuo[g] patre eius, posteáque deserto[h] aui testamẽto, suus hæres efficitur. Planè si & conceptus, & natus fuerit post mortem aui, mortuo patre suo, desertóque posteà aui testamẽto, suus hæres auo non existet: quia nullo iure cognationis patrem sui patris attigit *[i]. Sed *nec ille est inter liberos aui, quem filius emãcipatus adoptauit. Hi autẽ[k], cùm non sint sui (*quantum ad hæreditatem) liberi: neque bonorũ possessionem petere possunt, quasi proximi cognati[l]. Hæc de suis hæredibus.

*tetigit. *Sic. *abest.

¶ *Emãcipatus iure ciuili incognitus ad successionem parentis non venit: præ- [illegible] eio per bon. rũ possessionẽ. Vnde liberi, perinde admittuntur, ac si in eius potestate mansisset. Areti.*

¶ Emancipati autem liberi, iure ci-

¶ a Sine testamento. Quod contigit xij. modis. vt s. eod. in princ. diximus, in gl. extiterit.

¶ b Quod accidit, &c. s. vt videatur quis sine testamento decessisse.

¶ c Filio mortuo. Scilicet exhæredato.

¶ d Non potuit. Morte præuentus: vt s. eod. §. ita demum.

¶ e Solus. s. suus hæres.

¶ f Certum est. s. nepotem suũ hæredem esse, cum nullus præcedat eum: vt s. eod. §. j.

¶ g Mortuo. Ante, quàm adeatur ex testamento hæreditas. Vnde cõstat nõ trãsmitti ad filium de inofficioso querelã. imò etiã ea adita non transmittebat olim, sed hodie cõtra: vt C. de inoff. test. l. scimus, §. fi. & l. si quis filium. ibidem.

¶ Adde, quod conclusio huius gl. limitatur in hæreditate ascendentis, secundũ communem opinionem in d. l. scimus. §. fi. C. de inoff. testam. Itẽ in filio exheredato secundũ Ang. in l. nam & si is. ff. de inoff. testam. Item vbicunq; nõ potuit præparare. Ias. in l. cum mota. C. de transact. Item quo ad extraneos. d. §. fi. Item quando tales liberi essent sui. gl. in verb. heredes. in l. si q.s affirmauerit. ff. de do. Item nisi essent hæredes. Paul. in d. l. si quis filiũ. Syl.

¶ h Deserto. scilicet, ab hærede, qui non vult adire.

¶ i Attigit. Nec enim fuit proximus cognatus ei. s. auo viuo: quo viuo nõ-dum animal erat: vt ff. vnde cogn. l. s. §. si quis proximus. Sed nunquid hodie succedit per auth. de hære. ab intestat. §. j. P. dicit, quòd sic: quia naturalis causa tantùm spectatur. Ioan. cõtra: quia nec iure prætorio: quo casu naturalis inspiciebatur, admittebatur: vt sequitur: vt infrà eod. §. emãcipati. & ff. de suis & legit. l. Titius. & l. penultim.

ADDITIO.

Et hæc est communis opinio: vt per Ioann. Fab. & per Angel. hic.

¶ k Hi autem. scilicet concepti, & nati post mortem aui.

¶ l Qui proximi cognati. id est, tanquam agnati. nam agnati sunt proximiores, quàm cognati. Nunquid ergo tertio ordine inter cognatos vocantur? Respon. M. quòd sic: vt ff. eod. l. j. in fin. & in gl. fi. Ioan. contra: quia ibi de conceptis prius natis postea loquitur, secùs, si postea cõcipiuntur & nascuntur: vt hîc, & ff. de iniust. rupt. test. l. si quis filio. §. non fuisset.

¶ Emancipati. CASUS. Audiui de suis. Quid verò? Titius filium emancipauit. eo mortuo nihílne habebit filius? nihil ex xij. tabul. sed Prætor ei succurrit, & permittit bona mortui possidere, motus æquitate naturali, quæ capitis diminutionem reiicit naturæ incognitam, inuentámque à iure ciuili. Quid autem si duo sunt filii, quorum alter in potestate est, alter emanci-

emācipatus? an Prætor etiā hoc casu emācipatum admittet? maximè C. V.

Not. quòd de iure ff. & C. vsque ad tempora Iustinia. emancipati reputabantur extranei, & nō succedebant. Item not. consequentiā: nō sūt sui, quia desierūt esse in potestate. Itē Prætorē moueri naturali æquitate. Item, ꝙ de iure prætorio admittūtur sui & emancipati simul. Syl.

a Neq; enim. Bona ratio: vt s. de her. qual. & diff. §. sui. & s. eo. §. j. ibi, sui autem. &c.

b Neque vllo alio iure. s. neq; vt patroni: neq; vt agnati, quos vocat lex xij. Tabu. vt j. tit. j. in prin. & j. de succes. lib. in prin. aliàs è contra: vt j. titul. j. §. fina.

c Soli sint. s. emancipati.

d Cū suis hæredibus. s. cū aliis, q. remāserūt in potestate.

e Pro parte. s. dimidia. vt ff. de verb. sign. l. nomen filiarū. §. portionis. *id est

At ii qui C A S V S. Demea duos habebat filios, Aeschinū, & Ctesiphonem. Aeschinus emācipatus dedit se Mitioni arrogandū. mortuo Demea, intestato, excludetúrne à successione Aeschinus? Distinguo, si tēpore mortis Demeæ adhuc in adoptiui patris erat potestate, excludetur: si verò iam ab adoptiuo patre emancipatus erat, bonorū possessionem impetrabit. Sequentem. §. per se clarum non illustramus. Cor. Vib.

uili nihil iuris habent (neque enim[a] sui hæredes sunt, quia in potestate parētis esse desierūt) neque vllo alio iure[b] per legem duodecim Tab. vocantur. Sed Prætor naturali æquitate motus, dat eis bonorum possessionem. Vnde liberi, perinde, ac si in potestate parentis tēpore mortis fuissent, siue soli sint[c], siue cum suis hæredibus[d] cōcurrant. Itaque duobus liberis existentibus, emancipato vno*, & eo, qui tempore mortis in potestate, fuerit, sanè quidem is, quis in potestate fuit, solus iure ciuili hæres est, & * solus suus hæres. Sed cùm emācipatus beneficio Prætoris in partē admittitur, euenit, vt suus hæres pro parte[e] hæres fiat.

*abest.

¶ *Emancipati filij qui sese adoptandos extraneo dedere. ita demum naturali patri olim succedebāt, [illegible] sei adoptio: quæ, si eo mortuo dissolueretur, nec ad eius, nec ad adoptiui patris successionē vllo [illegible] rant.*

At ij[f], qui emācipati à parente in adoptionē[g] se dederūt, non admittuntur[h] ad bona naturalis patris quasi liberi, si modò cùm is[i] moreretur, in adoptiua familia fuerint.* Nam, viuo eo[k], emancipati ab adoptiuo patre, perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac si emācipati ab ipso[l] essent, nec vnquam in adoptiua familia fuissēt[m]. Et cō-

Not. quòd emancipatus, qui de iure ciuili habebatur pro extraneo, & admittebatur de iure prætorio, si dabat se in adoptionem, carebat beneficio Prætoris cū distinctione, de qua in hoc text. Itē, quòd adoptiu⁹ emāciparus ab adoptante, est penitus loco extranei. Item, quòd dictio nihilomagis, hîc stat propriè. Item, quod sicut voluntas captatoria reprobatur ex testamento, ita ab intestato. Syl.

f At ii. s. vocantur emancipati ad successionem patris: sed non omnes. & hoc sequitur, at ii &c.

g Adoptionem. id est, arrogationem.

h Nō admittuntur. ff. de cōtra tabu. l. iii. §. si quis filio. cōtra. Sol. ibi, nō valuit adoptio, secundum Ioā. sed hîc valuit. Vel distingue, an detur extraneo, vt hîc: an detur in adoptionem nepos ex filio emancipato patri eiusdem, vt ibi: arg. s. de adopt. §. sed hodie. [Adde, ꝙ glo. errat secundum Ioann. Fab. & Ange. hîc. ideo declara, vt per eos. Syl.] Itē C. de adopt. l. penul. §. sed siquidem. quæ est contra. Sol illam intellige, vt j. eo. §. admonendi. *sinf.

i Cum is. s. pater naturalis.

k Viuo eo. s. patre naturali.

l Ab ipso. s. patre naturali.

m Fuissent. vt s. de exhær. libe. §. emancipatos.

uenieñter, quōd ad adoptiuum patrẽ pertinet, extraneorum loco esse incipiunt. Post mortẽ verò naturalis patris emancipati ab adoptiuo patre: & quantum ad hunc [adoptiuũ* patrem pertinet,] æquè extraneorum [a] loco sunt: & quantum ad naturalis patris bona ptinet, nihilò magis liberorũ gradum nascicũtur. Quod ideo sic placuit: quia iniquum erat, esse in potestate patris adoptiui[b], ad quos bona naturalis patris ptineãt, * vtrũ ad liberos eius[c], an ad adgnatos[d].

ris[c] habent adoptiui filii*, quàm naturales. Nanque naturales [f] emancipati beneficio Prætoris gradum liberorum retinent, licet iure ciuili perdant. Adoptiui verò emãcipati[g], & iure ciuili perdũt gradũ liberorũ, & à Prætore non admittuntur[h]*, & rectè. Naturalia enim iura ciuilis ratio[i] perimere non potest. [k] nec quia desinunt sui hæredes esse, possunt desinere filii, filiæ ve, aut nepotes, neptés ve esse. Adoptiui verò emancipati[l], extraneorũ loco incipiunt esse[m]: quia ius, noménq; filii, filiæve, quod per adoptionem consecuti sunt, alia ciuili ratione, id est, emãcipatione perdunt.

¶ *Filius legitimus & naturalis emãcipatus vocatur ad bona patris naturalis beneficio prætoris. Sed filius adoptiu⁹ emancipatus, nullo modo potest admitti ad bona patris adoptiui. Arc.*

¶ *Ad intestati successionem qui aspirare nequit, eidem bonorum possessio minimè concedetur.*

¶ Minus ergo iu-

¶ a Extraneorũ. Si autem morte patris adoptiui facti essent iuris sui, durat agnationis ius inter eos, id est inter adoptiuũ, & naturalẽ filiũ adoptãtis nõ emancipatũ, vt sibi succedat, vt ff. de gradib. affi. l. si filiũ naturalem. & l. non facilè. §. cognationis. & ff. vnde cogn. l. j. §. cognationẽ. & de adop. l. ante pe. M. Itẽ & ipsi adoptiuo patri succedunt: vt j. eo. §. sed ea.
¶ b Adoptiui. post emancipationẽ: nõ prius: vt s. eo. §. intestatorum. vers. nec interest.
¶ c Eius. s. naturalis patris.
¶ d Ad agnatos. Nã si nõ emãcipat, certũ est, ꝙ filii non succedũt naturali patri: & ita agnati succedũt: vt s. proxi. & ff. vnde lib. l. j. Si autẽ emãciparet, succederẽt filii: vt s. prox. §. & sic in eius potestate esset ad quẽ bona naturalis patris pertinerent. qđ est absurdũ & cõtra regulam iuris, vt hîc. & ff. de hære. instit. l. illa institutio. circa princ.
ADDITIO. Itẽ qa tũc videtur, ꝙ auferet ius quæsitum agnatis: qđ est incõueniẽs. Et ex his not. ꝙ neq; ex testamento, neq; ab intestato põt eẽ volũtas captatoria. A.
¶ e Min⁹ ergo iuris. Quia naturales emãcipati iure Prętorio vocãt: sed adoptiui emancipati nõ: vt s. proxi. §. ergo, &c.
¶ f Naturales. & legitimi.
¶ g Emancipati. Ab adoptiuo patre.
¶ h Non admittũtur. Nisi sint de suis: auus adoptauit nepotẽ in filiũ, & postea emancipauit: vt ff. ad Tertul. l. ij. §. liberi autem. versicu. adoptiui.
¶ i Ciuilis ratio. i. emancipatio, quę de iure ciuili est: vt ff. de re iudic. l. actus.
¶ k Non potest. Sic. s. de leg. agn. tut. §. fi. sic. ff. de reg. iur. l. nihil tam.
¶ l Emãcipati. Ad adoptiuo patre: & post mortẽ naturalis: vt s. proxi. versicu. post mortẽ.
¶ m Incipiunt esse. Not. ꝙ si emãcipetur fili⁹, vel filia, vel deinceps nõ sunt sui hæredes: nõ tamẽ desinũt esse filij, vel filiæ.
¶ Eadem hæc. THEMA. Cui bonorũ possessio Vnde liberi nõ dat, ei multo minus bonorum possessio Contra tabulas datur. exemplũ est clarissimũ. Cor. Vib.
¶ Nota, quod cõtra tabulas datur præteritis, non exhæreditatis. Item, quòd ille est præteritus, qui vel non est institutus: vel est institutus, sed non ritè. Item, quòd bonorum possessio contra tabulas inducta est etiam pro filiis in potestate. Item quòd Prætor nõ admittit ad cõtra tabulas emancipatos

uinclu- sa absunt.

*pertinent.

*abest.

*adiu- nantur.

cipatos existentes tempore mortis in aliena familia. Item, quòd ad contra tabulas vocantur filii, qui de iure ciuili solent vocari, & eo ordine secundum Ange. quod tamen non probatur hic, sed potius, q his, quib' subuenit Pretor ab intestato, subuenit facto testamento. Syl.

a Eadẽ. Quæ obseruantur in bonorum possessione Vnde liberi, & in contratabulas bonorũ possessione seruantur.

b Institutis. His enim institutis non datur hæc bonorum possessio, nisi præteritus rumpat testamentũ: & huic, s. instituto viam aperiat. & hoc est, quòd dicitur, nisi præteritus committat edictũ: vt ff. de contratabul. l. iij. §. si quis ex liberis. primo. si autem præteritus nolit, postquam semel agnouit, institutus habet contra tabulas iure sui, & secũdum tabulas: quod est mirabile: nec expectat præteritum, vt ff. de contratab. l. si post mortem. §. fina. & de leg. præst. l. nonnunquam. Accur.

*parentis.

Præteritus quãdoque cõmittit edictum.

*eam.

Adde, q verior est opinio cõtraria & communior, q non sit necessaria petitio, & probatur concludenter in d. l. nonnunquam. & in l. non putauit. §. à primo. ff. de contratab. Syluest.

ADDITIO. Quod facit ad questionem vt ex cõtemptu alicuius, qui debuit in electione adhiberi: etiam ipso nolente, cæteri qui interfuerunt, possint eam dicere nullam. Dic vt in c. quod sicut. extrà de electio. per Ioan. Fabr. hic.

c Vt oportet. Scilicet masculi no-

Eadem[a] hæc obseruantur, & in ea bonorũ possessione, quam contra tabulas testamẽti parentis* liberis præteritis, id est, neque hæredibus institutis[b], neque, vt oportet[c], exhæredatis[d], Prætor pollicetur. Nam eos quidem, qui in potestate[e]* mortis tẽpore fuerint, & emancipatos, vocat Prætor ad eãdem* bonorũ possessionem: eos verò, qui in adoptiua familia fuerint per hoc tempus, quo naturalis parens moreretur, repellit[f]. Item adoptiuos liberos emancipatos ab adoptiuo patre, sicut ab intestato, ita longè minus contra tabulas testamenti ad bona eius non admittit: quia desinunt in numero liberorum eius esse.

Emancipatus filius ab extraneo adoptatus, licet ad patris naturalis bona peruenire per Vnde liberi, vel Vnde agnati nequeat: per Vnde cognati tamen venire potest.

Amonendi tamen[g] sumus, eos, qui in adoptiua familia sunt, quive post mortem naturalis parentis ab adoptiuo patre emancipati fuerint, intestato parente naturali mortuo, licèt ea parte edicti, qua liberi ad

minatim, fœminæ inter cæteros: vt s. de exhæred. libé. §. j.

d Exhæredatis. Cùm ergo matris præteritio pro exhęredatione habeatur: vt s. de exhæred. libe. §. vlti. cessat ibi contra tabulas bonorũ possessio: vt ff. de contratab. l. illud. §. ad testamenta.

Matris præteritio habetur pro exhæredatione.

ADDITIO. Et est ratio: quia etiã remoto emãcipationis obstaculo (id quod Prætor principaliter intendit) nõ esset seruus fœminæ, cùm eos in potestate habeat, vt ib. Ang.

e In potestate. Emancipatis committẽtibus edictum, non alijs, secundum Mar. vt ff. de cõtratab. l. iij. §. si quis ex liberis. Sed Ioan. contrà. nam nullũ dicere possunt, & contratabulas suo iure habent: vt ff. de leg. præstan. l. si duo. & C. de liber. præteri. l. maximum.

f Repellit. s. Prætor: nisi sint instituti, & eis committatur edictum: vt ff. de contratab. l. non putauit. §. in adoptione. & §. vt autem. Item contra. ff. de contratab. l. iij. §. si quis filio. Sol. s. eod. §. at ii.

Admonendi. CASVS. Aeschinus, dum pater moritur, in familia sui patris adoptiui erat, aut ab eo emãcipatus est, Demea patre mortuo, quæro, an Aeschin' nulla ratione possit à Prętore adiuuari? Respon. si aut sui, aut à Demea emãcipati, aut agnati sint, nõ iuuabitur: si non sint, dabitur ei possessio, quæ cognatis dari solet: Cor. Vib.

Not. qualiter procedat successio prætoria. Syl.

g Admonendi tamen. Licet hos

duos, qui sequuntur, non admiserim de iure ciuili: vt suprà eodem. §. at ii. tamen admonendi sumus, id est, admonemus, &c.

¶ a Ad bonorū possessionem. scilicet vnde liberi.

¶ b Emancipati. Qui sunt sui per Prætorem: vt suprà eodem §. emancipati.

*abest. ¶ c Legitimos. id est, agnatos: vt j. tit. j. primo respon.

¶ d Proximos. Sic ff. si tab. test. l. j. sic ff. quis ordi. in bon. poss. serue. l. j.

¶ Sed ea omnia. CASVS. Demea suum Aeschinum fratri suo Mitioni adoptādum dedit Aeschinus nihil eius iuris, quod habuisset non adoptatus, amittit. imò, hoc amplius habebit: si pater Mitio intestat⁹ decedat, ei succedet. Quid si Mitio eum prȩterierit, sed testamētum fecerit? Aeschinus nulla ratione cōtra testamentum iuuabitur. Quid, si Demea filium suum patri suo Aeschini auo, adoptandum dederit, & ab auo suo Aeschinus sit præteritus? Tunc vetera iura ei seruabūtur perinde ac si paterfa. aliquis in arrogationem sese dedisset. Cor. Vibul.

*tertio.

¶ Not. quòd filius datus in adoptionem extraneo retinet iura patris naturalis. Item, quòd adoptatus ab extraneo non habet remedium contra testamentum patris adoptiui, si prætereatur, vel exhæredetur, ratio in text. assignatur. Item, quòd necessitas exhæredandi & instituendi prouenit ex suitate. Item, quòd adoptatus ab ascendentibus transit in potestatem, sicut de iure antiquo. Item, quòd duo vincula arctius ligant. Item, quòd arrogatus transit in potestatē arrogantis, & ei succedit. Syl.

bonorū possessionē[a] vocantur, non admittātur: alia tamen parte vocari, scilicet * qua cognati defuncti vocātur. Ex qua parte ita admittuntur, si neq; sui hæredes liberi, neque emancipati[b] obstent, neque adgnatus quidem vllus interueniat. Antè enī Prætor liberos vocat tam suos hæredes quàm emācipatos: deinde legitimos[c] hæredes, deinde * proximos[d] cognatos.

¶ *Filius, qui ad extraneum patrē adoptione trāslatus est, omnia sui naturalis patris inuiolata iura retinet perinde atque si in familiā alienam datus non fuisset: ideirco ei intestato, aut testato succedit: adoptiuo autem patri ex intestato tantùm succedit condito autem testamento præteritus, testatoris nequaquā impugnat iudicium: nisi cuipiam ascendentium in adoptionem datus sit.*

¶ Sed ea omnia[e] antiquitati quidē* placuerunt: aliquam[f] autē emendationem à nostra constitutione[g] acceperunt, quam super iis personis cōposuimus *, quæ à patribus suis naturalibus[h] in adoptionem aliis dantur. Inuenimus etenim nonnullos[i] casus, in quibus filii, & naturalium parentum successionem propter adoptionem amittebant, &, adoptione facilè per emancipationem soluta[k], ad neutrius[l] patris successionē vocabātur[m]. Hoc solito more corri-

¶ e Sed ea omnia. Quæ suprà eod. §. at ii. dicta sunt. & suprà proxi. §.

¶ f Aliquam. Quasi dicat, quædam correximus, quædam retinuimus. *abest.

¶ g Constitutione. Vt C. de adopt. l. pen.

¶ h Naturalib. Et legitimis.

¶ i Nonnullos. id est, aliquos. Accurs. *posuimus.

¶ k Soluta. scilicet post mortem: secùs, si ante: vt suprà eod. §. at ii.

¶ l Ad neutrius. Vt suprà eod. §. at ii. Accur.

¶ m Vocabantur. Hoc idem videtur etiam contingere hodie in casu, quē habemus j. hoc §. versi. nostra autem. C. de adop. l. pen. §. sed hoc. Sed dic, quod auus, adoptans tenetur ei relinquere quartā, vt filio arrogato: vt infrà hoc §. versi. nost. a. ibi quemadmodum, &c.

¶ Attende, quia loquuntur in arrogato: non enim redit id casu illo ad successionem patris, naturalis aliquo modo: quia alteri iam est quæsita hæreditas, & quia pater testatus est ritè, nec debet decipi. Syl.

ADDITIO. Sed hanc reprobat gloss. in dicta l. penultim. quia vbi destituitur omni remedio, sibi imputet qui se

qui se emancipari permisit.
¶ a Constitutionem s. prædictam.
¶ b Permansisset. Nunquid ergo non permansit? Resp. imò permansit: vt s. de adopt. §. sed hodie. Sed hoc dicit referendo se ad factũ. q. d. ac si de iure & de facto in eius familia permãsisset.
¶ c Tantũmodo. Nunquid eũ in ius vocabit sine venia? Item nunquid alimẽta tali filio dare tenetur? Resp. nõ, per hanc literã: vt s. de adop. §. sed hodie. P. dicit contra.
¶ Adde quo ad veniã, q tenetur petere: quia nõ potest negari, q ei nõ debeatur reuerentia: & licet nõ sit in potestate, non obstat, patet in matre: sed quo ad alimenta nõ tenetur, patet in versi. tantũmodo. Nec ratio Io. Fab. obstat: q a acquirit naturali patri. Syl.
¶ d Intestato. i. simul cum aliis naturalibus: vt C. de suis & leg. l. si te. non tamen succedit aliis consanguineis sui patris adoptiui: vt C. de adopt. l. penultim. §. sed si quidem. in fin. Accursius.
ADDITIO. Hoc verum de iure nouo: secus de iure antiquo: vt ff. de adopt. l. qui in adoptionem.
¶ e Ab eo. scilicet adoptiuo patre.
¶ f Neque iure ciuili. Quia non est in potestate sua.
¶ g Neque prætorio. Quia non est emancipatus ab eo, vt s. de exhære. lib. in princ. & §. emancipatos. & §. fin.

gentes, constitutionem [a] scripsimus, per quam definimus,* quando parens naturalis filium suum adoptandum alii dederit, integra omnia iura ita seruari, atque si in patris naturalis potestate permansisset[b], nec penitus adoptio fuisset subsecuta: nisi in hoc tantummodo [c] casu: vt possit ab intestato [d] ad patris adoptiui venire successionẽ. Testamento autem ab eo [e] facto, neque iure ciuili [f], neque Prætorio [g] ex hæreditate eius aliquid persequi potest, neque contra tabulas bonorum possessione agnita, neque inofficiosi [h] querela instituta, cùm nec necessitas patri adoptiuo imponatur * vel hæredem eum instituere, vel exhæredatũ eum* facere: vtpote nullo naturali vinculo copulatũ: neque si ex Sabiniano senatusconsulto [i] ex tribus maribus fuerit adoptatus. nam & in huiusmodi casu, neque quarta ei seruatur: neque vlla actio ad eius [k] persecutionem ei competit. Nostra autem constitutione [l] exceptus est is, quem parens [m] naturalis adoptandum susceperit. Vtroque enim iure tã naturali, quam legitimo in hanc personam concurrente, pristina iura tali adoptioni seruamus [n] *: quẽadmodum [o] si paterfamiliàs sese dederit arrogandum: quæ specialiter & sigillatim * ex præfatæ constitutionis tenore possunt colligi.

*ἐκέλευσεν.
*imponitur.
*abest.
*seruauimus.
*singulatim.

¶ h Inofficiosi. s. de inoffi. test. §. tã autem. cõtra. Sol. illa intelligitur secundum distinctionẽ huius §. vt ibi dicit.
¶ i Sabiniano senatusconsulto. Quod non habemus: sed dicebat, q tres iuuenes arrogãti offerebantur, vt vnum eligeret. quo casu magna erat hæc solẽnitas: vnde ex cõstitutione diui Pii quartã ei dabat arrogator, quod hodie non est in vsu: imò idem hoc casu: vt & aliàs, vt hic: & C. de adopt. l. pen. §. quæ autem.
ADDITIO. Alci. lib. Parer. iiij. c. iij. legendum putat, Tribus manibus: quasi tribus mãcipationibus. Non viderat. s. Theophilũ, qui adoptionem ex tribus maribus docet fuisse, quum quis tres filios mares haberet & vnũ ex iis in adoptionem daret.
¶ k Ad eius. s. quartæ.
¶ l Constitutione. Vt C. de adopt. l. pen. §. si verò pater.
¶ m Parẽs. Hoc in infinitũ accipe: vt ff. de gradi. l. iurisconsultus. §. parentes.
¶ Pro intellectu vide Præpos. Senen. in iij. casu quæstio. fin. Syluest.
¶ n Seruamus. Vt siue loco filii, siue nepotis adoptetur, perinde habeatur ac si verè naturalis esset, scilicet filio præcedente nepotem: vt C. de adopti. l. pen. §. quæ in filio.
¶ o Quemadmodum. Quasi dicat: sic transit vt in hoc casu, qui sequitur.
¶ Item vetustas. CASVS. Cornelius

filium habebat: & ex filia mortua nepotem. quo tādem modo illi inter se Cornelio succedent? Filius habebit bessem, id est, octo vncias: nepos ex filia trientem, id est, quatuor vncias. Quid, si Cornelia decesserit, eodem modo filium habens, & ex filia mortua nepotem? perinde est. Sed ecce, Cornelius aut Cornelia decessit, relictis ex vna filia mortua tribus nepotibus: & ex altera itē filia mortua quatuor, quomodo isti quatuor cū illis tribus hæreditatē patientur? vtrū in stirpes, vt quatuor habeāt semissem, tres verò alterum semissem: an in capita, vt quot sunt personæ, tot sint partes æquales? In stirpes. C. Vib.

¶ Not. ꝙ iniuriam naturæ facit, qui plus diligit nepotes ex filio, & descendētes, quàm ex fœmina. Itē, ꝙ appellatiōe nepotum veniunt nepotes tam ex masculis quàm ex fœminis. Itē, quòd, stantibus descēdentibus, nullus transuersalis admittitur. Item, quòd quādo nepotes inter se succedunt; admittuntur in stirpes. Syluest.

¶ *Explosa veteri iniquitate Diusalium constitutionibus statuitur: vt ex filia nepotes, pronepotésue cum reliquis filiis & ex eis descēdētibus ad materni aui successionē æquo iure vocētur: sed cum trientis deminutione: quæ etiam locum obtinēt, cùm nepotes vnà cum filiis aut filiabus superstitibus auiæ succedunt.*

¶ Itē vetustas [a] ex masculis progenitos plus diligēs solos [b] nepotes vel neptes, qui quæve ex virili sexu descendunt ad suorū vocabat successionē: & iure adgnatorum eos anteponebat [c]: nepotes aūt, qui ex filiabus nati sunt, & pronepotes ex neptibus, cognatorum loco connumerās, post adgnatorum lineam eos vocabat [d], tam in aui, vel proaui materni [e], quàm in auiæ vel proauiæ, siue paternæ, siue maternæ [f] successionem. Diui autē principes [g] nō sunt passi talem contra naturā iniuriam sine cōpetenti emendatione relinquere: sed cū nepotis, & pronepotis nomen commune sit vtrisque, tam qui ex masculis, quàm qui * ex fœminis descendunt: ideo eundem gradū, & ordinem successionis eis donauerūt [h]. Sed vt amplius aliquid sit eis, qui nō solùm naturæ, sed etiam veteris iuris [i] suffragiis * muniuntur [k]: portionem nepotum, vel neptum, vel deinceps (de quibus suprà diximus [l]) paulò [m] minuendā esse existimauerūt [n]: vt minus tertia parte exciperent, quam mater eorum, vel auia fuerat acceptura, vel pater eorum, vel auus paternus, siue maternus, quando fœmina mortua sit [o], cu-

¶ b Solos. In hoc malè.
¶ c Anteponebat. In hoc bene.
¶ d Vocabat. s. vetustas non ciuilis iuris auctoritas: vt suprà, sed prætorii: vt infrà tit. primo. §. sed quia.
¶ e Materni. s. moriēte masculo, de cuius bonis agitur: vt ȷ̃. §. proxi.
¶ f Maternæ. s. moriente fœmina: vt ȷ̃. proxi. §. Accur.
¶ g Diui autem principes. Vt C. de suis, & legi. l. si defunctus. & C. de coll. l. illā. circa princ.
¶ h Donauerūt. s. principes: sed non idem commodum: vt sequitur.
¶ i Veteris iuris. i. l. xij. tab.
¶ k Muniuntur. Nota duas rationes vincere vnam: vt s̃. de adopt. §. sed hodie. in fin. §.
¶ l Diximus. s. nullo modo, nisi in tertio ordine succedere: vt s̃. prox. §.
¶ m Paulò. Nota parum de tertia parte totius rei dici. sic in auth. de exhi. & intro. re. §. sancimus. in gl. nullum.

ADDITIO. Quod facit ad multa. imò tu dic, ꝙ hoc relinquitur arbitrio iudicis. l. hæc adiectio. ff. de verbor. signi. & l. cum furti. ff. de in lit. iur.

* abest.

* suffragio.

¶ a Item vetustas. Correximus ius antiquum circa liberos primi gradus naturales, siue adoptiuos: nunc circa vlteriores.

¶ n Existimauerunt. s. principes.
¶ o Mortua sit. Not. duos casus. Si enim moritur fœmina, nepotes vel neptes ex masculis vel fœminis in nihi-

in nihilum olim, nisi post agnatos: hodie cum deminutione tertiæ partis succedũt. Si moritur masculus, nepotes ex filia tantùm vocantur cum deminutione tertiæ partis, vt hic dicitur.

*Vide Vet. iurisprud. Prateii l. 33.

¶ a Iisque. s. qui descendunt ex fœmineo sexu.

¶ b Vocat. s. eo. §. cũ filius. Accur.

¶ c Partis tertiæ deminutione. Quod de hac deminutione tertiæ dicitur, corrigitur per sequentem §. secundum M. sed non secundum B. dicimus sequentem §. loqui in quadam alia parte, quæ debebatur agnatis. s. quartæ: nõ autem de hac tertia: sed per authent. dicimus de hac tertia correctum, s. vt æqualitate hodie veniant: vt in authen. de trien. & semiss. §. neque illo.

*l. 4. C. Th. de legit. hæred. & l. seq.

¶ d Constitutionis. Quã non habemus, vt sequitur.

¶ e Constitutione. Vt C. de suis, & legi. l. fi.

¶ f Transuersa linea. Sic in auth. de non elig. §. cùm igitur. circa fin.

¶ g Iis. s. nepotibus, & pronepotibus ex filia.

ius de hæreditate agitur iisque[a] (licet soli sint) adeuntibus, adgnatos minimè vocabant. Et quemadmodũ lex duodecim Tabularũ*, filio mortuo, nepotes vel neptes, pronepotes vel proneptes in locum patris sui ad successionẽ aui sui vocat[b]: ita & principalis dispositio in locũ matris suæ, vel auiæ eos cum iam designata partis tertiæ deminutione[c] vocat. Sed nos, cùm adhuc dubitatio maneret inter adgnatos, & memoratos nepotes: quartam partẽ substantiæ defuncti agnatis sibi vindicãtibus ex cuiusdam cõstitutionis[d] auctoritate: memoratã quidem constitutionem à nostro Codice segregauimus, neque inseri eam ex Theodosiano * Codice in eo cõcessimus. nostra autem cõstitutione[e] promulgata, toti iuri eius derogatũ est. & sanximus, talibus nepotibus ex filia, vel pronepotibus ex nepte, & deinceps superstitibus, adgnatos nullam partẽ mortui successionis sibi vendicare: ne iis qui ex transuersa linea[f] veniunt, potiores iis[g] habeantur, qui recto iure descendũt. Quam cõstitutionem nostram obtinere secundum sui vigorem & tempora[h] & tunc sancimus: ita tamen[i], vt quẽadmodum inter filios, & nepotes ex filio antiquitas statuit[k] nõ in capita, sed in stirpes diuidi hæreditatem: similiter nos inter filios, & nepotes ex filia distributionem fieri iubemus: vel inter omnes * nepotes, & neptes, & inter pronepotes, & proneptes, & alia deinceps personas, vt vtraque progenies, matris vel patris, auiæ vel aui, portionem sine vlla deminutione[l] consequatur, vt si fortè vnus, vel duo ex vna parte, ex altera, tres, aut quatuor extent: vnus aut duo dimidiam, alteri tres, aut quatuor alteram dimidiam hæreditatis habeant[m].

*abest.

¶ h Et tẽpora. Vt in futuris casibus tantum valeãt: vt C. de suis, & legiti. l. vlti. Accursius.

¶ i Ita tamen. Hoc quod sequitur est referendũ s. ad versic. diui. non ad proximum.

¶ k Antiquitas statuit. suprà eodem. §. cum filius.

¶ l Diminutione. s. quartæ. quę debebatur agnatis: nõ tertię, quę debebatur patruis: vt s. prox. §. diximus.

¶ m Habeant. Imò in capita videtur diuidi. vt j. ti. j. §. hoc etiã addendũ: in fi. Sed ibi de collateralibus: hîc de descendentibus loquitur.

ADDITIO. Not. ꝙ non tantùm nepotes, sed & pronepotes succedunt in stirpes. & veniũt per repræsentationẽ, cuius contrarium videtur dici in auth. de hęr. ab inte. ve. §. huiusmodi. Ang.

TITV. II.

DE LEGITIMA adgnatorum succeßione.

DE LEGITIMA adgnatorum succeßione.

¶ Quia. s. titu. prox. dictũ est qualiter suc-

cedant sui heredes, siue liberi: & quia post suos vocãtur prius agnati, quàm cognati: vt ĩ. eo. §. fi. & l. j. §. post suos. ff. de suis & leg.: ideo post titulũ præcedentem posuit istum. Ang. Aret.

legare librũ. Item, q̃s sit frater consanguineus, Itẽ, q̃d qualitas adiũcta verbo, debet determinari secũdũ tẽp° verbi. Item, quòd inter naturalẽ, & adoptiuum est agnatio. Syl.

SI nemo su°. Totus iste tit. diuiditur in vij. partes. Primò, quãdo admittitur agnatus. Secũdò, q̃s est agnat°. Tertiò, vsq; ad quotũ gradũ agnati veniũ, & vsq; ad quotas personas fœminę deuoluantur tam de iure vetustissimo, & de iure Prætoris: quàm etiam media iuris prudentia. l. xij. Tabu. & tẽpore Iustiniani. Quartò: q̃ generi agnatorũ Imperator addit vnum cognatũ. Quintò, quòd l. xij. Tabula. proximus agnatus vocatur: & quis dicatur proximus. Sexto, q̃ ex l. xij. Tabul. proximo repudiante sequens non admitteba tur, hodie verò sic. Septimò, q̃ filii emancipati hæræditas est legitima patri. Secunda ibi, Sunt autem. Tertia. ibi, Cæterùm. Quarta ibi, Hoc etiam addendum. Quinta ibi, Si plures sint. Sexta ibi, Placebat. Septima ibi, Ad legitimam.

*Ex Epit. Vlp. tit. 26.

* succes sionem.

¶ Thémata ad singulos §§. vsq; ad titulũ de bonorum possessione cõsultò omisimus: quoniã neq; in vetustis exẽplaribus reperiuntur: neque etiã commodè pręscribi possunt. Cor. Vib.

¶ Not. q̃ prima causa successionis est suorũ, qualitercunque sit seruus. Itẽ, quòd deficientibus descendẽtibus ex l. xij. Tabul. vocantur priores agnati. Item, qui sint agnati. Itẽ, q̃ sufficit al-

¶ *Post suos hæredes, eosque qui eorum loco habẽtur, agnatis proximis (id est, per virilis sexus cognationem iũctis.) successio defertur: in quorum etiam albo sunt, qui ciuiliter (hoc est per adoptionẽ) fiũt agnati. etiam ex adoptio [illegible]*

SI *nemo[a] suus[b] hæres, vel eorum quos inter suos hæredes Prætor[c] vel constitutiones[d] vocant, existat[e], qui* successionẽ[f] quoquo modo[g] amplectatur: tunc ex lege duodecim Tabularum ad agnatum[h] proximum[i] pertinet hæreditas.

¶ *Agnati sunt illi, qui ex linea masculina descendunt, vel*

¶ Sunt autem adgnati[k] (vt primo quoque libro[l] tradidimus) cognati per virilis sexus personas cognatione[m] coniuncti, quasi à patre connati *. Itaque ex * eodem patre nati fratres, adgnati sibi sunt: qui & consanguinei[n] vocantur, nec requiritur, an etiã * eandem matrem habuerint. Item patruus fratris filio, & inuicem[o] is illi adgnatus est. Eodem numero sunt fratres patrueles, id est, qui ex duobus fratribus procreati sunt: qui etiam * consobrini[p]

*cognati. *abest.

*ii quoque.

*καλῦν χρησιν χεσ.

¶ a Si nemo. Etiã vnus: vt ff. de testa. tut. l. si nemo.
¶ b Suus. s̃. tit. j. §. j.
¶ c Prætor. s̃. tit. j. §. emancipati.
¶ d Cõstitutiones. s̃. titu. j. §. quib° cõnumerari & §. Itẽ vetustas. ver. diui.
¶ e Existat. dico & amplectatur: nã hæc duo necessaria sũt.
¶ f Successionem. defuncti.
¶ g Quoquo modo. s. ciuili, vel pretorio iure.
¶ h Agnatũ. Capite nõ minutũ: vt ff. de suis, & legi. hęr. l. capitis.
¶ i Proximũ. i. qui proximior est defuncto. ĩ. eo. §. plures. & §. proximus.
¶ k Sũt autẽ agnati. Sic ff. de legit. tut. l. sunt autem. Accur.
¶ l Libro. vt s̃. de le. ag. tu. §. sunt autem.

¶ m Cognatiõe. Cognatio est gen°, agnatio species: vnde quisquis est agnat°, is & cognatus est: sed nõ cõuertitur.
¶ n Consanguinei. Quasi ex eodem sanguine nati: cæteri agnati non dicuntur consanguinei: vt ff. de suis, & leg. l. ij. & ĩ. de suc. co. §. vulgo.
¶ Vterini enim non dicuntur cõsanguinei. l. post. cõsanguineos. in princ. ff. de suis, & legit. declar. Bartol. & Aret. l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acqui. hære. Syl.
¶ o Inuicem. s. filius fratris patrono
¶ p Etiam consobrini. Impropriè: vt ĩ. de gradib. cogna. §. iiij.

¶ a Iure

¶ a Iura consanguinitatis. s. ad suos fratres prius natos: ad reliquos verò agnatos agnationis tãtùm ius acquiritur vt s̃. proxi. diximus. Et est verũ hoc, si viuẽte eo, de cuius hæreditate agit, cóceptisal tem erant: vt ff. de suis & legit. hær. l. Titi⁹. ibi, respóde. & ff. vnde co. l. j. §. si q̃s proximior.

ADDITIO. Aliàs ex persona sua non succedit sed bene ex persona patris. Angel.

¶ b Non tamẽ. Quanuis agnati vocẽtur, ad hereditatem, non tamen, &c.

ADDITIO. Et sic not. secũdũ. Ange. Dispositionẽ absolutã debere intelligi secũdũ ordinis prærogatiuã. Quod facit ad eũ, q̃ accepit in emphyteusin: vel cui legatur aliquid ꝑ se, & filiis suis, vt videanť esse vocati secundũ ordinem charitatis.

*Proximiore.

*propriè.

*abest.

¶ c Dat lex. s. duodecim Tabularum.

¶ d Sed iis. Et omnibus iis: vt infrà eod. §. si plures.

¶ e Certum. Quòd est etiam, scilicet, facto testamẽto, quod euanuit: quod dic, vt infrà §. proxi.

¶ f Per adoptionem quoque. Quasi dicat, non solùm iure naturali constituitur agnatio, sed etiã ciuili, vt per adoptionem. s. quamlibet iure isto: vt ff. de adopt. l. j. & s̃. de adopt. in princ. sed hodie per eam tantùm, ex qua transit in potestatẽ arrogatoris: vt s̃. eod. tit. j. §. sed ea omnia. ver. nostra autem. sed tamen licet non fiat agnatus. s. hodie; quia non transit in potestatem extranei arrogantis: succedit tamen ab intestato patri tãtùm, non aliis patris agnatis: vt C. de adoptio. l. penult. §. sed ne articulum. versicu. sed si quidem.

¶ g Naturales. Et legitimos. & nõ tantum emãcipatos: vt ff. de gradibus affini. l. si filium.

vocantur, Qua ratione etiã ad plures adgnatiõis gradus peruenire poterimus. Ii etiam, qui post mortẽ patris nascuntur iura consanguinitatis [a] nãciscũtur. Nõ tamen [b] omnibus simul agnatis dat lex [c] hæreditatem: sed iis [d] qui tũc proximio res* gradu sunt, cùm certum [e] esse cœperit, aliquem intestatum decessisse. Per adoptionẽ quoque [f] agnationis ius cõsistit: veluti inter filios naturales [g], & eos quos pater eorũ adoptauit. Nec dubium est quin hi impropriè* cõsanguinei appellẽtur. Itẽ si quis [h] ex cæteris agnatis tuis*, veluti frater, aut patruus, aut denique is q̃ longiore gradu est, adoptauerit aliquẽ: agnatus* inter suos esse [i] non dubitatur

¶ *Iuris veteris in succedendi ratione inter virilis, ac fœminei sexus agnatas personas, in æquabilitate reiecta, hodi [illegible] fœminæ ab i[illegible] [illegible] be[illegible].*

¶ Cæterùm [k] inter masculos quidem agnationis iure hæreditas, etiã si longissimo [l] gradu sit, vltro citróque capitur. Quod ad fœminas [m] verò attinet: ita placebat [n], vt ipsæ cõsangui-

¶ h Itẽ si quis. Non solùm pater de quo dictum est.

¶ i Inter suos esse. i. agnascitur aliis agnatis adoptantis, & eis cognatus fit: vt ff. de adoptio. l. qui in adoptionem.

*Alias agnato.

ADDITIO. Aem. Fer. legit agnatos ex velib. quasi dicat, Agnatus est inter alios agnatos. Hotoman* existimabat nõ esse dubitandũ, quin pro Suos, legẽdum esset, Tuos, siue Agnatus legať, siue Agnatos. Idque & loci hui* probare sentẽtiam, vt paulò ante, Agnatis tuis: & Theophili versionẽ planè ostendere.

¶ Ceterũ. Not. bonã simplicitatẽ legibus esse amicam. Itẽ quis dicatur germanus. Alia notab. ex te ipso facilè colliges. Syluest.

¶ k Cæterùm. id est, certè. vel aliter; lex quidẽ xij. Tabul. deferebať hæreditatem agnatis proximis, sed media iuris prudentia cum distinctione: & ideo hîc dicit cæterum, pro sed.

¶ l Longissimo. id est, decimo: vt infrà de suc. co. §. fin.

¶ m Fœminas. Agnatas.

¶ n Ita placebat. Nota. cautè dicit placebat, & non placet: vt j. §. nos verò. & hoc erat per mediam iuris prudentiam, non per l. duodecim Tabul. neque per Prætorẽ: vt j. eo. §. & hoc quidem. & §. media.

nitatis iure [a] tantùm capiāt hæreditatē, si sorores sint: vlterius nō capiāt. masculi autem ad earū [b] hæreditates (etiā si longissimo gradu sint) admittantùr. Qua de causa fratris tui, aut patrui tui filiæ, vel amitæ tuæ hæreditas ad te pertinebat: tua [c] verò ad illas non pertinebat. Quod ideo ita constitutum erat: quia commodius videbatur, ita iura constitui: vt plerunque [d] hæreditates ad masculos [e] confluerent. Sed quia sanè iniquum erat, in vniuersum eas [f], quasi extraneas repelli: Prætor eas ad bonorum possessionē admittit ea parte, qua proximitatis [g] nomine bonorum possessionem pollicetur, ex qua parte ita, scilicet, admittūtur, si neque adgnatus vllus, neque proximior cognatus interueniat [h]. Et hæc quidē [i] lex duodecim Tabularum nullo modo introduxit, sed simplicitatē [k]* legibus amicā amplexa simili modo omnes adgnatos, siue masculos siue fœminas cuiuscunque gradus ad similitudinē suorum inuicē ad successionē vocabat. Media autem iuris prudētia, quæ erat quidē lege duodecim tabularum iunior [l], imperiali autē dispositione anterior [m]*, subtilitate quadā excogitata, præfatam [n] differentiā inducebat, & penitus eas [o] à successione adgnatorum repellebat, omni [p] alia successione incognita: donec Prætores paulatim asperitatē iuris ciuilis [q] corrigentes, siue quod deerat implentes, humano proposito aliū ordinem suis edictis addiderūt: & cognationis linea proximitatis nomine introducta, per bonorū possessionem eas adiuuabant, & pollicebantur his [r] bonorum possessionem, quæ Vnde cognati [s] appellatur. Nos verò [t] legem duodecim Tabularum sequentes, & eius vestigia hac in parte cōseruātes, laudamus [u]* quidem Prætores suæ humanitatis: non tamen eos in plenum huic* causæ [x] mederi inuenim⁹, Quare etenim [y]

¶ a Consanguinitatis. i. agnationis.
¶ b Earum .s. fœminarum.
¶ c Tua scilicet hæreditas.
¶ d Plerunque. Hoc ꝓpter cōsanguineas sorores, de quib⁹ modò dixit.

ADDITIO. Et hinc sumitur ratio statutorū cōmuniter ꝑ Italiā, ꝙ, stātibus masculis, fœminæ nō succedāt: q̃a statuta ex ꝑte masculorum sūt fauorabilia: ex parte fœminarum odiosa: vt hîc per Ang.

¶ e Ad masculos. Sic s̃. tit. j. §. itē vetustas.
¶ f Eas. i. agnatas fœminas.
¶ g Proximitatis. i. cognationis.
¶ h Interueniat. Nec aliq̃s suorū: vt s̃. tit. j. §. admonendi. in fi. §.
¶ i Et hæc quidē. Quæ. s. in §. ceterū. & §. sed quia. dicta sūt.
¶ k Sed simplicitatem: Remota differentia agnatorū: inter masculos, & fœminas. sic s̃. de fideicōmiss. hęred. §. sed quia.
¶ l Iunior. Et sic no. ꝙ lex xij. Tab. est vetustior, q̃ media iuris prudētia: & q̃ ius prętoriū.
¶ m Anterior. i. constitutione anteriori j̃. scripta, quę est C. de legit. hær. l. lege xij. Tabu. Accur.
¶ n Præfatā. s. dictā. s̃. eodem. §. cæterum.
¶ o Eas. agnatas fœminas, nisi sorores.
¶ p Omni. Nam ordo cognatorū non erat adhuc. Vel dic, etiā deficiētibus agnatis, ipsi tamē nō vocabāt.
¶ q Iuris ciuilis. id est medię iuris prudētiæ, quod. s. ius ciuile dicitur, vt ff. de origi. iur. l. ij. §. hæc disputatio. Accur.
¶ r His s. mulierib⁹ agnatis vltra sorores.
¶ s Vnde cognati. Sic dicta: quia per eam cognati vocantur. Accur.
¶ t Nos verò. Hîc Iustinianus loquitur.
¶ u Laudamus quidem Prætores. Not. quòd ille est laudandus, qui est inuentor alicuius ordinationis, siue dispositionis, licet non æquè perfectè adinuenerit. quia facile est adinuentis addere, vt l. j. C. de veter. iur. enucle. §. omnia enim nostra. Ang. Aretinus.
¶ x Huic causæ. i. expulsioni agnatorum.
¶ y Quare etenim

*Simplicitas legibus amica.

*antiquior.

*Aur. Augu. lib 2. Emen. ca. 3.

*abesse

enim. Bene dico fore prouidendum agnatis fœminis: quare etenim.

¶ a Titulis. id est, nominibus. Accur.

¶ b Constitutis. id est, ordinatis.

¶ c Dabatur. id est, concedebatur.

du remptiores.

¶ o Tanquam. Not. ex hoc text. quòd isti impropriè sunt agnati, & ideo nō cópræhenderentur in statutis loquentibus de agnatis. Ang.

Ista glo. non est Accur.

vno eodémq; gradu naturali concurrente, & adgnationis titulis [a], tam in masculis, quàm in fœminis æqua lance cōstitutis [b]: masculis quidem dabatur [c], ad successionem venire omniū adgnatorum: ex adgnatis autem mulierib9 nullì penitus, nisi soli sorori, ad adgnatorum successionem patebat aditus [d]. Ideo nos* in plenum omnia reducētes, & ad ius duodecim Tabularū eandem dispositionem exæquātes* nostra constitutione [e] sancimus*, omnes legitimas personas, id est per virilem sexum descendentes (siue masculini generis, siue fœminini sint) simili modo [f] ad iura successionis legitimæ ab intestato vocari, secūdum sui gradus prærogatiuam. nec ideo excludendas: quia cōsanguinitatis [g] iura sicut germanæ, non habent.

*abest.

*exequātes.

*sancimus.

¶ *Vterinæ vel consanguineæ sororis filii filiæue ad auunculi successionem vnà cum filiis fratrum defuncti (non etiam cum ipsis fratribus) hoc iure admittuntur, in capita scilicet, nō in stirpes.*

¶ Hoc * etiam addendū nostræ constitutioni existimauimus [h], vt transferatur vnus tantummodo [i] gradus à iure cognationis in legitimam [k] successionem: vt non solum fratris filius, & filia (secundum quod iam definiuimus) ad successionem patrui sui vocentur: sed etiā germanæ [l] consanguineæ, vel sororis vterinæ [m] filius & filia soli, & non deinceps [n] personæ vnà cum his ad iura auunculi sui perueniant: & mortuo eo, qui patruus quidem est sui fratris filius, auunculus autem sororis suæ soboli: simili modo ab vtroque latere succedant, tanquā [o] si omnes ex masculis descendentes, legitimo iure veniant: scilicet, vbi frater & soror superstites [p] nō sunt. His etenim perso-

*Hæc Th.

¶ d Aditus. Certè non erat ratio iusta vel sufficiens, licet aliqua sit: vt suprà eod. §. ceterum. in fin.

¶ e Cōstitutione. Vt C. de leg. hære. l. lege xij. Tab. Accurs.

¶ f Simili modo. i. hinc inde: vel dic, ita fœminę, vt mares.

¶ g Consanguinitatis. id est, licet, non sint sorores, quæ germanæ vocátur, quasi ex eodem germine natæ.

¶ h Existimauimus. Vt ff. de legit. hære. l. lege xij. Tab. §. j. & §. in his.

¶ i Tantum modo. id est, non vlterior, proximior tamen sic, vt ipse sorores, vel fratres vterini, vel vterínæ, vt sequitur. C. de legib. hæred. l. fina. §. sed neque.

¶ k In legitimam. scilicet agnatorum. Accursius.

¶ l Germanę. id est, natæ ex eodem patre, & matre cum defuncto.

¶ m Vterinæ. id est, natæ ex eadē matre tantùm.

¶ n Deinceps. id est, vlteriores, siue in gra-

¶ p Superstites. Hoc corrigitur per auth. cessante. C. de legitimis hæredibus. quia cum his admittuntur. Item & in alio, quod subiicitur hîc. §. corrigitur: quia in stirpes sit diuisio hodie, sed post hos filios fratrum fit diuisio in capita, vt in auth. de hæredi. quæ ab intesta. §. si igitur defunctus neq;. & in authent. vt fratr. filii. §. j. vel dic, quod dicitur in auth. in stirpes diuidi, verum est, quando cum aliis, scilicet, patruis vocantur nepotes: aliàs in capita: vt hîc.

Filii fratris succedunt cum patruo: & in stirpes fit diuisio.

¶ Dic, quòd in hoc articulo variæ fuerunt doctor. sententiæ, an, scilicet, quā do filii plurium fratrum succedūt patruo, succedant in stirpes, vel in capita. Ioā. Fab. hic dicit communem opinionē esse, quòd inter filios fratrū hęreditas in stirpes diuidatur, inter cæteros vlterioris gradus in capita. Bald. verò dicit hîc opinionem communem es-

se glos.hîc. Tu verò tene opinionem glos.& defende vt per Præpos. Senen. in vij.cap.quæstio.vj.per totum: & ego aliàs disputaui hanc conclusionem. Syluest.

¶ a In capita. suprà titu.j.in fin. contra. Solut. ibi de descendentibus loquitur, hîc de collateralib⁹. Acc.

¶ d Eodem modo.scilicet,adiecta persona.

¶ e Per aures. Vnde Horatius in arte Poetica:

*narrationem. Segnius irritãt animos demissa per aures, Quàm quæ sunt occulis subiecta fidelibus. Certior aure arbiter est oculus: & vt ait Cãdaules in Herodoto, magis incredulæ sunt hominibus aures quàm occuli. Aegid. Perr.

¶ a Adipisci. Vnde quidam habent hîc Arborem. Accur.

catione * graduū, eos etiam præsenti libro inscribi quatenus possint & auribus, & occulorum iuspectione adolescentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci.

ADDITIO. Et in rei veritate debet esse, cùm tex. & glo. illā requirāt.

COGNATIONIS SPIRITVALIS STVDIOSIS QVIbuscunque præsertim Ecclesiasticis, apta & vtilis materia.

CHristophorus Porcus iuris vtriusque professor acutissimus, quia difficultates aliquas circa cognationis spiritualis materiam hîc luculenter tractauit: eius mentem, verbis non mutatis, referre non erit absonum, neque à proposito alienum: quæ verba talia sunt.

¶ Quæritur, an ratione cognationis spiritualis matrimonium impediatur? Circa quem articulum dicite breuiter, quòd inter compatrem, & cōmatrem impeditur matrimonium: ac etiam inter patrem spiritualem, & filiam susceptam ex sacro fonte. & hoc, si ita cognatio spiritualis fuerit causata siue per sanctum baptisma, siue per sanctum chrisma. xxx. q. iiii. can. si quis vnus*.

*alias incip. si quis ex vno.

¶ Addite prædictis, quòd si maritus, & vxor tenuerint aliquem vel aliquā ad baptismū vel chrisma, quilibet eorū efficitur compater, vel cōmater. d. can. si quis vnus, & hoc verum, quando tēpore cognationis spiritualis contractæ constabat inter eos matrimoniū: secus, si ex postfacto fuerit contractum. cap. Martinus Bertā. extrà, de cognat. spiritua. cum sua glos. in verb. cum quo. E contra autem, tenueris ad sacrum chrisma, vel sanctum baptisma filium, vel filiam meam ex alia muliere, quàm vxore, non efficitur tibi commater. cap. qui spiritualem. xxx. quæstio. iiii. Ratio, quia in cōtrahēda cognatione spirituali, maritus & vxor copulant sibi actiones spirituales, & non passiones. Quod igitur agit vnus coniugum, intelligitur alius agere: quia effecti sunt duo in carne vna. d. c. si quis. in fin.

¶ Sed

¶ Sed quid, si fornicator teneat aliquem ad sacrum baptisma, an concubina efficiatur commater? Videtur quòd sic. Nam sicut vxor hoc casu ideo efficitur commater: quia est eadem caro cum marito. d.can. si quis vnus. ita de concubina: quia qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea.xxxii.quæst. iiii. ca.in eo. Alii ibi tenuerunt contrarium, quorum sententia magis placet:quia absurdè dictum videretur,quòd spiritualitas super re improbata causaretur: ex vtraque scriptura, & hominum opinione. Non obstat,quòd concubina,& fornicator dicantur duo in carne vna: quia illa verba exponuntur, id est duo conueniunt in eodem opere carnali. & ita exponit glos.in d.can.in eo.in verb.erunt. Sed an vxore mea mortua, potero mihi copulare eam, quæ fuit sibi commater ante matrimonium? Dicite quòd sic.ca.post vxoris obitum xxx.q.iiii. Sed quid de filiis duorum compatrum, an poterunt simul matrimonio copulari? Dicite, quòd sic,siue nati fuerint ante compaternitatem, siue post, dummodò matrimonium non contrahatur cum eo, vel cum ea, per quorum alterum deuentũ fuit ad compaternitatem. cano. i. & can. super eo. extrà de cogna. spiritu. Hactenus Christophorus Porcus iuris vtriusque doctor acutissimus.

Nota pro ampliori, & faciliori intelligentia huius materiæ, quòd cognatio spiritualis, quæ impedit matrimonium contrahendum,& dirimit post contractum,oritur ex datione duorum sacramentorum duntaxat: quæ sunt baptismus, & confirmatio: non autem ex aliorum datione, seu ministratione.patet in cap.fina. de cognat.spirit.libr.vi. Ratio est, quia in baptismo renascimur: chrismatio autem frontis ipsum confirmat. quod non est in aliis sacramentis. Io.Andr. in d.cap.fina.

¶ Nota vlterius, quòd ex hac cognatione xx.sunt casus prohibiti, scilicet, x.ratione baptismi,& x.ratione confirmationis. ratione enim baptismi contrahitur cognatio spiritualis impediens, & dirimens matrimonium,vt dictum est.

Primò inter has personas.

Baptizatum,& baptizantem:

Baptizatum, & vxorem baptizantis prius cognitam:

Baptizatum, & filios baptizantis,

Parentes baptizati, & ba-

ptizantem:

Parentes baptizati, & uxorem baptizantis priùs cognitam.

¶ Secundò inter has personas, videlicet, inter

Baptizatum, & suscipientem,

Baptizatum, & uxorem suscipientis priùs cognitam:

Baptizatum, & filios suscipientis.

Parentes baptizati, & suscipientem:

Parentes baptizati, & uxorem suscipientis, priùs cognitam.

¶ Ecce decem casus prohibiti ratione baptismi. Totidem in confirmatione reperies: in qua sunt confirmatus, confirmans, & tenens ante confirmationem, qui, scilicet, ponit fasciolam suprà frontem post cõfirmationem episcopalem. De hoc vide text. cum glos. in cap. i. de cognat. spirit. libr. vi. ista clarissime referantur per carmina sequentia.

Spiritualis ab his cognatio fit sacramentis:
Quæ sunt baptismus, ac confirmatio frontis.
Personásque decem connectit quodlibet horum:
Baptizans, huius uxor, si cognita primò:
Ac eius nati sunt abluto sociati:
Cum consorte tori baptizãs atque parentes.
Fonte sacro loti, sunt tali fune ligati.
Baptizans, & suscipiens hîc æquiparantur,
In confirmato totidem reperire licebit.

NOTA

NOTA DILIGENTER QVAE [illegible] *rimant.*

QVæritur ad propositum materiæ præsentis de quæstione quotidiana, & apud vulgares satis dubia: Pone, quòd duo, vel plures tenent aliquem in baptismo, nunquid isti inter se efficiuntur compatres? Innocentius (& bene) dicit, quòd non. Vnde possunt adinuicem contrahere matrimonium. Nam quemadmodũ compatres carnales, vt concubinarius, & concubina, non prohibentur matrimonium contrahere: vt in c. tanta. extrà, qui filii sint legitimi, ita & isti, qui sunt compatres spirituales, respectu baptizati, nõ debent prohiberi contrahere matrimonium. Et pro hoc facit text. & ibi glo. in c. fi. xxx. quæstio. iiii. vbi dicitur, quòd maritus, & vxor non debent aliquem simul de sacro fonte leuare, ne infamẽtur de facto. nam vulgares existimãt illos esse compatres. Hæc sunt verba Abb. Sicul. in c. Martinus. vers. vlteriùs quæro. extra, de cog. spiritua. De hoc in summula pauperum.

vnde versus,

Masculus & mulier puerum de fonte leuantes
Legitimè iungi poterunt: nec sunt prohibendi.

¶ Quæritur vlterius: Pone, quòd tenui aliquam puellam in baptismo: volo contrahere cum eius sorore, an possim? Dicendum quòd sic. pater enim spiritualis si copuletur sorori filiæ spiritualis, bene tenet matrimonium. xxx. quęst. iii. cap. vlt.

vnde versus,

Duco meæ natæ germanam spiritualis.

¶ Quæritur insuper: Pone, ꝙ filius meus tenuit in sacris fontibus puellam, volo cum illa puella, postquam ad annos nubiles peruenit, contrahere: an liceat? Dic quòd sic, Potest enim pater sumere filiã spiritualem filii sui carnalis: quia licet cognatio spiritualis de patre ad filios descendat: vt c. i. & c. super eo, extrà, de cogn. spirit. non tamen ascendit de filiis ad patrem, cùm iure cautum non reperiatur: & edictum de matrimonio prohibitorium est: adeò, quòd cuilibet licet contrahere, nisi expressè prohibeatur. c. cùm apud. extrà de sponsa. & matrimo. Hoc no-

tas Ioannes Teuthonicus glo. Decreto.in ca. fi.xxx.quæstio. iii. Hoc idem recitat & approbat Ioan.Andr.in cap.i.de cognat.ſpiritual.libr.vi.

vnde verſus,

Eſſe mei nati coniunx, mihi ſpiritualis
Filia legitimè poterit, nec iure vetatur.
Deſcendunt, & non aſcendunt talia vincla.

¶Multo plura de huiuſmodi materia poſſent adduci: ſed pro nunc hæc ſufficiant. Si tamen vis videre, an per procuratorem talis cognatio ſpiritualis poſsit contrahi, recurras ad Bart.in l.Gallus. §.forſitan. ff.de lib.& poſth.ad Ang.Aret. in §.illud. in inſtit. de nupt. ad Ioan.Andr. in regula, Poteſt quis per alium.de regul.iur.in vi.& ad Panor. in cap.veniens. extrà,de cogna.ſpiritua.Deciſionem tamen communem & magis approbatam potes notare per verſus ſequentes: in quibus patet, quòd licet matrimoniũ per procuratorem poſsit contrahi. c.fina.de procurat. libr. vi. non tamen cognatio ſpiritualis.

vnde verſus,

Procurator habet nodos vincire iugales:
Non tamen hos nexus domino dat ſpirituales.

DEO GRATIAS.

[illegible]

Cognatio, est cohærentia quædam personarũ, quæ per generationem contracta ex eodem sanguine constat, cuius communione altera alteri coniuncta est. Etsi autem generatio suapte natura semper deorsum vergit: tamen sciendum est, aliam esse superiorem, & aliam inferiorem: siue (vt clarius & simplicius dicam) aliam generantem, & aliam generatã. Atque ideo cognationem non tantùm in descẽdendo, sed etiam in ascendendo considerari: vtpote quæ tum ex superiori, tũ ex inferiori generatione contrahatur. Quinimò, non tantùm ex generatione, sed etiã ex cõmunione sanguinis per generationem: quoties idem & quasi commune nascendi initium diuersis personis pariter contigit. Ex quo illa continentia efficitur personarum, quæ vndique, hoc est, tum ex continuitate, tum ex copulatione, in medium quiddam, tanquam vmbilicum collecta & concreta, vocatur Cognatio. Nimirum hoc ipsum est, quod vulgò dicimus, Cognationem generale nomen esse, & compræhendere Parentes, Liberos, & Propinquos. Sunt enim parentes, qui suprà collocati, nos genuerunt. Liberi, qui infrà constituti, à nobis geniti sunt. Propinqui autem, qui neque nos genuerunt, neque à nobis geniti sunt, sed idem ortus generationísque initium habuere, vnde simul nobiscum descenderunt, cùm à dextra, tum à sinistra parte constituti. Quos ideo Iurisconsulti Græco nomine συγγενεῖ appellant*. Cùm autem hæc omnia relatiua sint, necesse est monstrari eum, ad quem referuntur. Ideo nos in describenda cognatione Hypotheticũ appinximus, quem illi Latinè vocant, Eum de cuius cognatione quęritur. Eumque in medio collocauimus, hoc est inferiorem parentibus, superiorem liberis, propinquum iis, qui à dextra & sinistra sunt. Ita enim distinguenda esse Schemata testatur Paulus*. Quæ nos, quò facilius priores à posterioribus discernerentur, in modũ graduum descripsimus, per quos quasi per scalas, locosve procliues, sic incederemus, vt à proximo in proximum, hoc est, in eum, qui quasi ex eo nascitur transiremus, iuxta id, quod ab eodem traditum

* L. nõ facile. & l. vl. de gradibus.

* L. vlt. eiusdẽ tracta.

d.l.vlti. §. gradus est*. Itaque si de parentum vel liberorum gradibus quæritur, sanè is, cuius de parentibus, vel liberis agitur, in medio statuendus est, & in graduum computatione hanc regulam in vniuersum obseruare debet. Quoties quæritur *quãto in Pãd. Flo. quoto* gradu quæque persona sit, ab eo incipiendum est, de cuius cognatione quæritur. Et si ex superioribus, vel inferioribus gradibus est, recta linea sursum versum, vel deorsum tendendo, facile inueniemus gradus, si per singulos gradus proximũ quemque numeremus *. * d.l.vlti. §. sunt;& ex. Quòd si de propinquis quæstio est: Paulus nos hac via ad illos deducit. Non aliter (inquit) ad eos, qui à latere sunt, peruenire potest is, de quo quæritur, nisi per eos transitum fuerit, ex quibus nascuntur. Ideo frater secundo gradu est, quoniam patris, vel matris persona, per quos coniungitur, prior numeratur *. * d.l.vlti. §. quito gradu. Nam cum nulla sit immediata directa generatio, quæ ducat ab Hypothetico ad fratrem, vel sororem, sed ambo sint in linea paralella, commu nem à patre originem habentes: sequenda est ea linea sanguinis, quæ primùm sursum vergens, & postea deorsum, ducit ab Hypothetico ad fratrem, vel sororem. Hæc quia non intellexerunt interpretes, lapsi sunt in errores infinitos, præsertim vbi de graduum respectu agebatur. Hinc nata est regula, Quoto gradu propinqui distant à stirpite, eo duplicato distant inter se. Nam illa, vt apparet, propinquos, qui dextra parte spectant Hypotheticum, ad eos dirigit, qui in sinistra sunt. Atque ita quicquid ad graduum respectum & appellationem attinet, id omne confundit ac peruertit. Etenim ne singulis recensendis longior sim, Auunculus non à fratre, vel patruo, qui in alia sunt parte tabulæ, sic dicitur, hoc est, non appellatur Auunculus respectu illorum, sed Hypothetici, qui quidem perpetuò alter eorum, de quorum continentia, & coniunctione agitur, constitui debet: in quem alius quilibet eorum, qui in tabula descripti sunt, intueri debeat. Cæterùm hic error alios (vt fit) permultos peperit: veluti cùm in gradu primo superiori, Ipsum & ipsam collocant, vtuntur promiscué collateralibus gradibus in ascensu: simul vtrinque fratrem & sororem appingunt, scilicet, quia non permanserunt in ea, quam antea citauimus regula, Quoties quæritur quoto gradu quæque persona sit, ab eo incipiendum est, cuius de cognatione quæritur. Quo fit, vt in diuersos errores abducti, quasi sine gubernaculo naui-

nauigantes, certum in quem contendant scopum inuenire non possint. Quod ad Canonicos attinet, etsi in hos errores non inciderint, tamen in alios multò grauiores lapsi sunt. finxerunt enim sibi Schemata pro suo arbitratu: in quibus mira comminiscuntur in describenda cognatione. Perpetuum enim tractum in descendendo continuant. Sed multum interest, cognationem, an genealogiam describamus. Hîc omnes personæ in vnam originem, vnde descenderunt, intuentur: nec potest de contrahendis nuptiis vllo modo disputari, quæ inter generationes mutuas non coeunt. Illic vndecunque relatio fit, tum ex continuitate, cum ex copulatione: & tractatur commodissimè non tantum de tutelis, hæreditatibus, testimoniis, verùm etiam de nuptiis*. Et tamen (vt sunt ingeniosi in contrahendis matrimoniis indicant Ciuiles Leges vsui esse non posse: ac iubent suos Canones obseruari. Sed hæc aliàs. Nam hîc commorandi, non, habitandi locus datus est.

*Vt in §. ergo nō omnes. de nupt. l. per adoptionē De tit. nupt. li. Pad. 23. & aliis in locis.

FINIS.

ARBORIS CIVILIS DECIMVM AD GRADVM

GRadus, linæ, & consanguinitatis definitionibus omissis, sciendum quòd numeratio punctorum, qui sunt in cellulis, est numeratio graduum habito respectu ad cellulam vacuam: à qua omnes sumunt nomen, exceptis iis, quæ per genitiuum nominantur. Hanc Ioan. Andr. nomine sui bidelli Petrucium vult vocari. Puncti, qui superiores sunt, computationem iuris Canonici denotant. Illi autem qui inferiorem locum retinent, computationem ciuilis iuris exprimunt, quod Canonico subesse ipsa graduum situatio declarat. Ex prædicta computatione, si diligenter inspiciatur, apparet, quòd in ascendentium & descendentium numeratione ius vtrunque cõcordat: quia in eis persona addita personæ per carnis propagationem, gradum adiicit. Vt autem hæc arbor cunctis innotescat, notandæ sunt tres regulæ.

¶ Prima, Ascẽdentium & descendentiũ, quot sunt personæ de quibus quæritur, computatis intermediis, vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Verbi gratia, Abauus distat à Petrucio quatuor gradibus: & sic de aliis.

¶ Secunda (secundum ius ciuile, cuius tantùm gratia hæc arbor fuit hîc impressa) talis est: Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, eodem duplicato distant inter se, vel sibi attinent. vt P. & pronepos propatrui distant viii. gradibus, quum abauum stipitẽ facis. Nam secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus: vnde duo fratres duos efficiunt gradus.

Tertia collateraliũ in linea inæquali, quot sunt personæ, stipite dempto, tot sunt gradus. vnde Petrucius distat à propatruo quinque gradibus, ab eius filio sex: & sic de aliis. Non inutile forsitan iudicabitur, si aliquid de computationis diuersitate inter ius ciuile & cano. subiunxerimus. In legibus ob nihil aliud ipsa graduum mentio facta est, nisi vt hæreditas, vel successio, vel tutela, ab vna ad alteram personam inter cõsanguineos deferatur. in canonibus verò ob hoc progenies cõputatur, vt aptè monstretur vsque ad quotam generationem à consanguineorum nuptiis sit abstinendum. Hac ergo de causa, quia hæreditates nequeunt deferri, nisi de vna ad alteram personam: idcirco curauit secularis Imperat. in singulis personis singulos perficere gradus. Quia verò nuptiæ sine duabus non valent fieri personis, ideo sacri canones duas in vno gradu constituêre personas. Hæc habentur plenè c. ij. xxxv. quæst. v. & fermè per totam illam quæstionem. & hoc idem not. hîc Christoph. Porc. in ver. circa primũ, ibi, secũda differentia. & Ioan. Andr. in declaratio. huius arboris.


LECTORI.

QVoniam omnia cognationis nomina ex eo genere sunt, quæ cum aliis conferuntur, quæ τὰ πρός τι Aristoteles appellat, in omni quæstione primum omnium constitui oportet eum, de cuius cognatione quæritur. Hunc Franciscus Hotomanus dum aptius aliquod excogitaretur nomen tantisper Hypotheticum Græcè, Latinè Propositum appellauit. à quo eodem ita est duodecim ab hinc annis figura graduum adumbrata atque informata, vt a quibus sanguinem hypotheticus duxisset, ij suprà, suo quisque loco atque ordine describerentur. qui ab eo duxissent, infrá: qui prætereà communem cum ipso sanguinis fontem & caput haberent, quasíque deriuati eodem ex fonte essent, ita sub vtrunque directi ordinis superioris latus subtexerentur, vt ne tamen agnati cum cognatis permiscerentur, sed illos à dextra, hos à læua Propositus spectaret. Fratrem enim & sororem illinc, quos Consanguineos, hinc, quos Vterinos vulgò appellamus, appinxit. item vt in Affinitatis figura Læuirum à dextra, Glorem à læua.

Quam si quis nunc rationem, quæ adhuc eruditissimo cuique Iurisconsulto mirificè placuit, ingeniosa excogitata inuentione aliqua peruertat, melioremque afferat, magnam à bonis omnibus gratiam inibit. Sin egregia aliorum inuenta sibi astutè tribuere, & paruula quadam immutatione facta laudem in se alieni laboris deriuare, fructúmque alienæ industriæ decerpere cogitet, is paratum sibi fore aduersarium intelligat, quo cum interdicto contendere necesse sit.

LECTORI.

QVoniam, quæ ſunt hoc loco antehac edita ſchemata cognationis, ea non eſſe Theophili ſatis conſtat, neque vllam graduum ſimilitudinem, aut Hypothetici figuram habuiſſe, ex qua quidem figura certum eſt vniuerſam eorum ſchematum cognitionem pendere: doctiſſimorum quorundam hominum conſilium ſecuti, apponenda ea curauimus, quæ ſunt à Franciſco Hotomano in ſuis de gradibus libellis deſcripta, & ab omnibus eruditis hominibus vulgò comprobata: vnum illud ſpectantes, vt tuæ Lector, id eſt vtilitati publicæ, noſtro ſtudio conſuleremus.


Trita- uus. 6 Trita- uia.
Ada- uus. 5 Ada- uia.
Patr.amita. maxim. 6.
Aba- uus. 4 Aba- uia.
Auũcul⁹ ma terte.max.6.
Patr.amit. maior. 5.
Proa- uus. Proa- uia.
Auunc.mat. maiores.5.
Maiorum filius. 6.
Patru. Mag. 4.
Auus. 2 Auia.
Auunc. mag.4.
Maiorum filius. 6.
Mag.fil.pro pior sob.5
Patru⁹. 3
Pater 1 Mater
Auun- culus.3
Mag.fil.pro pior sob. 5.
Magn.nep. qui sob. 6.
Huius fil. 4.
Consan guin.2
Vteri- ni. 2.
Huius fili⁹.4.
Mag.nep. qui sob.6.
Patrui ne- pos.5.
Horũ fil.3.
Propo
situs.
Hoaum filius.3.
Auunculi nepos.5.
Eorũ idẽ pronep.6
nepos. 4
Nep.4.
Eiusdem pronep.6
Pronep. 5
Pronep.5
6
6
Filius. 1 Filia.
Nepos. 2 Neptis.
Pronepos. 3 Proneptis
Abnepos. 4 Abneptis.
Adnepos. 5 Adneptis.
Trinepos. 6 Trineptis.

CHRISTOPHORI PORCII IN ARBOREM ET IPSIVS INTELLI-

gentiam, [illegible]

[illegible]

PRo declaratione iuris cano. & ciuil. & etiam intelligentia huius materiæ, & eorum, quæ pertinent ad illam, quædam videnda sunt. Primò qualiter fiat dinumeratio graduum de iure ciuili, & de iure canonico: secundum vtriusque iuris rationum diuersitatem. Secundò vsque ad quem gradum deferuntur hæreditates, & tutelæ. Tertiò, vsque ad quem gradum copula matrimonialis impediatur. Quartò, vsque ad quem gradum possit Papa dispensare.

¶ Circa primum dicite, quòd quoad lineam ascendentem nulla est differentia inter ius ciuile & ius canonic. Vtroque enim iure pater, & mater sunt in primo gradu ascendentium, & similiter filius & filia decendentium: & sic suprà & infrà in infinitum: quia in dinumeratione graduum in linea ascendentium & descendentium vtrumque ius habuit respectum ad stipitem, scilicet ad primum parentem: vt hîc, cum glo. xxxv. quæstio. v. ad sedem. In linea transuersali inter ius ciuile, & ius cano. duplex est differentia. Prima, quia iure ciuili frater & soror sunt in secundo gradu, iure canonico sunt in primo. Ratio differentiæ sumitur ex regula iuris ciuilis, quæ dicit, quòd vnaquæque persona adiecta nouum gradum generat, vt hîc, in vers. hactenus. Vnde cùm ego sim in primo gradu patri meo, si nascatur mihi frater vel soror, ex generatione huius personæ causatur nouus gradus: & consequenter appellatur in secundo. Sed iure canono. ideo appellatur in primo, quia ius canonicum non considerauit dinumerationem graduum in linea transuersali habito respectu ad stipitem, id est, commuuem parentem: sed considerauit, quòd duo fratres, duæ sorores, tribuunt initium lineæ transuersali, & ideo in primo gradu illius lineæ illos constituit. Secunda differentia est, quia iure ciuili regula traditur, quòd in linea transuersali sola persona adiecta nouũ gradum facit, vt hîc. Iure autem canonico pro regula traditur, quòd ad causandum nouum gradũ duæ personæ requirantur, dicto c. ad sedem. Ratio differentiæ, quia ius canonicum dinumerat gradus ratione copulæ matrimonialis. vnde sicut ad causandum copulam matrimonialem requiritur concursus duarum personarum: ita ad causandum gradum, quo ad eam. Sed ius ciuile dinumerat gradus quo ad hæreditates & tutelas: vnde cùm tutela & hæreditas deferatur de vna persona in aliam, nil mirum si vnaquæque persona generat nouum gradum. Ista fuit ratio posita in dicto cap. ad sedem.

¶ Quo igitur ad inhibendam, vel permittendam copulam matrimonialem, dinumerabuntur gradus secundum ius canonicum: quo autem ad tutelas, & hæreditates deferendas, connumerabuntur secundum ius ciuile.

¶ Circa secundum dicite, quòd vsque ad decimum gradum deferuntur hæreditates & tutelæ: vidistis supra tit. j. §. fina. cum sua glo. & suprà

de capi.

de capi. deminu. §. fin. de legi. agnatute. in tex. & in glos.

Matrimoniũ vsq; ad quẽ gradũ prohibetur.

Circa tertiũ dicite, quòd olim erat prohibita copula matrimonialis vsque ad septimum gradum agnationis, vel cognationis inclusiuè: hodie autẽ est prohibita vsq; ad quartum gradũ inclusiuè, dinumeratione facta secundum ius cano. c. non debet. extrà de cõsan. & affi. ed hîc dubitatur. Pone, quòd vnus sit in quinto gradu transuersalium, alius sit in quarto, an impediatur copula matrimonialis? Si inspiciamus personam existentem in quarto gradu, illa impeditur. Si inspiciamus personam existentem in quarto gradu, permittitur. Dicite, quòd copula est permittenda: quia quoto gradu remotior distat à stipite, eodem gradu distat à quolibet descendente. c. fin. extra de consang. & affin. Illud tamen est palam, quod inter ascẽdentes, & descendentes est prohibita copula matrimonialis in infinitum. vnde si Adam viueret, vxorem habere non posset. §. inter eas. & ibi glos. suprà de nup.

Sed quid de gradu affinitatis? Dicite, quòd licet olim ratione affinitatis esset prohibita vsque ad tertium genus, vt aliqui dixere: veritas tamen hodie est, quòd solùm prohibetur quo ad genus primum: vt not. glos. ij. cap. non debet. extrà de cõsangui. & affinitate.

Affinitas an cõtrahatur ex coitu illicito.

Sed nunquid per coniunctionem illicitam causatur affinitas? In hoc articulo non parcam in totum verecundiæ. Arch. xxxv. q. iij. c. extraordinaria. dixit per hanc dissolui matrimonium: & in hoc bene, sed non causari affinitatem propterea, quia affinitas est irregularitas personarum ex nuptiis descendentium. l. nõ facilè. §. affines. ff. de gra. af. vbi ergo nõ sunt nuptiæ, ibi non causatur affinitas. Sed glos. tenuit contrariũ in §. affinitatis. suprà de nupt. quæ communiter comprobatur per c. tuæ. & per c. Iordanæ, & per cap. discretionem. extrà de eo, qui cogno. consang. vxo. suæ. Stat igitur conclusio, quòd per illicitam coniunctioné contrahitur affinitas. Sed quid, si quis non intrauit claustra vuluæ, in circuitu tamen palpitauit, vel seras reserauit, sed opus nõ expleuit, an cõtrahatur affinitas? glos. in d. can. extraordinaria. dicit quòd non. Item dicit illud quod non dico. Dicit Innocen. quod ad causandum affinitatem, requiritur concursus vtriusque seminis. Sed tamen causa euitandi peccati, ius canonicum, & sancta mater Ecclesia in dubio præsumunt ex copula cõcursum vtriusque seminis & maris & fœminæ interuenisse. c. iuuenis. extrà de spõsa. Addite prædictis, quòd si aliquis promiserit alicui illam accipere in vxorem, postmodum habeat copulam cum ea sine aliis verbis, intelligitur validum matrimonium extitisse cõtractum: nec cum alia contraherc posset, sed matrimonium postea cum alia contractum esset dissoluendum. cap. is qui fidem. extrà de spõsalib.

Circa quartum dicite breuiter, quòd in gradu ascendentium, & descendentium non posset Papa dispẽsare, vt copula matrimonialis contrahatur. Non posset enim Papa dispensare, quòd filia patri copularetur. Item nec in linea transuersali in gradu primo. vnde non posset Papa dispensare, quòd fratri soror nubat. Item nec in gradu secundo linea existente inæqualiter. vnde non posset dispensare, quòd neptis patruo nuberet, vel auunculo. In linea verò æquali bene posset dispensare, vt consangninee copularetur. & ita cõmuniter concluditur in c. literas. extra de restitutio. spoliato. facit. c. gaudemus. extrà de diuort.

Sed an Papa possit dispensare, vt

matrimonium semel contractũ dissoluatur? Dicite breuiter, aut matrimonium fuit per copulam carnalẽ consummatum, aut non. priore casu non potest, posteriore autẽ sic: quia primo casu effecti fuere duo in carne vna: secundo verò non. Itẽ: quia matrimonium consummatum sortitur naturam ex constitutione diuina, contra quam nõ potest Papa dispensare. c. proposuit. & ibi in gl. in verb. supra ius. extrà. de concess. præbend. sed matrimonium non consummatum sortitur naturam ex cõstitutione Ecclesiæ, contra quã Papa bene potest dispensare. Ista est glos. ordina. in c. ex publico extrà. de conuer. coniug. in glos. fina.

Sed nunquid maritus & vxor possunt se separare? Dicite, aut copula non est subsecuta: & tunc quilibet eorum altero inuito potest separare matrimonium per ingressum religionis. secùs, si copula fuerit subsecuta, nisi vterque concordauerit, quòd vterque pariter intret religionem, vel alter, qui remanet in seculo, sit talis conditionis & qualitatis, quòd nulla suspicio fornicationis sinistra sit contra eum, vt quia sit ætate confectus. c. quidam. c. verum. c. vxoratus. & c. cum sis præditus. extrà de conuer. coniug.

DE

DE SERVILI COgnatione.

Hūc titulū Theophilus cū superiori cōiungit: cōiungunt & multa vetusta exēplaria, quæ se vidisse multi testātur eò accedit, q̄ idē Theophi. sub. tit. de exceptio. rubricā de lit. ob. vicesimāprimā numerat, quę alioqui altera & vicesima fuisset. Nos tamē nihil mutauimus, Accursium secuti, qui variam esse librorū rationem testatur.

Illud certum. Totus iste titulus diuiditur in tres partes. Primò ponit vtrum serui habeāt ius cognātionis cōtractæ in seruitute. Secūdo infert ex rationib[us] præpositis, videlicet q̄ non sēper sequitur, q̄ qui prior est in gradu, potior sit in iure. Tertio, illa melius declarat. Secūda ibi, Repetis. Tertia ibi, A motis.

TIT. VII.

DE SERVILI cognatione.

Cognationem serui[illegible] [illegible] seruorū filij cum parentibus habent, antiqua iura nō adiuuabāt. Hodie autē [illegible] de manumissi, non modò parentibus etiam libertati dona[illegible] cedunt, & parentes eis, sed etiam sibi inuicem, & cum [illegible] legitimis nuptiis, atque in libertate pro[illegible]

Illud[a] certū est, ad seruiles cognationes illam partē edicti[b], qua proximitatis[c] nomine bonorū possessio promittitur, non pertinere[d]. nā nec vlla antiqua lege talis cognatio cōputabatur[e]. Sed nostra constitutione, quam pro iure patronatus fecim[us] (quod ius vsque ad nostra tēpora[f] satis obscurum, atque nube plenum, & vndique cōfusum fuerat) & hoc humanitāte suggerente concessimus, vt si quis in seruili cōstitutus consortio, liberum vel liberos habuerit, siue ex liberæ, siue ex seruilis conditionis muliere: vel contrà, serua mulier ex libero, vel seruo sabuerit liberos, cuiuscunque sexus: & ad libertatem his[g] peruenientibus. & ij, qui ex seruili vētre nati sunt libertatem meruerint: vel dū mulieres liberæ erant, ipsi[h] in seruitute[i] eos ha-

a Illud. Aliàs est hic titulus, de seruili cognatione, aliàs non. Accur.

b Edicti. Sunt enim quatuor partes successionis ab intestato: vt ff. quis or. in bo.poss.ser.l.j.

c Proximitatis nomine. id est cognationis, vt sequitur: vt ff. vnde co.l.j.§.pertinet.

d Non pertinere. Sed nec aliam aliquam, vt vel ipse succedat, vel ei succedatur: vt C.commu. de succes.l. seruus. nisi in tribus casibus: vt C. de iis quib.vt indig.& ad Sylla.l. penulti.& C.de suis & legit. l. apud hostes. & C.ad Orfitia.l.fina.

Dic secundum Angel. q̄ in d.l. pen. & in l.final erat liber legis auctoritate, ne mora alterius libertati noceat: in l. apud hostes. illud procedit fictione postliminii, vt ibi not. Syl.

e Cōputabatur. Hæc videt mala ratio, cū magis iure pretorio, quod naturalē causam intuebatur, deberet cōputari: vt s. de hered. quę ab intest. §. emancipati. quàm ciuili. Sed dic q̄ etiā ad alia, vt ad tutelas, & similia: nisi quo ad nuptias: vt s. de nup. §. illud. & ff. de ritu nuptia. l. adoptiuus. §. seruiles. Sed nunquid dominus ex sui persona succedit cognatis serui? Resp. non: vt hîc dicitur. Accur.

ADDITIO. Not. ergo acquiri domino ab intest. sicut ex testamento. Et est ratio: quia ius solùm defert hereditatem ab intest. secundum quod seruus nihil est. l. quod attinet. ff. de reg. iur. sed ex testamenro defert voluntas testantis, quam ius sequitur. Aliud tamen est in monacho, & monasterio: vt l. Deo nobis. C. de episc.& cler.

f Nostra tempora. Loquitur Iustinianus.

g His. scilicet parentibus.

h Ipsi. scilicet parentes.

i In seruitute. Idē donec serui erāt.

a Peruenerint. scilicet parentes.

b Veniat. Aliud si liber factus seru⁹ iterũ manumittatur: vt ff vnde cog. l. is q cõtra. [Secus, si restitut⁹. §. seru⁹. s. de capit. deminu. & declarat gloss. in. d. l. is, q. Syl.] s. de capi. demin. §. quod autẽ. q a est ibi, qđ sibi imputetur. Sed nũquid etiã iste, qui est in l. is, qui. hodie succederet naturali causa inspecta, vt C. de suis, & legiti. heredi. authent. in successione? Respõd. non, secundum Ioan. quia Prętor naturalem causam intuebatur, & tamen nõ vocabat eũ, vt dictum est. Item econtrà. C. de suis & legiti. l. ex libera. Solutio. hîc nouum ius. Vel ibi loquit, quã do nec de facto erat matrimonium. [Hæc glos. semper allegatur, quòd spurius natus in figura matrimonii, licet de facto potest legitimari p subsequens matrimonium, secus si nullo modo, etiã de facto erat, de quo per Ang. hîc. Syl.] Vel ibi quo ad honores loquitur, hîc quoad successiones.

*ex aliis qualij cunque copulatione nati sũt ad similitudinem, &c.

c In alterius successionẽ. id est, parẽtes liberis & cõtrà excluso patrono, & hoc secũdũ omnes. Itẽ liber tũ vnũ alteri eidẽ fratri suo: & ita fratrer liberti pręfertur patrono. & hoc secundũ quosdã, vt hîc. Sed Ioã. contrà: pręfert enim patronũ fratri: vt ff. de bono. libe. l. liberto. ff. de suis & legi. l. intestato. in princip. & infrà titul. j. §. sed nostra. versic. sinautẽ sine.

buerint, & postea ad libertatem peruenerint[a]: vt hi omnes ad successionẽ patris, vel matris veniant[b], patronatus iure in hac parte sopito. Hos enim liberos non solum in suorum parentũ successionem, sed etiam alterũ in alterius successionẽ[c] mutuam vocauimus, ex illa lege[d] specialiter eos vocantes: siue soli inueniãtur q inserui tute nati, & postea manumissi sunt: siue vnà cum aliis q post libertatem parentũ cõcepti sunt, siue ex eodẽ patre, siue ex eadem matre: siue ex aliis * nuptiis, ad similitudinem eorũ, qui ex iustis nuptiis procreati sunt.

¶ de intestatorũ libertorũ pr ga h.ibe- gradus sint remotioris quoscunque los quãtumuis pro-

Repetitis[e] itaq; omnibus, quæ iam tradidimus[f], apparet nõ semper eos, qui parẽ gradũ cõgnationis obtinẽt, pariter vocari: eóque amplius, nec eũ quidẽ, qui proximior sit cognatus, semper potiorẽ esse. Cùm enim prima causa sit suorũ hæredum, & eorũ, quos* inter suos hæredes enumeraui m⁹[g]: apparet pronepotẽ vel abnepotẽ defuncti potiorem esse, quàm fratrẽ, aut patrẽ matrémque defuncti: cum alioquì pater quidẽ, & mater (vt suprà quoq; tradidimus) primũ gradũ cognationis obtineãt, frater verò secundũ: pronepos autẽ tertio gradu sit cognationis, & abnepos quarto. Nec interest ĩ potestate morientis fuerit[h], an non: quòd vel emãcipat⁹, vel ex emãcipato, aut ex fœmineo sexu[i]

*quosque.

¶ Hæc opinio Ioan. communiter tenetur: vt per An. hîc. Ratio est: quia patron⁹, si legitima ei non relinquatur, habet contra tabulas: & potest impugnare iudicium liberti, si legitima sibi non relinquatur: quod non est in fratre. §. soror. suprà de inoffic. test. Syl.

d Ex illa lege. scilicet suprà dicta Græca. Accur.

e Repetitis. Hic §. communis est ad omnes titu. suprà hoc lib. iij. positos. & idem in sequen. proxi. §. sic & aliàs. suprà de successione cognato. §. vltimo. & ad Orphicianũ. §. fina.

f Tradidimus. A principio tertii libri.

g Enumerauimus. Vt curiæ datos & emancipatos: vt suprà de hęred. quæ ab intest. §. j. & §. quibus cõnumerari. & §. emancipati.

h Fuerit. Hoc subdiuiditur.

i Ex fœmineo sexu. Qui tamen cum deminutione tertiæ partis succedit huius l. ṫ is tempore, suprà de heredi. quæ ab intesta. §. item vetustas. versi. diui. hodie

die sine deminutione: vt in authen.de trien.& semis.§.necnon.col.j.

¶ a Amotis. id est, cessantibus suis. fallit adhuc hæc regula, qui prior est, in gradu,&c.vt s.eod.§.toties.Accur.

pater & mater: secundò, auus & auia, & sic deinceps: sic tamen, vt fratres ex vtroque parente defuncto coniuncti, cum his superioribus vocentur: licet quidam dicãt cum patre & matre tantùm eos vocari, & alios superiores per fratres excludi. & pro nobis est auth. de hered. ab intesta. §. si verò cum ascendentibus. & ff. de suis.& leg.l.ij. §. hereditas. [Hæc opinio cõmuniter tenetur hîc & in authent.defuncto. C. ad Tertyll.Sylu.] Superioribus cessantibus, primò frater ex vtroque parente, & soror, & eorum filij. Secundò ex altero tantùm, & eorum filij. Tertiò hæc regula obtinet, vt qui prior est in gradu,&c.vt hic,& in auth. de hered.ab intest. §. si reliquum. & §.si verò neque frater. & in authen.vt fratrum filij.§.j.Accurs.

¶ b Integrũ ius habet. i. capite minutus nõ est. sic s. de succes. cog.j.respon.in fine. nam secus esset, si esset capite minutus: quia illæ successiones, quæ veniũt ex lege xij. tab. pereunt per mi.cap.dimi.vt s.ad senatuscõ. Orphicianum. §.sciendum.

¶ c Plerunque. Propter fratrẽ & sororẽ emancipatos: vt j.e. ibi, exceptis. Itẽ propter quosdam cognatos qui vocãtur, vt agnati: vt s.de legi.agnat.success.§.hoc etiã. Itẽ propter patrem, qui filium emancipauit: vt s. de leg. agn. succes.§.fina.

¶ d Nepos. Qui est in quinto gradu agnationis.

¶ e Pronepos. Qui est in sexto gradu agnationis.

propagatus est.

¶ *Nouißime iure, agnationis & cognationis sublato discri* [illegible] *prior habenda sit ratio, qui sunt gradu proximiores.*

¶ Amotis[a] quoque suis hæredibus, & quos * inter suos hæredes vocari diximus adgnatus, qui integrũ ius habet[b] agnationis, etiam si longissimo gradu sit, plerunque[c] potior habetur, quam proximior cognatus. Nã patrui nepos[d], vel pronepos[e] auunculo[f], vel materteræ præfertur[g]. Toties[h] igitur diximus, aut potiorem haberi eum, qui proximiorem gradum cognationis obtinet, aut pariter vocari eos, qui cognati sunt: quoties neque suorum heredum iure, quíque inter suos heredes sunt, neque adgnationis iure aliquis præferri debeat, secundum ea, quæ tradidimus[i]: exceptis[k] fratre, & sorore emancipatis, qui ad successionem fratrum, vel sororum vocantur: qui etsi capite deminuti sunt, tamen præferuntur[l] cæteris vlterioris gradus adgnatis.

*quosque.

TITV. VIII.

DE SVCCESSIONE libertorum.

¶ *Olim patronis ha-*

Dic ꝙ hodie est sublata differẽtia agnationis,& cognationis,& in d. §.j. in auth.de hered.ab intest.ve.collatio.ix.Christoph.

¶ f Auũculo, vel materteræ. Qui sunt in tertio gradu cognationis.

¶ g Præfertur. In successione eius, qui tales habet agnatos.

¶ h Toties. Not. regulam bonam. vt commu.de succes.l.auunculo.& C.vnde libe.l.ij. Et ad eius euidentiam nota tres esse ordines succedendi, s. inferiores & ex latere venientes: vt in authen.de heredi.ab intest.in princ. Primò descendentes in infinitum vocantur: vt s.de hered.quæ ab intest. §.j.& ij.auth.de hered.ab intest.§.j. His cessantibus, vocãtur ascendentes, primò,

¶ i Tradidimus. Vt suprà §.proximo. & hoc eod.§.

¶ k Exceptis. Excipit ab eo, quod s. dixerat, qui integrum,&c.

¶ l Præferuntur. Vt suprà de successi. cog.j.responso.

DE SVCCESSIONE libertorum.

¶ Suprà de successione ingenuorum

visum est: & quia in bonis libertorum est dare successionem: ideo de his subdit. Vnde not. quòd dicit hic Accursius de successione libertorũ, passiuè accipi, id est qualiter succedant ei, non actiuè, id est, qualiter ipsi succedant aliis.

NVnc de libertorum. Totus iste titulus diuiditur in tres partes. Primò, circa successionẽ libertorũ ponit duplex ius antiquum. Secũdò, ponit statutum circa successionem: & quòd vsque ad quartũ gradum agnati patronorũ succedunt liberto. Tertio ponit aliam nouã constitutionem circa personas & genera libertorum. Secunda ibi, Sed nostra. Tertia ibi, Sed hæc. Aret.

*Ex Epi. to. Vlpi. tit. 27.

¶ Nunc de libertorum. Not. dispositionem iuris antiqui in successione libertorum. Item quod contra tabu. patrono tãtùm competebat pro dimidia. Syl.

¶ a Nunc. Quia hucusque de bonis ingenuorũ dixit.

¶ b Olim. scilicet lege duodecim Tabul. & hoc est primum ius. quatuor enim sunt: vt hic & infrà §. i. & §. postea. & §.

*ius.

solum ab intestato, ... sed ... hærede ... *rede instituto, sed e- ... petiissent. Aret.*

NVnc *a de libertorum bonis videamus. Olim b itaque licebat liberto patronum suum impunè c testamento præterire. Nam ita demum d lex duodecim Tabularum ad hæreditatem liberti vocabat patronum, si intestatus mortuus esset libert⁹ hærede suo nullo relicto. Itaque intestato quoque mortuo liberto, si is suuum hæredem e reliquisset, patrono nihil f in bonis eius* erat. Et si quidem ex naturalibus g liberis aliquem suum hærẽdẽ reliquisset, nulla videbatur querela h. Si verò adoptiuus filius fuisset: apertè iniquum erat, nihil iuris patrono superesse.

¶ *Prætorio iure patronus in liberti bonis dimidiam habebat non solum ab*

§ Qua de causa postea i Prætoris edicto hæc iuris iniquitas k emendata est. siue enim faciebat testamentũ libertus l, iubebatur* ita testari, vt patrono partem dimidiam m bonorũ suorum relinqueret. & si aut nihil, aut minus parte dimidia* reliquerat, dabatur patrono contra tabulas testamenti partis dimidiæ bonorũ possessio n. Siue intestatus moriebatur, suo hærede relicto filio adoptiuo: dabatur æquè patrono contra hunc suũ hæredem, partis dimidiæ bonorum possessio. Prodesse autem liberto solebant o ad excludendum patro-

*iubebat.

*partis dimidiæ.

sed nostra.

¶ c Impunè. id est sine timore testamenti rumpendi. Accurs.

¶ Ex hac glos. Iuncto tex. nota, quòd ruptela testamenti potest dici pœna. Syluest.

¶ d Ita demum. Et non aliter.

¶ e Hæredem. Naturalem, vel adoptiuum: vt j. innuit.

¶ f Nihil. id est nullum ius, secundum Ioannem.

¶ g Ex naturalibus. Ad differentiam adoptiuorum.

¶ h Querela. id est, non poterat patronus conqueri. Accur.

¶ i Qua de causa postea. Secundum ius.

¶ k Iuris iniquitas. Dic vt supra. ad senatusconsul. Tertyllianum. in princip.

¶ l Libertus. nullum filium habens legitimum, & naturalem: vt infrà eodem. §. prodesse.

¶ m Dimidiam. Nisi in castris sint bona quæsita: vt ff. de bonor. libert. l. iij. §. patronus. Accurs.

¶ n Bonorum possessio. Vnde leg. infrà de bono. possessio. §. cúmque.

¶ o Solebant. Hoc iure prætorio. Nam in primo non erat dubium, vt supra ibi. itaque intestato, &c.

a Ad

num[a] naturales[b] liberi non ſolùm, quos in poteſtate mortis tempore habebat, ſed etiam emancipati, & in adoptionem dati[c]: ſi modò aliqua ex parte ſcripti hæredes erant, aut præteriti contra tabulas bonorum poſſeſsionem ex edicto Prætorio *petierant. nam exhæredati nullo modo repellebant[d] patronum.

¶ *Per legem Papiam patronus vocabatur ad ſucceſsionem liberti, vnà cum filiis ipſius liberti pro virili: niſi tres* [illegible] *liberi, vel libertus minus centum aureis habuiſſet in bonis: ſiue deceſſerit* [illegible] *to teſtamẽto. Aret.*

¶ Poſtea[e] verò *lege Papia adaucta ſunt iura patronorum, qui locupletiores libertos habebant. Cautum[f] eſt enim, vt ex bonis eius, qui ſeſtertium centum milium patrimonium reliquerat*, & pauciores, quàm tres liberos habebat: ſiue is teſtamento facto, ſiue inteſtatus *mortuus erat, virilis pars patrono deberetur[g]. Itaque cùm vnum quidem *filium, filiámve hæredem reliquerat libertus: perinde pars dimidia debebatur patrono, ac ſi is ſine vllo filio filiáve inteſtatus* deceſsiſſet. Cum verò *duos duáſve hæredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: ſi tres reliquerat, repellebatur patronus.

¶ *Abiecto antiquo iure hoc vtimur: li-* [illegible] *ſunt aureis centum, etiam præterito patrono, liberum teſtandi ius ſit* [illegible] *to nulla ſobole relicta patronus ſuccedit: quòd ſi maior ſit centenario, & teſtatus fuerit, patronúmque præterierit: tunc ſi careat liberis, vel eos exhæredes fecerit, patronus per contra tabulas bonorum poſſeſsionem quadrantem omnibus liberum, aut illius ſupplementum, ſi quid forſan ei relictum fuerit, con-* [illegible]

¶ Sed noſtra conſtitutio[h], quam pro omnium notione[i] Græca lingua, compendioſo tractatu habito, compoſuimus[k]: ita huiuſmodi cauſam definiuit, vt ſiquidem libertus, vel liberta minores centenariis ſint, id eſt, minus centum aureis habeant ſubſtantiam (ſic enim[l] legis Papiæ ſummam interpretati ſumus: vt pro mille ſe-

¶ a Ad excludẽdum patronũ.ſ. in totum.

¶ b Naturales. Et legitimi.

¶ c In adoptionem dati. Si inſtituti erant, vt ſequitur, aliàs nec contra tab. datur eis: vt ff. de contra tabu. l. nõ putauit. §. in adoptio.

¶ d Repellebãt. Quia pro mortuis habentur: vt ff. de coniun. cum emanc. lib. l. j. §. ſed & ſi patruus: nec à iure ciuili recipiũtur: vt in auth. de hære. & Falc. §. exhæredatos. col. j.

¶ e Poſteà. Tertium ius.

¶ f Cautum. ſcilicet lege papia. & malè: vt & aliàs. C. de cad. tol. l. vnic. in princ. Accur.

¶ g Debeeretur. Ex lege Papia.

¶ Sed noſtra. Not. quòd paria ſunt filium non eſſe, vel eſſe, & exhæredatum. Itẽ, quòd præteritio matris habetur ꝑ exhęredatione. Item, quòd legitima patronorum eſt hodie certa, ſicut liberorum & parentum. Syl.

¶ h Sed noſtra. Quartum ius.

¶ i Omniũ notione. Aliàs omni [illegible] tione, aliàs omnium notitia.

ADDITIO.

Omnium notione Theophilus probat, διατί, inquit, πᾶσιν εἶναι πρόδηλον.

¶ k Compoſuimus. Et huius, vt credo, habetur mentio in multis locis: vt ſuprà titul. j. de ſer. cog. in princip. & ſuprà de leg. agn. ſucceſ. §. fin.

l Sic enim, Interpoſitio eſt.

ADDITIO.

Sunt qui Imperatoris computationem in dubium vocent. Qua de re conſultus à nobis Franc. Hotomannus ſic reſpondit, diſſentire ab Imperatore Dionem, qui ſe graues & eloquentes aucto-

*abeſt. *abeſt. *abeſt. *reliquerit. *inteſtato. *abeſt. *teſtatus T. *abeſt.

res sequi affirmat, libr. 55. pag. 378. In hanc sententiam, Cùm Augusti domus in Palatio conflagrasset, multiq; mul ta illi conferrent, nihil accepit, nisi tantum à populis aureum, à priuatis verò drachmã. Aureũ enim ego quoque numũ, qui drachmas xxv. valet, more nostro appello, & Græcorum quidã, quorum libros, ꝗ Attico dicendi genere scripti sunt legitimus, sic ipsum vocarunt. Hęc Dion. Quum igitur drachma denario Romano apertissimè à Plutarcho in Camilli vita æstimetur, ratiocinabatur Dionẽ aureum pro cẽtum sestertiis vsurpasse: quum scilicet in vigintiquinque denariis tot sint sestertij: quod etiam ex Tranquilli, & Taciti duobus collatis inter se locis Budæus docuit. Quæ quum ita sint, mirum esse, quòd Tribonianus hoc loco mille sestertios pro centum, aureo contineri dixerit, potiúsque aut illum barbarũ hominem hallucinatum, aut hunc locum corruptum putabat: quàm censum libertorum (vt Budæus non affirmans, sed dubitans scripsit, fatetur enim sibi quoque hunc locum suspectum esse) adeò deminutum esse, quum præsertim neque de censu libertorũ deminuto Imperator mentionem vllã faciat, & disertè interpretatum se Latinã loquutionẽ Græca ei respondente affirmet. Sic enim, inquit, legis Papiæ summam interpretati sumus, vt pro mille H.S. vnus aureus computetur: vt Centenarios appareat eósdem dici, qui antea dicebantur: nimirum qui H S. centum millia in bonis haberent, quos Asconius Censos appellari, auctor est. alioqui infinitis locis Pandectarum, in quibus aureorum fit mentio, dicendũ esset mutatam esse æstimationem: cuius rei nusquam vlla, vel tenuissima suspicio inuenta est.

stertiis vnus aure[us] computetur) nullũ locũ[a] habeat patronus in eorum successione: si tamen testamentum fecerint[b]. Sinautem intestati decesserint, nullo liberorũ relicto: tunc patronatus ius (quod erat ex lege duodecim Tabulatum) integrum reseruauit[c]. Cum verò maiores centenariis sint, si hæredes vel bonorum[d] possessores liberos habeant[e], siue vnum, siue plures cuiuscũque sexus, vel gradus, ad eos[f] successiones parẽtũ deduxim[us], patronis omnibus modis[g], vna cum sua progenie semotis. Sinautem sine liberis decesserint si quidẽ intestati, ad omnem hæreditatem patronos patronésque vocauimus[h]. Si verò testamẽtum quidem fecerint[i], patronos autem, aut patronas præterierint, cum nullos liberos haberẽt, vel habẽtes, eos exhæredauerint, vel ma

¶ a Nullum locum. Et in hoc non corrigitur lex Papia. Et not. quòd prodest paupertas filio liberti: sic & aliàs C. de episcop. & cler. l. si quis ad declinãdam. §. sinautem. in gl. pauperior.

ADDITIO. Not. quòd paupertas prodest: sed à tali prodesse, libera nos Domine. de quo in l. cum facilè, in gl. fi. ff. si cui plus quàm per legem Falc. & in l. si quis ad declinãdam. §. j. C. de episco. & cler. & in auth. cui relictum. C. de ind. vi. toll. Ang.

¶ b Fecerint. s. isti liberti minores centenariis.

c Reseruauit. scilicet nostra constitutio, scilicet, vt in totum succedat: vt suprà eod. in princip.

d Bonorum possessores. id est, filios emancipatos: vt §. de hæred. quæ ab intest. §. emancipati.

¶ e Habeant. scilicet liberti.

¶ f Ad eos. scilicet Liberos libertorum: qui tamen hæredes instituti si se abstinuerint, vel misti hæreditati, in integrum instituti fuerint, dabitur patrono ius succedendi: vt ff. de bonor. lib. l. & si ex publica. §. si filius.

¶ g Omnibus modis. Sed nunquid contrà moriente filio qui est libertus, præponitur pater patrono? Resp. sic: vt suprà titul. j. de ser. cog. in fin. j. respon.

ADDITIO. Not. quòd sicut patronus excluditur per filios liberti, ita etiam per parentes liberti. & idem no. glos. suprà titul. j. in fin. in ver. alterius. Angel.

¶ h Vocauimus. Etiam ante fratres liberti. quod dic, vt suprà titul. j. in fin. j. respon.

¶ i Fecerint. s. ad extraneos.

¶ a Ma-

ter siue auus [a] maternus eos præterierint: ita quòd* nõ possint [b] argui inofficiosa eorum testamenta: tunc ex nostra constitutione [c] per bonorum possessionem contra tabulas non dimidiam vt anteà [d], sed tertiã partem bonorum liberti consequantur [e]: vel quod deest eis, ex constitutione [f] nostra repleatur [g], si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus, vel liberta eis reliquerit: ita sine onere [h], vt nec liberis [i] liberti libertæve ex ea parte legata vel fideicommissa præstentur [k]: sed ad cohæ-

*Vt.

a Mater siue auus. Quorum preteritio pro exhæredatione habetur: vt s. de exhæred. lib. §. mater.

b Non possint. Quia iusta causa ingratitudinis intercessit, quę sunt xiiij. vt in authen. vt cum de appell. cogn. §. causas. quo casu nullo iure agunt: vt in authent. de immen. do. §. fin. in fin. Sed quid, si filiũ emancipatum pater prætereat sine causa, vnde contra tab. habet, non autem querelã? videtur admitti patronus. Sed respõ. hic largè accipi de inoff. vt etiam contineat per contra tab. sic C. famil. ercis. l. filij. Accursius.

Testamentũ inofficiosum quandoque continet exhæredationẽ & præteritionẽ.

Dic, quòd potest dici etiam inofficiosum testamẽtum, in quo filius fuit præteritus. gl. in l. si filii. C. fam. ercis. iuncta l. cum in adoptiuis. in princ. C. de adop. quia inofficiositas tribus mõdis committitur, secundũ Bal. in l. pater filium. ff. de inoffic. testamen. Syl.

Nec obstat: quia hodie ad instar filij in potestate præteriti videatur posse dicere nullum &c. cùm sit sublata differentia emancipationis & patr. pote. quia illud est verum ab intestato, non autem ex testamento. Angel.

c Constitutione. s. Græca. Accurs.

d Vt antea. Sicut erat de iure prætorio. vt s. eod. qua de causa. Accurs.

e Consequantur. scilicet quocunque titulo relicti: vt ff. de bon. libe. l. iij. §. fina.

f Constitutione. scilicet condictione ex ea lege Græca: vt ff. de condict. ex lege. l. j.

g Repleatur. Præter hoc ius succedendi est & aliud ius patronatus. s. vt non vocetur ab eo in ius sine venia: vt C. de in ius vocand. l. ij. Item vt alat eum: vt ff. de libe. agn. l. si quis à liberis. §. so[...]nt. Item vt turpem actionẽ, vel ex[ce]ptionem contra eum nõ proponat: [v]t ff. de don. ma. except. l. apud Celsum. §. aduersus. & ff. de obse. l. honori. & l. parẽs. Item vt possit eum in seruitutem reuocare: vt in authent. vt libe. de cæ. §. j. Item vt vbi eum inuenerit, faciat ei reuerẽtiam: vt ff. de in ius voc. l. generaliter. Et hęc iura multis modis perduntur. Primò, si patronus remiserit: vt in authen. vt lib. de cæt. §. illud. Item si compulit libertum iurare, ne accipiat vxorẽ: vel libertam, ne nubat: vt ff. de iure pat. l. qui cõtra legem. & l. adigere. Item si denegabat ei alimenta: vt ff. de bon. lib. l. si patronus nõ aluerit. Item propter tertiæ partis concessionem: vt hic, & ff. de bon. lib. l. etiam. §. toties. Item si alteruter eorum relegatus fuerit, vel deportatus: vt ff. de iur. patr. l. siue. Item si natalibus restitutus est libertus: vt ff. de bon. lib. l. etiã. §. j. Item si mercedem pro futuris operis ab inuito liberto extorsit: vt ff. de agno. lib. l. si quis. §. si quis. Item si libertus domini mortem vindicauerit: vt ff. de iur. pat. l. penult. Item, si eũ patronus capitis accusauerit: vt ff. de bon. lib. l. qui cum maior. j. respon. Item si nõ suis nummis emptus est, vel à principe factionem liberam testamenti impetrauerit: vt ff. de bon. lib. l. etiam. §. ij. Accursius.

Ius patronatus in multis cõsistit.

Ius patronatus multipliciter perditur.

Adde glo. in l. fi. C. de bon. lib. & ibi doc. & signa hanc gl. ad quam semper recurritur. Syl.

h Sine onere. sic auth. de hæred. & Fal. §. non autem. colla. j. Accurs.

i Liberis. Quibus dantur aliàs legata, etiam rupto testamento per contra tab. vt ff. de leg. præst. contra tab. bon. poss. pet. l. j.

k Prestentur. Sed cùm filij sint, quare non excludunt patronum: vt suprà eodem. § cum verũ maiores? Respondet, hi filij erant ingrati: vt suprà eodem. §. si verò. Vel dic quòd hi liberi erant nepotes, qui & liberi dicuntur: vt ff. de verbor. signific. l. liberorum. & eos præcedit eorum pater: & eis talia legata dabantur: vt ff. de leg. præstan. l. j. §. generaliter.

a Ad cohæredes. Sed nunquid insolidum tenebuntur cohæredes? Resp. non: vt ff. de leg. iij. l. fi. §. fi. & de vulg. subst. l. & si contra tabulas.

b Multis aliis casibus. Qui sequuntur statim.

g In capita. Cum eodem gradu plures inueniantur: aliàs patruus nepotem ex fratre excludit: vt ff. de bonis libertorum. l. si libertus præterito. §. si libertus. in fine.

*redundaret.

c Patronæq;. Vt ff. de bonor. lib. l. patrono.

d Liberi. Vt ff. de bon. lib. l. si pater exheredato. & l. si ex patronis. §. Iulianus.

e Vsq; ad quintum gradũ. Nunquid filius trinepotis ipsius patroni, vel etiam ipse trinepos admittetur? Videtur quod non, quia hîc dicit vsque ad quintum gradum. si quis tamẽ velit cõtradicere, pro se inducet, quod nõ omnes ascendẽtes sui patris loco succedũt: vt suprà de hæredib. quæ ab intest. §. cum fili⁹. & in auth. de hęre. ab intest. §. j. Et hæc est vera, & communiter tenetur, quod descendẽtes in infinitum, transuersales vsque ad quintum gradum succedant, secundum Christophor. hîc, & Io. de Pla. Syl. *&

f Vocentur. Per nostrã constitutionem: licet olim per bonorũ possessionem, tanquã ex familia vocarẽtur: vt s. de bon. poss. §. sunt autem. versi. quinto tanquam.

redes[a] eorum hoc onus redundet*.

¶ ... patronus succedit, sed etiam coniuncti ipsi patrono vsque ad quintum gradum, ... qui proximior ex patrono præfertur.

¶ Multis aliis casibus[b], à nobis in præfata constitutione cõgregatis, quos necessarios esse ad huiusmodi dispositionẽ iuris perspeximus: vt tã patroni patronæque[c], quã liberi[d] eorum, necnõ qui ex transuerso latere veniũt vsque ad quintũ gradum[e], ad successionem libertorum libertarúmve vocentur[f], sicut ex ea cõstitutione intelligendũ est: vt* si eiusdem patroni vel patronæ, vel duorũ duarúmq; pluriúmve liberi sint, qui proximior est, ad liberti vel libertæ vocetur successionem, & in capita[g], non in stirpes diuidatur successio: eodẽ modo & in iis, qui ex transuerso latere veniunt[h], seruãdo: Penè[i] enim consonantia iura ingenuitatis, & libertinitatis in successionibus fecimus.

¶ ... dicta procedunt in omnibus libertis, quia hodie omnis manumissus efficitur ciuis Romanus. Aretin.

¶ Sed hæc de iis libertinis hodie dicenda sunt, qui in ciuitatem Romanã peruenerunt[k]: cùm nec sint alii liberti, simul & Dedititiis, & Latinis sublatis: cum Latinorũ legitimæ successiones nullæ penitus erant: quia licet vt liberi vitam suam peragebant, attamen ipso vltimo spiritu simul animã, atque libertatem amittebant: & quasi seruorum, ita bona eorum iure quodammodo[l] peculii ex lege* Iunia Norbana manumissores detinebant. Posteà verò senatusconsulto Largiano cautum fuerat, vt li-

h Veniũt. s. ab ipsis patronis.

i Penè. Propter tria dicit penè. & quia hic vsq; ad quintũ gradum succedũt, vt hîc dicitur, aliàs vsque ad decimũ vel sextum: vt s. de succes. cog. §. fi. Itẽ, quia hic in capita succedunt: vt hic dicitur. aliàs non ita: vt s. de hære. quæ ab intest. §. & quia placuit. aliàs est vers. in §. cum filius. Itẽ quia vn⁹ patroni filius excludit nepotes ex altero: quod nõ est ita in ingenuis licet M. cõtradixerit: vt ff. de bo. lib. l. si libert⁹ præterito §. si libertus. & de legi. tut. l. tutela. §. si duo.

Sed hæc. Not. omnẽ differentiã libertinorũ sublatã esse. Itẽ not. antiquã speciem libertorũ. Item, quod dictio quasi, & dictio quodãmodo important improprietatem. Itẽ, quòd lex censetur perpetua. S vluest.

k Peruenerũt. i. qui facti sunt plenè liberi.

l Quodammodo. Non enim est verè peculium, cùm sint liberi

Successio libertinorũ & ingenuorum triplici ter differt.

*Ista ... Iuni... L. N... banc ... const. 771

liberi: vt C. de inofficio. testa. l.fin.in fin.

a Nominatim. Quid hoc sic,dic: vt suprà de exhæreda. libe.§.j.

b Eorum.scilicet manumissorum.

c Quibus.scilicet,Latinis.

d Ad Ciuitatem Romaná. scilicet,vt ciuis Romanus efficeretua, impetrando ius aureorum anullorum, vel natales: quod inuito patrono nõ est faciendũ: vt ff.de nat.re.l.ij. in fin. & l. penult.& fin.

e Constitutione. Vt C. de Latin. lib. tollen. per totum. Accur.

f In perpetuum deleri. Not.quòd quãdo fit abrogatio alicuius iuris, intelligitur esse perpetua: quia lex semper loquitur,& est in viridi obseruantia: vt l. Arriani. C. de hære.Angelus.

g Quibusdã adiectionibus. s. decem, vel vndecim casibus: vt C. de Lat.lib. tollen. per totum.

beri manumissoris non nominati [a] exhæredati facti, extraneis hæredibus eorum [b] in bonis Latinorũ præponerentur. Quibus [c] etiam superuenit diui Traiani edictum, quod eundem hominem, si inuito, vel ignorante patrono ad ciuitatem Romanã [d] venire ex beneficio principis festinarat, faciebat quidem viuum ciuem Romanum, Latinum verò morientem. Sed nostra constitutione [e] propter huiusmodi conditionum vices, & alias difficultates, cum ipsis Latinis etiam legem Iuniam,& senatuscõsultũ Largianum, & edictũ diui Traiani,in perpetuum [f] deleri censuimus: vt omnes liberti ciuitate Romana fruantur, & mirabili modo quibusdã adiectionibus [g] ipsas vias, quæ in Latinitatem ducebant, ad ciuitatem Romanam accipiendam transposuimus.

DE ADSIGNATIONE libertorum

Patrono duos pluresve liberos in potestate habenti cõ... vni liberorum assignare: per quam assignationẽ is cui assignatur, solus efficitur patronus, & successor in bonis liberti, aliis liberis prorsus exclusis: quod si is cui assignatio facta fuit, sine sobole decedat, ad cæteros ius pa... tur. Item emancipatione eius cui fuit ... assignatio prius facta euanescit.

IN summa (quod ad bona libertorũ attinet) admonendi sumus, censuisse Senatum [h], vt quamuis ad omnes patroni liberos, qui eiusdem gradus sunt, æqualiter bona libertorũ pertineant [i]: tamen licere parẽti, vni ex liberis adsignare libertũ, vt post mortem eius [k] solus is patronus habeatur, cui adsignatus est: cæteri liberi qui ipsi quoque ad eadem bona, nulla adsignatione interueniente, pariter admitterentur, nihil iuris in his bonis habeant, sed ita demum pristinum ius recipiant, si is, cui adsignatus est, decesserit nullis liberis parlictis. Nec tantùm libertum, sed

Supra visum est, quemadmo dum patroni & eorũ liberi succedãt libertis. Verùm quia liberti interdum cõsueuerũt adsignari liberis patronorum, ideo de hac assignatione subdit. Porcus.

In sũma. Totus iste titu. diuidit in tres partes. Primò, quòd pater potest vni ex liberis libertum assignare: & ille solus liberto succedit. Secũdo declarat quibus liberis hoc fieri possit. Tertiò, quibus verbis, & in qua voluntate. Secunda ibi, Datur autem. Tertia ibi, Nec interest. Accur.

In summa. Nota, quod res facilè redit ad naturã suam pristinã. itẽ, quod cessãte impedimẽto, cessat effectus ipsius. Syl.

h Senatũ. Cuius verba sunt ff.eodẽ. de assignãd.libert.l.j.

i Pertineant. Nulla scilicet facta assignatiõe.

k Eius scilicet patroni.

etiam libertam, & nō tantùm filio [a], nepotíve, sed etiā filiæ, neptíve, adsignare, permittitur.

¶ [illegible]

[a] Datur autē hæc assignandi facultas ei, qui duos, pluréſve liberos [b] in poteſtate habebit: vt eis, quos in poteſtate habet, adſignare libertum libertámve liceat. Vnde quærebatur, ſi eum, cui adſignauit, poſtea emancipauit, nū [c] euaneſcat [d] adſignatio? Sed placuit euaneſcere: quod & Iuliano, & aliis pleriſque viſum eſt. Nec intereſt, teſtamento quis adſignet, an ſine teſtamento: ſed etiam quibuſcunque verbis [e] hoc patronis permittitur facere, ex ipſi Senatuſconſulto, quod Claudianis temporibus factū eſt, Sabellio Ruffo, & Aſterio Scapula. COSS.

TITV. X.

DE BONOrum poſſeſſionibus.

¶ [illegible]

¶ [illegible]

IVs * bonorum poſſeſſio-

¶ a Filio. Etiam poſthumo: vt ff. eo. de aſſignand. libert. l. fin.

¶ b Pluréſve liberos. Nam in vno non eſt neceſſe. Accur.

¶ c Num. id eſt, an.

¶ d Euaneſcat. ff. eod. l. vtrū ei, cōtra. Sol. ſecūdū Plac. ibi valet aſſignatio facta emācipato, vt ibi: licet emācipatione hoc pdatur, ſi antea facta fuerit aſſignatio: vt hic argumē. ff. de arbit. l. nō diſtinguem'. §. ſacerdotio. vel dicſe cūdum Azon. ꝙ in l. cōtraria nō dicit fieri aſſignationē in emancipatū: ſed quærit an ſoli fieri in poteſtate poſſit. ſed nec in d. l. de arbitr. dicit ſolui cōpromiſſū, ſed non cōpelli ſententiam dicere. Accur.

¶ Prima ſolutio verior eſt ſecundū Chriſtophorū: q. a quando aſſignatio fit filio emancipato, pater eſt iā certus de cōditione ipſius, & valet: ſed ſi fuit in poteſtate, exiſtente eo emancipato euaneſcit. Syl.

[illegible]

Requirit ergo, vt aſſignatio teneat, ꝙ filius ſit in poteſtate, vt hîc, ſiue ſit exhæredatus. vel non: ſiue iam natus, ſiue poſthumus: vt l. prima. ff. eodem.

¶ e Quibuſcunque verbis. Etiam

nutu: vt ff. eod. l. j. §. aſſignare. & purè vel ſub conditione. ff. eodem. l. aſſignare.

ADDITIO. Quod autem habes in fine Sabellio. &c. Anto. Augu. lib. emend. 3. c. 7. reponit. ex Pandect. Florent. Velleo Ruffo, & Hoſterio Scapula COSS.

[illegible]

[a] Suprà viſū eſt de hæreditatib', quę ex teſtamēto, & ab inteſtato deferūt iure ciuili, & partim iure Prętorio. Verùm quia Prætor interdū emendauit, interdū cōfirmauit ius ciuile, in ſucceſſione teſtati, & inteſtati, dádo bonorū poſſeſſionē, ideo ſubdit de bonorū poſſeſſionibus.

Ivs bonorū. Totus iſte titul. diuiditur in quatuor partes. Primò ponit cauſas propter' quas fuit introducta bonor. poſſeſ. de iure Prætorio. Secundò ponit quas bono. poſſeſ. Prætor fecit. Tertiò Imperator quaſdā corrigit, & emēdat. Quartò quantum tēpus & quæ de ſtatutū ſit ad agnoſcendam bonorum poſſeſſionem. Secunda ibi Sunt autem bonorum. Tertia ib. Sed cas

*extr. pia. Et pitur. 28.

eas quidem. Quarta ibi, Cùm igitur plures.

CASVS. Prætor vrbanus potestatem habebat Romæ de bonis ciuium pro arbitratu disponendi: nam Prætor est ius ciuile loquens. itaque & secundũ & contra testatoris tabulas, ac voluntatem bonorum possessiones dabat. Ac quemadmodũ quidem Prætor contra leges xij. Tabularum & capite minutis, & cognatis bonorum possessionem daret, superius explicatum est. Sed ecce, C. Curius posthumũ, qui natus, non est inter suos futurus, veluti ex filio emancipato nepotem hæredem scripsit. Lex xij. Tabul. testamentum rescindit, Prætor pro suo imperio valere vult: ac posthumo nato dat bonorum possessionem. Quinimò leges Romę conseruabantur per Pretorem: vnde dicitur ius Honorarium, viua vox iuris ciuilis. nam ecce, Licinius hæredem instituit Cornelium. at filius Licinij bona possidebat. Cornelius impetrabit à Prætore, vt sibi liceat ea bona possidere: cogetúrque defuncti filius ei possessione cedere. Item suis, & agnatis dat bonorum possessionem. De agnatis exempla sunt in Verrina tertia, quam tibi studiose adolescens, lectu necessariam esse iudico. Cor. Vibul.

...nis [a] introductum est à Prætore emendandi [b] veteris iuris gratia. Nec solum in intestatorum hæreditatibus vetus ius eo modo Prætor emendauit [c], sicut suprà dictum est: sed in eorum quoque, qui, testamento facto, decesserint. Nam si alienus posthumus [d] hæres fuerit institutus, quanuis hæreditatem iure ciuili adire non poterat [e], cum institutio non valebat; honorario [f] tamen iure bonorum possessor [g] efficiebatur, videlicet cùm à Prætore adiuuabatur. Sed & is [h] à nostra constitutione [i] hodie rectè hæres instituitur, quasi & iure ciuili nõ incognitus [k]. Ali-

prà de hæreditatibus quæ ab Intestato. §. emancipati. sic ad legem Rhodiam de iactu l. vltima. §. j. & fin. Vel dic, emendandi propriè, vt in agnatis fœmininis, vbi ius Prætorium contra ius ciuile induxit: vt suprà de legitima agna. suc. §. cæterùm. versicul. sed quia. & in posthuma: vt infrà §. proximo.

¶ Dic, quòd aliter resoluit Fortunius in l. Gallus. in princip. ff. de liber. & posthum. vt suprà emendetur in vniuersum. l. xij. Tab. tanquam quæ prætermisisset, non quæ cótrarium disposuisset. Syluest.

¶ Nota quid sit emendare. Item, quòd de iure antiquo posthumus alienus non poterat hæres institui. Item ex fin. quòd nostra interest admitti ex pluribus capitibus ad successionem. Syluest.

¶ a Ius bonorum possessionis. id est, bonorum possessio, quæ est ius persequendi retinendiq; patrimonij, quod cuiusque, cùm is moritur, fuerit: vt ff. eodem. l. iij. §. bonorum.

¶ b [E]mendandi, id est, supplendi: quia [l]inus plenè dixerat ius ciuile, non cognoscens emancipatos: vt su-

¶ c Prætor emendauit. Expone, vt suprà.

¶ d Alienus posthumus. Quis sit *, dic, vt suprà titu. de legatis. §. posthumo.

* Tu verò videto hîc apud Por. & itidem de tripli ci posthumo ibidem in addi. Iac. Generi per speciẽ derogatur.

¶ e Adire non poterat. Vt suprà titul. de legatis. §. posthumus. contra. Solut. vt ibi.

¶ f Honorario. ff. eodem. l. non est. §. vbicunque. contrà. Sed hic specialiter ex illa regula excipitur per ipsum Prætorem: & quo ad hoc derogatur illi regulæ generali, quia non est dubium, quin generi per speciem derogetur: vt ff. de pœnis. l. sanctio legum. Communis solutio docto. est, quòd regula illa loquitur, quando in odium ipsius aliquis prohibetur succedere, non ex rigore iuris ciuilis, vt in posthumo. Tamen solut. glo. ibi, semper plus placuit, quòd ius ciuile non resistebat institutioni posthumi alieni, quanuis non assisteret: & ita dum essem scholaris disputando defendebam. Syl.

¶ g Bonorum possessor. Secundum tabulas.

¶ h Sed & is. scilicet posthumus alienus. Accursius.

¶ i Constitutione. scilicet Græca: vt suprà de legat. §. posthumus.

¶ k Non incognitus. Sed cognitus.

Nam constitutiones sunt de iure ciuili: vt ff. de iustitia & iur. l. ius autem ciuile.

a Neque emendandi. Vt s. eod. primo respon. Et dic emendandi, id est, supplendi.

b Neque impugnandi. Vt s. proxi. respon. dic. id est corrigendi.

c Veteris iuris. s. ciuilis.

d Bonorum possessionem. Nota tres vias Prætoris.

e Remota. Quare ergo* fecit Prætor? Respon. vt successoribus vias ampliaret: vt j. eo. §. quos sic. ff. de leg. ij. l. cùm filius. §. variis. Argu. cõtra ff. nau. cau. stab. l. idẽ. alias incipit, & ita. §. sed an sit. & §. sed si gratis.

*abest.

* hoc legendum hac in glos.

ADDITIO. Dic, quod imo concordat: quia ibi & si non necessariũ, vtile tamen fuit Prætorẽ se intromittere: quia qui recipit, omnino tenetur, vt ibi, quod non semper erat de iure ciuili, secundũ Angel. hîc.

quando tamen neque emendandi [a], neque impugnandi [b] veteris iuris [c], sed magis confirmandi gratia Prætor * pollicetur bonorũ possessionẽ. Nam illis quoque, qui rectè testamento facto hæredes instituti sunt, dat secundum tabulas bonorũ possessionem[d]. Item ab intestato suos hæredes, & agnatos ad bonorũ possessionem vocat. sed & remota [e] quoque bonorũ possessione, ad eos pertinet hæreditas iure ciuili.

¶ *Prætor solus non fa[illegible]*

Quos autẽ solus vocat Prætor ad hæreditatem[f], hæredes quidẽ ipso iure nõ fiunt. nã Prætor hæredẽ facere non potest. Per legem enim tãtùm, vel similem iuris* constitutionẽ hæredes fiũt: veluti per senatuscõsulta[g] *, & constitutiones principales: sed cũ eis Prætor dat bonorũ possessionẽ, loco hæredum cõstituuntur [h], & vocantur bonorum possessores.

¶ *Prætor ampliat successionis materiam vlterius, quã fit [illegible] duodecim tabularum. Aret.*

¶ Adhuc aũt & alios cõplures[i] gradus Prætor fecit in bonorũ possessionibus dandis, dum id agebat, ne q.s[k] sine successore moreretur. Nã angustissimis [l] finibus constitutũ per legem

fiũt: sic accipe, quasi diceret, Non sunt hæredes actu, sed potestate. Cor. Vib.

f Ad hæreditatem. id est, ad successionem: vt emancipatos ab intestato, & cognatos.

ADDITIO. Cur aũt Prætor hæredẽ facere nõ possit, vide copiosè apud Alciatum li. Parer. 3. c. 3.

* legis iuri.

g Per senatusc õsulta. Tertyl. & Orfitianum.

*senatuscon sulto.

h Cõstituunt. vt C. de suis & legi. hær. l. fi.

[illegible] Idẽ in succedẽtibus ex cõstitutiõe alicuius Baronis vel Marchionis: quia cẽset esse ius prætoriũ. Et not. quod nõ habet nisi actiones vtiles, nec ciuiles efficiunt prætoriẽ, secundum Ang.

Adhuc autẽ.

CASVS. Et quę tãdẽ causa Prętorẽ impulit: vt istas bonorum possessiones inueniret? Nimirũ, ne ciues Romani successore carerẽt. nã legibus xij. Tab. nõ satis multis casibus pronisum erat: vtpote primis tẽporibus, quibus nõdũ satis perspectũ erat, q.d vsus rerũ postularet. Sequens §. per se intelligit. C. V.

Quos autem.

CASVS. Curius posthumũ nepotem ex emancipato filio heredem scripsit. lex xij. Tab. repudiat. Pretor ei bonorũ possessionem promittit. quęro, ille posthumus natus dicetúrne hæres? minimè. quid ita? quia hæres significat herum. i. dominum, vt antea didicisti. Prætor autem non trãsfert dominia, sed tantùm bonorũ possessiones. quare posthumus ille, non hæres, sed bonorũ possessor appellabitur. Et cum dicitur, Hæredes quidem ipso iure nõ

i Complures. Quàm lex duodecim Tabularum. vel quàm dixerat.

k Ne quis. Sic. ff. de interrog. acti. l. & quia. in princ.

l Nam angustissimis. Nàm sui hæredes & agnati tantum succedebant de iure ciuili, ius integrum habentes: quia non sunt emancipati. de aliis enim nõ dicitur: vt s. de hær. quæ ab int. §. j. & de leg. agna. suc. in princip.

duodecim Tabularū ius percipiendarum hæreditatum Prætor ex bono, & æquo dilatauit.

¶ *Decem bonorum pos[illegible] rantur, quarū duæ primæ cōpetunt te-[illegible]*

¶ Sunt autem bonorum possessiones ex testamento quidem hæ: prima, quæ præteritis liberis a datur, vocatúrque contra tabulas *b. Secunda, quā omnibus iure scriptis hæredibus Prætor pollicetur, ideóque vocatur secūdum tabulas c testamenti. Et cùm de testatis * prius locutus est, ad intestatos transitum fecit d. Et primo loco e suis hæredibus, & iis, qui ex edicto Prætoris inter suos * hæredes connumerantur f, dat bonorū possessionem, quæ vocatur Vnde liberi g.

¶ a Præteritis liberis. Siue emancipatis, siue non: vt C. de lib. præte. l. maximum. circa princ. Accur. [illegible] Non tamen datur exhæredatis: item nec institutis, nisi cōmisso edicto p præteritos: vt l. non putauit. in prin. & §. fi. ff. de bon. poss. cōtra tab. licet adhuc dictus præteritus non petat, nec amplius petere posit bonorū posses. contra tabulas, secundum Angel.

b Contra tabulas. Sed quare datur suis cōtra tabulas: cū ipso iure nullū sit testamētum: vt s. de exhær. lib. in prin. Respon. duas habet vias: Vnā de iure ciuili, per quam potest dicere nullum. Aliam de iure prætorio, per quam non dicit nullum, sed annullandum: cùm nec fieri, nec desinere posit hæres de iure prætorio: vt C. de lib. præter. l. fi. & s. eo. §. quos autē. [Adde pro intelligentia huius oppos. ꝙ quanuis articulus sit valde disputabilis, tamen communis doc. resolutio est, ꝙ testamentum in quo filius in potestate est præteritus, sit ipso iure nullū. in l. posthumo. C. de bon. poss. cont. tab. Datur tamen contra tab. diuersimodè ad rumpendum: nam si præteritus sit emancipatus, tūc datur proculdubio ad rumpendum testamentum, quia testamentum valet iure ciuili. Si præteritus sit filius in potestate, tunc licet sit nullū, tamen datur ad rumpēdum, prout de facto processit: & ad declarandū nullum. non enim erat necessaria in filiis in potestate talis bon. poss. cōtra tab. sed occasione emancipatorum ipsis etia[m] concessa fuit sub vna determinatio[ne] [illegible] §. eadem. s. de hæred. quę ab inte[stat.] & ita resoluit pluribus verbis Dec[ius] in d. l. posthumo. in iij. dubio. vers. te[r]tius & vltimus. & ita tenet Syl.] Itē q[ua]re contra tab. dicitur ex testamento, cùm magis contra testamentū dici deberet, cùm rumpi* testamentum: vt C. de col. l. vt liberis? Resp. ideo in re sic dicitur, quia sine testamento competere non potest. Itē, quare hanc pręmisit, cùm secūdū tab. dignior sit? Respō. quia donec ista cōpetit, illa dari nō potest: vt ff. de secun. nup. l. j. §. æquissimum. j. respon. [Respectu ergo bonorū possessio cōtra tab. non est dignior: respectu aliarū, quia datur secūdum voluntatem testantis, dicitur dignior, prout declarat Deci. in rub. C. de cōtra tabu. in fin. Syl.] Item nunquid hæc parenti datur contra tab. filii emancipati? Respon. sic, ad instar patroni: vt ff. si à pa. quis fue. ma. l. j. & arg. ff. de bon. dam. l. fin. sic ff. si ta. test. nul. exta. l. j.

*testamenti.

*Aliàs de testamentis.

c Secundum tabulas. Sic ff. si ta. test. nul. exta. l. j. Et hoc, quando testamentum factum est in scriptis. aliàs secundum nuncupationem: vt C. de secund. tabu. l. ij.

d Fecit. Sic ff. si ta. testa. nul. exta. l. j. in princip.

e Primo loco. l. inter eas, quę ab intestato deferuntur. Et not. hunc ordinem qui sequitur in edicto fuisse: sed non in obseruando: vt infrà sequitur.

*suis.

f Connumerantur. Vt suprà de hæredit. quæ ab intestat. §. ij. & §. emancipati.

g Vnde liberi. Quid erit econtra, filio emancipato mortuo? Respondet pater habet bonorū possessione. Vnde parentes, vel Vnde liberi, vtiliter: cùm ęqua ratione vocēt patrem ad hæreditatem filii: vt ff. de inoffic. test. l. nam & si. ff. vnde liberi. l. scripto. Vel dic Vnde legitimi, cùm semper contracta fiducia eum emācipet: vt de legiti. agnato. succ. §. fin. [Com-

Pater quo iure venit ad bona filii emancipati.

Secundò, legitimis [a] hæredibus. Tertiò, decem personis, quas extraneo manumissori [b] præferebat. Sunt autem decem personæ hæ, pater, mater, auus, auia, tam paterni, quàm materni: item filius, filia, nepos, neptis, tam ex filio, quàm ex filia: frater, sororve,* consanguinei vel * vterini. Quartò, cognatis [c] proximis. Quintò, tanquam* ex familia [d]. Sextò, patrono [e] patronæque, liberísque eorum, & parentibus. Septimò [f], viro, & vxori. Octauò, cognatis manumissoris.

*siue. *sua. *tum quem.

¶ *Bonorũ possessiones contra tabulas & secundum tabulas: item Vnde liberi, & Vnde legitimi, siue agnati: hodie sunt necessariæ.*

Sed eas quidem Prætoria introduxit * iurisdictio, à nobis tamen nihil

*indixit.

munis conclusio docto. Citramon. est contra gloss. hìc. Tenent enim, quòd detur vtilis Vnde liberi, Vnde parentes. Vltramontani tenent cõtrarium: quæ opinio disputando teneri potest: vt per Ludoui. Goza. in l. qui se patris. C. vnde liber. post alios. In quo aduerte: quia maxima est vtilitas. Nam si pater venit per Vnde liberi, poterit venire ex triplici capite: & sic habet tres annos vtiles ad succedendũ filio, scilicet per Vnde liberi, per Vnde agnati, & per Vnde cognati. l. j. §. sed videndum. ff. de successo. edict. aliàs haberet tantùm duos. Syl.] Item nunquid filio in bonis matris datur hæc bonorum possesio? Resp. non: vt C. de suis, & legi. hæred. l. fin. Item nunquid in aliis vlterioribus ex linea descendentibus suprà dicta seruantur scilicet, vltra filios? Resp. sic. cùm omnes inferiores dicantur liberi: vt ff. de verbor. sign. l. liberorum. in princ.

¶ a Secundò, legitimis. id est, agnatis, & eis qui eorũ loco sunt: vt ꝰ. de leg. agna. succes. §. j. & ij. & §. hoc etiam. & ff. vnde leg. l. ij. §. hęc autem. ij. & l. iij.

¶ b Tertiò decem personis quas extraneo manumissori. id est, qui emebat filium à patre, & postea eum manumittebat. nam sic fiebat olim emancipatio: vt suprà quib. mod. ius pat. potest sol. §. præterea. vel melius: vt ĵ. eodem. §. quæ autem.

¶ c Quartò cognatis. Qui iure ciuili non vocantur: vt ff. vnde cog. l. j. primo respon. & suprà de success. agna. primo respon.

¶ d Quintò tanquam ex familia. Quæ dabatur patrono, liberto moriente intestato. sequens dabatur eodem liberto moriente cum testamento, secundum quosdam. Vel dic, quod hæc familiæ, id est, agnatis trãsuersalibus patroni datur vsque ad quintum gradum: vt ff. de verb. signi. l. pronunciatio. §. familiæ. & ĵ. eod. §. cúmque. & ꝰ. de success. lib. §. multis. Sequens patrono, & descendentibus & ascendentibus vsque ad quintũ gradũ. Prima enim nõ valet: cùm hic tractetur tãtùm de iis, quæ ab intestato deferuntur.

ADDITIO. Alciat. lib. Par. j. c. xij. id est, inquit, ex iure gẽtilitatis. Gentiles autem sunt, qui eiusdẽ sunt nominis, tamet si sanguine & cognatione inter se coniuncti nõ sint.

¶ e Sextò patrono. Quare primò agnati patroni vocantur, quàm ipsi patroni? Resp. hìc ordinem edicti seruat: tamen qualiter succedi de facto debeat: & hic error in aliis casibus inuenitur.

¶ f Septimò. Deficiente parentela, & fisco excluso: vt C. vnde vir & vxor. l. prima.

¶ Sed eas. CASVS. Video Prætorẽ decem bonorũ possesiones introduxisse. Iustinianus autem nunquídnam noui instituit? Quantum ad contra tabulas, & secundũ tabulas, nécnon Vnde liberi, & Vnde legitimi nihil mutauit. Sed vnde decem personæ, sustulit. Qua ratione? quia illa dabatur tum, cùm fiducia contracta nõ esset: id est, cùm pater fiduciarius, cui pater naturalis suum filium manciparat, non vicissim illum sibi venditum filiũ vero patri remanciparat. Hodie verò remãcipationes illæ non fiunt: ac liberati sunt parentes illa solicitudine. qua de causa Bonorũ possesio, quæ tũ dabatur, quũ illa remancipatio necessaria prętermissa erat, sublata est. Cor[illegible]tib.

Not. quòd superuacua sunt e[illegible]i[illegible]canda. Item, quòd sublato fundam[illegible]to, tollitur ædificatum. Syluest.

Sed eas. scilicet, supradictas decem bono[illegible]m

bonorum possessiones.

¶ a Incuriosum. id est, sine cura.

¶ b Constitutionibus. Quæ remanserunt in Græco. Accursius.

¶ c Necessarias, id est, vtiles. sic ff. de offic. Prætoris. l. j. in princ.

ADDITIO. Dic imò aliquę sunt necessarię: vt j. eodẽ. §. finali. &c. Angel.

¶ d Quinto loco. s. cõnumeratis bo. possess. ex testamẽto, & ab intestato.

¶ e Manumissori. expone vt s. §. iij. Vel dic, quod extraneus manumissor est ipse pater, quando nõ cõtractatã fiducia emãcipat. Sed si quæras quare sibi ipsi præfertur? Respõ. sanè intelligas, vt pater auum emãcipantẽ nepotẽ præcedat, vel si ipse pater emancipauit: inueniuntur tamen nouẽ personę, quę eum præcedũt.

¶ f Constitutio. C. de emancip. libero. l. fi.

¶ g Manumissoribus. i. Emancipatoribus.

¶ h Contracta fiducia. i. saluo iure succedẽdi.

ADDITIO. De hoc vide quæ notauim. in tit. de fid. tu. s. & §. vlt. de leg. ag. suc. vbi ostẽdimus, quod etiam hic Theophi. cõfirmat fiduciariũ patrẽ, postquã filiũ sibi mãcipatum manumisisset, fuisse solitum ... filii hæredes perinde vt patroni, manumissorũ seruorũ hæredes sunt. Quare op. fuisse, vt ille pater fiduciarius per illum filium suo vero ac naturali patri mãciparet, itaque cõtracta, id est, vltro citróque facta fiducia, verus pater filium suum mauumittebat, & sic hęres eius fiebat.

incuriosum [a] prætermissum est: sed nostris cõstitutionibus [b] omnia corrigẽtes, contra tabulas quidem, & secũdum tabulas bonorum possessiones admisimus, vt pote necessarias [c] constitutas, nec non ab instato Vnde liberi, & Vnde legitimi, bonorum possessiones.

¶ *Bonorum possessio, Vnde decem perso-... ..., & in eius locũ bonorũ possessio Vnde cognati, est collata. Angelus.*

¶ Quæ autem in Prætoris edicto quinto loco [d] posita fuerat, id est, Vnde decẽ personæ: eã pio proposito, & cõpendioso sermone superuacuam ostẽdimus. Cùm enim præfata bonorum possessio decẽ personas proponebat extraneo manumissori [e], nostra constitutio [f], quã de emãcipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus, eisdẽque manumissoribus [g] cõtracta fiducia [h] manumissionem [i] facere dedit [k], vt ipsa manumissio [l] eorũ hoc in se habeat priuilegium, & superuacua fiat supradicta [m] bonorũ possessio. Sublata igitur prædicta * quinta bonorũ possessione, in gradum eius sextã antea bonorũ possessionẽ induximus, & quintã fecimus: quam Prætor proximis cognatus pollicetur.

¶ *... Tanquam ex familia, & Vnde patroni, patronaque & parentes eorum, sunt sublatæ. Aret.*

¶ Cùmque antea septimo loco fuerat bonorum possessio, Tanquã ex familia, & octauo Vnde liberi patrõni patronæque, & parentes eorum, vtranque per constitutionem [a] no-

¶ i Manumissionem. id est, emãcipationem.

¶ k Dedit. id est concessit.

¶ l Manumissio id est, emancipatio.

¶ m Supradicta bo. poss. Vnde decẽ personæ.

¶ a Cùmque antea. THEMA. Quas præterea bonorũ possessiones Imperator sustulit? Tãquã ex familia, & Vnde patroni, parentes & liberi eorum. Prior locũ habebat, si libert. decessisset sine liberis, atque intestatus. Nam patrono mortuo, agnati cognatíque patroni succedebant Tãquã ex familia. Posterior locum habebat cùm defuncto liberto intestato sine liberis, patronus aut eius liberi vel parẽtes neque Vnde legitimi, neque tanquam ex familia postulãt. Et quãobrẽ vtraque hæc sublata est? Quia ferè peræquata sunt iura successionum ingenuorum hominum ac libertinorum: quare sufficere visa est bonorum possessio contra ta-

* præfata.

Cc. iiij.

bulas, & Vnde legitimi & Vnde cognati.Cor.Vib.

¶ Not.ergo iura & bonorũ possessiones antiquas esse sublatas. Itẽ, ꝙ hodie sex sunt bonorum possessio, & septima quæ sequitur.Syl.

hodie autem vtraque in vnam, ac simplicem contracta est.Cor.Vib.

¶ c Altiori.Hinc trahe, quòd digniores altiori loco sedere debent. & est altior, qui proximior domino est. tyrones vero posteriori: vt C. de tyro.l. fin. lib.xij & ff. de aqua pluuia. arcen. l. prima. §. penult. & C. de offic. recto. prouinc. l. potioris. Accursius.

stram, quam de iure patronatus fecimus, penitus euacuauimus. Cùm enim ad similitudinem successionis ingenuorũ, libertinorum successiones posuimus [a], quas vsq; ad quintum gradum tantũmodo coarctauimus, vt sit aliqua inter ingenuos & libertinos * differentia: sufficit eis [b] tam Contra tabulas bonorum possessio, quàm Vnde legitimi, & Vnde cognati: ex quibus possunt sua iura vendicare, omni scrupulositate, & inextricabili errore duarũ istarum bonorum possessionum resoluta *.

¶ Aliam verò bonorũ possessionẽ, quæ Vnde vir, & vxor appelatur, & nono loco inter veteres bonorũ possessiones posita fuerat, & in suo vigore seruauimus, & altiori [c] loco, id est sexto, eã posuimus: decima [d] quoq; veteri bonorũ possessione, quæ erat Vnde cognati manumissoris, propter causas enumeratas [e]*, meritò sublata: vt sex tantũmodo bonorũ possessiones ordinariæ pmaneant, suo vigore pollentes.

¶ *Etiam hodie viget bonorum possessio* [illegible] *cum occupat. Et bo*[illegible] *Vnde cognati, ma*[illegible] *tantùm sex bonorũ possessiones ordinariæ. Angel.*

¶ *Si lex dat alicui bonorum possessionem de nouo ex testamento, vel ab intestato: illa dicitur* [illegible]

¶ Septima eas secuta, quam optima ratione Prætores introduxerunt [f] Nouissimè enim promittitur edicto iis etiam bonorum possessio, quibus vt detur [g],

¶ a Constitutionẽ. de qua habuimus mentionẽ s. de succ. libe. §. sed nostra.

¶ b Posuimus. Vt s. de succes. lib. §. multis.

¶ c Sufficit eis. scilicet tã cognatis, quàm agnatis patroni. ADDITIO. Qui excludunt agnatos, & cognatos ipsius liberti: vt l. liberto sine liberis. ff. de bon. libe. nec eis fit iniuria: q.a si stetissent in seruitute, nõ habuisset cognationem.

*libertos.

¶ Aliam. CASVS Quid est bonorũ possessio Vnde vir & vxor? Ea locum habet, quando vir, aut mulier sine testamẽto decessit, nemine relicto, qui supradictas bonorum possessiones postulet. Est ne sublata? minimè. Sed ea vnde cognati patroni, quæ tũ dabatur, quum liberto instato neq; patronus, neq; aut liberi, aut agnati ei⁹ erãt, sed soli cognati. Et sanè hodie quoq; succedunt, p Vnde cognati. sed olim erãt duæ, nempe Vnde cognati ingenuorum, & Vnde cognati patronorum:

*t e soluto.

¶ d Decima. Bene dico sexto poni. & hoc dico sublata decima. Accurs.

¶ e Enumeratas. suprà eod. §. cùmque.

¶ Septima eas, CASVS. Sertilius apud hostes decessit. Lex Cornelia me proximũ agnatũ hæredẽ facit, ac similiter mihi bonorum possessionẽ tribuit. Debeo igitur extra ordinẽ postulare à Prætore bonorũ possessionẽ, quę appellat, qua ex legibus. Cornel. Vibul.

*enumeratas.

¶ f Introduxerunt. Vt ff. vt ex leg. & senat. l. j. j. respon.

¶ g Vt det. scilicet bonorũ possessio. Et nota duo esse necessaria, vt hæc bonorũ possessio cõpetat: scilicet, vt lege caueat, vt bonorũ posses[illegible] de[illegible], & ꝙ de [illegible] iure ciuili nõ possit succedere, alias c[illegible] tit Vnde legitimi: vt ff. vnde legi. l. j. & ff. vt ex legi. & senat. l. j. §. fina. Ac[illegible]

lege [a], vel senatus consulto [b], vel cō stitutione [c] cōpræhensum est: quam neque bonorum possessionib⁹, quæ ab intestato veniunt. neque iis, quæ ex testamento sunt, Prætor stabili iure connumerauit: sed quasi vltimum & extraordinarium [d] auxiliū (prout res exegit) accommodauit, iis, scilicet, qui ex legibus, senatuscō sultis, constitutionibúsve principum, ex nouo iure, vel ex testamento, vel ab intestato veniunt.

¶ *Ne diutius creditores suis actionibus experiri impediantur literis & parē ... agnatis vero & co ... tum, ad petendam ... præfinitur. Portio autem non petentis pari in gradu accrescit: vel si nullus extiterit, per edictū successorium, qui in sequenti sunt gra- ...*

¶ Cùm igitur plures [e] species successionum Prætor in-

¶ Dic tu secundum Ias. in l. certū. C. vnde legit. quatuor necessaria. Primò ꝙ deferatur ex legibus nouis, & senatusconsultis. Secundò, ꝙ tales leges sint ciuiles, & nō prætoriȩ, Tertiò, ꝙ ꝑ illas leges deferatur noua bonorū possessio exprsse, & specialiter, nō autē in indiuiduo, nec nominatī. Quartò, ꝙ nō sit vocatus ꝑ legē. xij. Tabul. ad hæreditatem: quæ colligūtur ex dictis omniū doct. Syluest.

¶ a Lege. Ponunt quidā exemplum ex testamento: vt C. de inofficio. testamen. l. iij. §. sed cum eā. ex eo ꝙ filius nat⁹ in puerperio institutus præsumitur. Ab intestato ponūt exemplum in agnatis fœminis, & in quibusdam cognatis, qui efficiūtur agnatis similes: vt §. de legiti. agna. successio. §. hoc etiā. Vtrūque reprobo: quia nulla lex expresse dat supradictis bonorū possessio. sed eos succedere dicit. ergo non datur hæc septima, sed Vnde legitimi: vt ff. vnde legit. l. iij. Pone ergo exemplum ex testamēto in posthumo alieno instituto: vt §. e. §. j. q. incipit, nā si alienus. Itē tam ex testamēto, quàm ab intestato. pone exēplum in eo, q. decessit apud hostes, in cuius bonis datur bonorum possessio, ex lege noua Corn. ff. de bonorū posse. l. iij. §. sed & eius.

¶ Hæc exēpla reprobantur per doct. maximè per Alexand. in l. certum. C. vnde legiti. vbi Iason ponit alia exempla, quæ etiam indicio meo difficilè seruari possunt, tamen non est materia p... iuuenibus. Syluest.

¶ b ... natusconsulto. Orfitia. & Ter. vt ff. vnde leg. l. ij. in princip. & §. fina. nam eis datur bon. possef. ibi, & non succedebant de iure ciuili: vt §. ad Tertyllia. in princi. debet ergo dari hæc: vt ff. vnde legi. l. iij.

¶ c Constitutione. Ponunt exemplū. §. de leg. agna. succes. §. hoc etiam. Itē C. de emā libe. l. fi. Sed hoc reprobo: cum lege non caueatur eis dari bono. posses. vnde habēt Vnde legitimi: vt ff. vnde legiti. l. iij. Potest tamen dici, quòd ibi subaudiatur maximè & sic stabit prima expositio. Vel melius dic, si aliqua noua constitutio fieret de nouo, quæ daret bonorū posses. ex ea, daretur hæc septima.

¶ d Et extraordinariū. No. duobus modis fieri bonorum possessionē extraordinariam: quia vaga, vt hic item quia non tribuit ius: vt Carboniana: & si venter mittatur in possessionem: & illa quæ datur gratia agnoscendæ litis, quæ datur sine causæ cognitione: vt ff. de Carb. edic. l. iij. §. causæ. & de vent. in poss. mitt. l. vbicunque. §. interdum. & de inoffic. test. l. Papinianus. §. j. & aliæ cum causæ cognitione: vt ff. de bon. pos. l. iij. §. si causa. & ff. quis ordo in bonorum possessio. seruetur. l. ij. §. dies. & §. in bonorum. Carboniana possessio ius non tribuit.

¶ Cùm igitur. CASVS. Filius, vel pater defuncti Titij nō postulauit bonorū possessionē ꝑ aliquot mēses: quæro an eā idcirco amittat? Si annum vnū prætermiserit, neque postularit, amittet. Quid, si agnatus, aut cognatus sit? Tunc si intra centum dies non postularit, similiter amittet, eíque succedet is qui gradu proximo inuenietur, atque ita deinceps. Cor. Vib.

¶ Not. ꝙ nō debet præiudicari creditoribus differēdo solutionē. Syluest.

¶ e Plures. Quia decem, quarum sex remanserunt ordinariȩ: vt §. eod.

§.aliam usque ad §.septima.

a Disposuisset. Alio modo in edicto, quàm de facto competit: vt diximus s.eo.tit.§.vj.

b Differrentur. Sic ff. de succes. edict.l.j.respó.

c Liberis. Naturalibus: & emācipatis & emācipātibus: vt ff. de successo. edict.l.j.§.fina.

d Anni spatiū &c. in honorem sanguinis: imò nō videtur coarctādi, cùm velut ad propria bona veniāt: vt ff. de successo. edict.l.j.§.largius. & de libe. & posthu. l. in suis.

e Accrescit. Partes enim nō petētium accrescunt petentibus: vt C.quan. non pe. par. pe. accr.l.vnic.

f Ex successorio edicto. Hoc intellige in cognatis, sed inter agnatos successoriū edictū locū nō habebat: sed hodie vtrūque locū habet. vt s.de legi. agna. suc.§.placebat.

g Pollicetur. scilicet Pretor.

h Nō esset. Exclusus tamē tāquā filius admittipōtvt agnatus, & exclusus vt agnatus, admitti ē vt cognatus: vt sibi succedere videat: vt ff.de succ.edict.l.j.§. sed videndum.

tutum. secus si ad ius adeundi: qa ad illud tantùm refertur, quod exprimitur: nisi esset adiecta causa generalis, putà, quia hæreditas est dānosa, vel similis: nam ex tali ratione repudiatio ad vtrunque refertur, secundū Ang.hîc.

troduxisset, eásque per ordinem disposuisset [a], & in vnaquaque* specie successionis sæpe plures extent dispari gradu personæ, ne actiones creditorū differrentur [b], sed haberent quos cōuenirent: & ne facilè in possessionē bonorum defuncti mitterentur, & eo modo sibi consulerent, ideo petendæ bonorum possessioni certum tempus præfiniuit*. Liberis [c] itaque, & parentibus, tam naturalibus, quàm adoptiuis in petenda bonorū possessione anni* spatium [d], ceteris[autem* agnatis, vel cognatis,] centum dierum dedit. Et si intra hoc tempus aliquis bonorum possessionem non petierit, eiusdem gradus personis accrescit [e]: vel si nullus * sit, deinceps cæteris bonorum possessionem perinde ex successorio edicto [f] pollicetur [g], ac si is, qui præcedebat, ex eo numero non esset [h].

¶ *Primo repudiante bonorum possessionem, statim sequēti incipit currere tempus ...*

Si quis itaque delatā sibi bonorum possessionē repudiauerit [i], nō quousque tempus bonorū possessioni præfinitū excesserit, expectatur: sed statim cæteri ex eodem edicto admituntur [k] *.

¶ *Dies ad bonorum possessionem agnoscēdam præfixi vtiles sunt non continui: & bonorū possessionem citra ... iudice agnoscere sufficit.*

In petenda* autem bonorum possessione dies vtiles [l] singuli considerantur. Sed bene anteriores principes [m] & huic cau

ADDITIO. Tu dic, quòd simplex repudiatio, vel relata ad hæreditatem, concernit omne ius, & omnes vias succedendi, quando habet substi

i Repudiauerit. intra suum tempus.

k Admittunt. Vt C. eod.l.fin.

l Dies vtiles. In quibus tria concurrere oportet, scilicet, q iudicis copia sit, itē actoris, item rei: vt ff. de diuers. & tēpo.præscript.l.j.& ff. quis ordo in bon. posses. ser. l. j. in prin.§.dies.

ADDITIO. Hoc verū intellige de iure antiquo. Itē in illis bon. posses. quę tribuūt ipse vocatus in aliis, vt est bon. posses. Th. quæ datur gratia litis agnoscendæ. Itē Carboniana, & quę vētris nomine, de quibus an tribuāt ius in poss. & an hodie procedant, & in eis locū habeat iste tex. vide per Ioan. Fabr. hîc. Hodie autē in distinctè in omnibus bono.pos ses. dies dicūtur vtiles: etiā si iudex p tribunali non sedeat: & incipiunt currere à die scien tię: & currunt quādiu non dubitat an sibi cōpetat bono.pos. secundū A... in Principes. C. qui admit. ad bon. pos.l.pen.& l.fin.

Marginalia: quasque. — definiuit. — annū. — inclusa absunt. — nemo. — vocabantur. — absit.

a Pro petẽda. erat enim alia edictalis, quæ ex edicto mortui Prætoris cõpetebat. hanc non erat necesse peti: vt ff. de bon. poss. l. iij. §. sed & si nemo. Alia decretalis, quæ à Prętore viuo decernitur: & hoc olim solẽniter: hodie sufficit, quocunque modo dicat se velle agnoscere, quæ iudicialis dici pôt: quia in iudicis præsentia agnoscitur, vt hîc. & C. qui admitt. ad bon. poss. l. pen. & fin. Item nunquid hodie bonorũ possessiores locũ habẽt? Resp. sic: nam & cas proponere, quis pôt: & contra tabulas necessaria est filio emancipato, & præterito. Item vnde vir, & vxor necessaria videtur, & vt olim aliæ non erant necessariæ, sic nec hodie: eis tamẽ vti possumus. Alii contrà, cum nouus modus succedẽdi sit inuentus: vt in authen. de hær. ab intesta. per totum. collat. ix.

...sæ prouiderunt, ne quis pro petenda[a] bonorũ possessione curet, sed quocunque modo admittentis* eã iudicium, intra statuta tamen * tempora, ostenderit[b], plenũ habeat earum* beneficium.

*admittendi.
*abest.
*eorum

ADDITIO. Aemyl. Ferre. ex manuscriptis libris ita legit, Ne quis pro petenda bonorũ possessione curet, sed si quocunq; modo admittendi eã voluntatẽ demonstrarit, & iudiciũ intra statuta tñ tempora ostenderit pleniarũ (aliâs plenissimũ) habeat, &c. cuius lectionis vestigia, sanè non parua deprehendimus in antiquo libro manuscripto, quem nobis Germanus Colladonius Iurisconf. doctiss. commodauit.

b Ostẽderit. Corã quocunq; iudice.

Hæc gl. non est. Accur.

TIT. XI.

DE ACQVISITIONE PER ARROGATIONEM.

¶ *Quamuis omnia arrogati bona (his dẽptis quæ capitis deminutione pereunt) arrogatori patri olim pleno iure acquirebatur, hodie tamen solis adurnitatiorũ vsusfructus instar naturalium*

...

EST & alterius generis per vniuersitatẽ successio[c], quæ neque lège duodecim tabularum, neque Prætoris edicto, sed eo iure, quod consensu[d] receptũ est, introducta est. Ecce enim cùm paterfamiliàs sese in arrogationẽ dat, omnes res[e] eius corporales, & incorporales, quæq; ei debitæ sunt, arrogatori anteà[f] quidẽ pleno iure acquirebãtur: exceptis iis, quæ per capitis diminutionem[g] pereunt, quales sunt operarum[h] obligationes, & ius a...

ACQVISITIONE per arrogationem.

Quia bona, quæ nobis acquiruntur vniuersali, aut acquirũtur per aditionem hereditatis, aut per bonorum possessionem, aut per arrogationem, aut per adiectionem bon. causa libertatum conseruandarum. §. fina. suprà per quas personas nobis acquir. ideo viso suprà de hære. & bonorum possessio. sequitur videre de acquisitione per arrogationem. Porcus.

EST & alterius. Totus iste titulus diuidit in tres partes. Primò vnde fuit introducta acquisitio per arrogationem. Secundò postea illud declarat tã de iure antiquo, quã moderno: & quid arrogatori acquiratur. Tertiò an arrogator teneatur ad debita arrogati. Secunda ibi, ecce enim. Tertia ibi, sed ex diuerso.

c Successio. vt ff. pro soc. l. actione. §. morte vnius. versic. societas.

d Consensu. scilicet, arrogantis, & arrogati.

e Omnes res. Et etiam filii, vt suprà de adop. §. illud.

f Anteà. id est iure veteri.

g Per capitis diminutionem. scilicet, minimam, dando enim se in arrogationem minimam capitis diminutionem patitur: vt suprà de cap. diminut. §. minima.

h Operarum. Hoc intellige de operis quę à libertis debentur: & non trãseunt ad hæredem extraneum: vt sunt obsequiales, quæ in faciendo consistũt, scilicet, assurgere, & similia: vt ff. de oper. liber. l. liberti. Item in fabrilibus incertis: vt ff. de oper. liber. l. si operarum iudicio. aliud si conduxerit ille arrogatus operas alicuius. nã istæ arrogatori quæruntur.

Operas obsequiales debent liberti patronis.

a Ius agnationis. Ius succedendi, quod quis per agnationem consequitur. & hoc hodie est: vt infrà eodem §. mortuo. [Hoc tamen secundū Angelum non est verum: quia stante æquiparatione cognationis, & agnationis sublata agnatione remanet cognatio, & ideo agnatus retinet successionē patris naturalis. Syl.] Item, ius petendæ bonorū possessionis petit, si ante eam petitam arrogandum se dederit: aliud si iam petiit: vt ff. vnde lib. l. fi. & de cōtratab. l. iij. §. si emancipatus. Accur.

[illegible]

Ius tamē adeundi de iure ciuili indistinctè retinet: & fortè etiā inuit⁹ adire cogi poterit ad instar naturalis.

*Patribus. *familiarum.

b Cōstitutio. C. de vsufruc. l. corruptionem. Accurs.

c Nunc autē. Aduersatur ei. quod s. dixerat, omnes res acquirebantur arroganti.

d Naturalium parentū. Vbi in aduentitiis. tantùm vsusfructus quæritur: vt C. de bonis, quæ libe. l. cū oportet.

e Quæ extrinsecus. id est, in aduentitiis. *abest.

f Aliæ personæ. Vt descēdentes ex filio arrogato, vt C. communia de successio. l. fin. vbi est constitutio, de qua hîc fit mentio. Item, si hîc arrogatus esset impubes, & impubes decederet, admitterentur & alii ex stipulatione, vt ff. de adopt. l. non enim aliter. & l. his verbis. & l. hęc autem. s. de adoptio. §. cùm autē. Sed quid in patre naturali, à quo hic arrogatus erat emācipatus? Respon. Pla. eum præferri arroganti, sed hodie fratres vtrinq; cōiuncti vocantur cū arrogante: vt in authen. de hered. ab intest. §. cōsequēs. collatio. ix.

Arrogato quæ personæ succedere debent.

g Nō possunt. Vt in aduentitiis. profectitia enim sibi nō auferuntur.

h Conueniūtur. De facto. nam non tenetur de iure: sed de iis, quę contraxit postquā fuit arrogatus tenetur de peculio: vt ff. de peculio legato. in arrogatorē. & si tunc non defendat pater, in bonis ipsius patris fit missio, vt ff. quibus ex causis in possessio. eatur. l. Fulcinius. §. si quis. Accursius.

---

gnationis [a]. vsus etenim, & vsusfructus, licet his antea connumerarentur: attamē capitis deminutione minima eos tolli nostra prohibuit cōstitutio [b]. Nunc autem [c] nos eandem adquisitionem quæ per arrogationem fiebat, coarctauim⁹ ad similitudinē naturalium parentū[d]. Nihil enim aliud, nisi tantummodo vsusfructus, tā naturalibus parentibus * quàm adoptiuis per filiosfamiliàs* adquiritur in iis rebus, quæ extrinsecus [e] filiis obueniunt, dominio eis integro seruato.

¶ [illegible]

Mortuo aūt filio arrogato in adoptiua familia, etiā dominium rerū* eius ad arrogatorē pertransit: nisi supersint aliæ personæ[f], quæ ex cōstitutione nostra patrem in iis, quæ acquiri non possunt [g], antecedant *.

*antecedunt T.

¶ [illegible]

Sed ex diuerso, pro eo, quod is debuit, qui se in adoptionem dedit, ipso quidem iure arrogator non tenetur, sed nomine filii cōuenitur [h]*, & si noluerit eum defendere, permittitur creditoribus per cōpetentes nostros magistratus bona, quæ eius cum vsufructu futura fuissent, si se alieno iuri non subiecisset, possidere: & legitimo modo ea disponere.

*conuenitur.

[illegible] bona [illegible] cun [illegible]

¶ [illegible]

Suprà [illegible] est de [illegible]

tione, quæ fit per arrogationem, & sic titulo vniuersali. vtrùm, quia est & alia, quæ fit per addictionem bonorum libertatum conseruandarum causa. §. fi. supra per quas perso. nob. acquiritur. ideo subdit de eo cui libertatis causa bona addicuntur. Porc.

a Ccessit. Totus iste titul. diuiditur in quatuor partes. Primò ponit acquisitionē causa libertatis conseruandæ. Secundò illud per rescriptū diui Marci probat. Tertiò verba dicti rescripti interpretatur. Quartò illud supplet. Secunda ibi, & ita diui. Tertia ibi, Hoc rescripto. Quarta ibi, Sed cū multas. Acc.

a Nouus casus succesionis. Et est hic quartus succedēdi modus: vt s. per quas pers. nob. acquiri. §. fin. Accur.

b Ex constitutione. Cuius verba sunt. j. eo. §. si Verginio.

*Popilium.

c Acceperūt. destinatione.

*Ant. Aug. lib. 8. 3. c. 8.

d In testamēto. Idem priuilegiū dat cuilibet petenti bona hac contemplatione: vt C. de testa. ma. l. fi. Accur.

ADDITIO. Et is præfertur, qui præuenit. vt ibi, in d. l. fin. §. sancimus.

e Non aditur. scilicet, ab hærede.

f Hæreditas. Quomodo ergo valet, quod in eo relictum est: vt s. de fideic. ... quam? Resp. hic speciale est.

vel alius peteret sibi addici bona defuncti, & satisfacere ... tanquā successor defuncti: & serui, quibus libertas directò vel per fideicōmissum est relictá, erunt liberi, etiā si bona ferent à ...

Accessit nouus casus successionis[a] ex constitutione[b] diui Marci. Nā si ii, qui libertatem acceperunt[c] à domino in testamento[d], ex quo nō aditur[e] hæreditas[f], velint bona sibi addici libertatū conseruandarū causa, audiuntur. Et ita diui Marci rescripto ad Pompilium* Ruffum cōtinetur: verba rescripti ita se habent: Si* Verginio Valēti, qui testamēto suo libertatem quibusdam adscripsit, nemine successore ab intestato existēte, in ea causa bona eius* esse cœperunt, vt venire[g] debeant: is, cuius de ea re notio est, aditus rationē desiderii tui habebit: vt libertatum tam earum, quæ directo, quàm earū, quæ per speciem* fideicommissi relictæ sunt, tuendarū gratia addicantur tibi: si idoneè[h] creditoribus[i] caueris de solido quod cuique debetur, soluēdo. Et ii quidē quibus directa libertas data est, perinde liberi erunt, ac si hæreditas adita esset[k]. Ii autē, quos hæres manumittere rogatus est: à te libertatem consequentur: ita, vt* si non alia conditione velis tibi bona addici, quam vt ii* etiam, qui directò libertatem acceperunt, tui liberti fiant[l]. Nam huic[m] etiam voluntati tuæ, si ii, de quorum statu agitur, consentiant[n],

g Vænire. id est, vendi.

h Idoneè. Fideiussoribus, vel pignoribus, vel fide habita: vt ff. de fideic. lib. l. iij. §. addici.

Et sic dictio cautio, quæ sui natura importat nudā cautionē propter adiectum verbū idoneè, exigit fideiussores, vel pignora: & ita cōmuniter interpretatur: patitur tamē plures exceptiones, de quibus latè per Ias. in l. sancimus. C. de verb. sign. Syluest. *abest.

*spem.

i Creditoribus. Vel omnibus, vel vni nomine omniū: vt ff. de fideicom. libe. l. iiij. §. addici. vers. creditoribus.

k Adita esset. Nota mirabile, quòd ex hac pactione serui fiūt liberi: vt Orcini: vt hîc. & ff. de fideic. libe. l. iiij. §. ij. qui ad. Qui sint Orcini: & vnde dicātur, dictum est suprà de singul. reb. per fideic. reli. §. pen. *autem

l Tui liberti fiant. Subaudi, hoc tibi concedimus. sed operas neque Orcinis, neque ab eo manumissis imponet: vt ff. de oper. libe. l. si quis hac lege. *abest.

m Nam huic. Subaudi concedimus.

n Consentiāt. Aliâs in seruitute remaneant, & quem nolunt habere patronum, habebunt dominum C. de manumis. testamen. l. fin. §. iiij.

ADDITIO. Vide quod not. in di-

auctoritatem nostram accommodamus[a]. Et ne huius rescriptionis nostræ emolumẽtum alia ratione irritũ fiat, si fiscus bona agnoscere voluerit: & ii, qui rebus nostris attendũt[b], sciant cõmodo pecuniario præferendam[c] esse libertatis causam: & ita bona cogẽda[d], vt libertas iis salua sit, qui eam adipisci potuerunt, ac si hæreditas ex testamento adita esset[e].

¶ *Bonis addictis cessat venditio ipsorũ.* [illegible]

¶ Hoc rescripto subuentũ est & libertatibus, & defunctis: ne bona eorum à creditoribus possideãtur, & væneãt[f]. Certè si fuerint hac de causa bona addicta, cessat bonorũ venditio. Existit enim defuncti defensor, & quidẽ idoneus: qui de solido creditoribus cauet.

¶ *Addictio bonorum tunc demum habet* [illegible] *ctus reliquit libertates ex testamen-* [illegible]

¶ In primis hoc rescriptũ toties locũ habet, quoties testamento libertates datæ sunt. Quid ergo, si quis intestatus decedens, codicillis libertates dederit, neque adita sit ab intestato hæreditas, an * fauor constitutionis debebit locum habere? Certè si intestatus * decesserit * & codicillis dederit libertatem cõpetere eam[g] nemini dubium est, tunc enim * cõstitutioni locum esse verba ostendunt, cùm nemo successor[h] ab intestato existat. Ergo quandiu incertum erit *, verũ existat, an non, cessabit constitutio. Si verò certũ esse cœperit neminẽ[i] existere: tunc erit constitutioni locus.

*abest. *testatus. *decedat. *abest. *sit.

¶ [illegible] *possi* [illegible] *creditorum d* [illegible] *re: tamen addictio semel facta, & libertates non reuocantur.*

¶ Si is, qui in integrum restitui potest, abstinuerit hæreditate, an * quã uis * potest in integrum restitui, possit * admitti constitutio, & bonorum addictio fieri[k]? Quid ergo, si post addictionem libertatum conseruandarum causa factam, in integrum sit restitutus? vtique non erit dicendum, reuocari libertates: quia * semel competierunt.

*abest. *quam. *potest. *quæ.

¶ *Si libertates datæ* [illegible] *sed reuocatur* [illegible] *dubium, an datæ fuerint in frau*[illegible]

¶ Hæc constitutio liberta-

a D

eta.l.final. quia quod dicit hìc, obtinet, vbi extraneus petit addici. Secus si sit aliquis de illis, cui sit relicta libertas: quoniã etiã potest petere, dissentientibus aliis. Ang.

¶ a Accommodamus. ff. de fideicõmissa. lib. l.iiij. §.ij, qui.

¶ b Attendunt. Vt procuratores nostri.

¶ c Præferendam. Hoc est, quia competẽt libertates. Accursius.

¶ d Cogenda. id est, accipienda per fiscum.

¶ e Adita esset. Olim priùs fiscus admittebatur bonis nó aditis ab alio, & etiã aditis: dũmodo essent bona soluendo: aliâs additio ab alio facta valebat, vt ff. de fideicomm. lib. l. iiij. §. penul. hodie indistinctè admittitur: vt C. de tes. manu. l. fin. §. pen.

¶ f Veneant. i. vendantur.

¶ g Eam libertatem. Accur.

h Successor. Nunquid ex testamẽto, vel ab intestato erit iste hæres? Respond. neutrum dici potest. Dic ergo hunc anomalũ successorem esse: sicut illum qui succedit hæredi non implenti defuncti volũtatem, vt in authẽt. de hær. & Fal. §. in omnibus. & iura sepulchrorũ habet, vt bonorũ possessor. vt ff. de fideic. lib. l. iiij. §. is autẽ, cui.

*abest.

¶ i Neminem. Hæredem ab intestato. ADDITIO. Puta quia repudiauit, vel lapsus est terminus præfixus ad instantiã petentis bona sibi addici. Sed si solũ ad instãtiã creditorũ fuisset præfixus, haberetur pro hærede. Ang.

¶ k Fieri. Et respondeo sic: vt ff. de fideic. lib. l. iiij. §. j. Accur.

¶ a Diuisiones. id est casus.
¶ b Constitutio. C. de testamentis manumiss. l. fin.
¶ c Species, id est, casus.

DE SVCcessionibus, &c.

¶ Suprà visum est de multiplici specie successionũ: sed quia sunt quædam, quæ hodie sunt sublatæ, vt est illa, quæ fiebat per bonorũ traditionẽ, vel senatuscõsultum Claudianum, ideo subdit de successionibus sublatis. Porc.

Erant ante prædictam. Totus iste titulus diuiditur in duas partes. Primo tollit venditiones & successiones, quæ ex eis fiebant. Secundò, quæ fiebant ex Senatusconsulto Claudiano. Secunda ibi, Erat.

¶ d Emptio. i. venditio: vt sequit. sic & ff. de actione emp. l. veteres. Accur.

ADDITIO.
Quod facit vt pœnale dispositum in vno, puta vendente, habeat locũ etiã in emptore, cũ sint correlatiua.

¶ e Ambages. nam proponebat creditor actio-

tuendarum causa introducta est. Ergo si libertates nullæ sunt datæ: cessat hæc* constitutio. Quid ergo si viuus dederit libertates, vel mortis causa, & ne de hoc quæratur, vtrũ in fraudem creditorũ, an non factũ sit, idcirco velint sibi addici bona, an audiendi sint? Et magis est, vt audiri debeant: & si deficiãt verba cõstitutiõis.

*abest.

¶ *Supplet rescriptum diui Marci. Aret.*

¶ Sed cùm multas diuisiones[a] eiusmodi cõstitutioni deesse perspeximus, lata est à nobis plenissima constitutio[b], in quam multæ species[c] collatæ sunt, quibus ius huiusmodi successionis plenissimũ est effectum, quas ex ipsius* lectione cõstitutionis potest quis cognoscere.

*ipsa.

TIT. XIII.

DE SVCCESsionibus sublatis quæ fiebant per bonorum vẽditiones, & ex senatuscõsulto Claudiano *.

*Sueto. in Vesp.

¶ *Successio facta per venditionem bonorũ debitoris, est hodie sublata. Aret.*

Erãt ante prædictã successionem olim, & aliæ per vniuersitatem successiones: qualis fuerat bonorũ emptio[d], quæ de bonis debitoris vẽdendis, per multas ambages[e] fuerat introducta, & tunc locũ habebat, quãdo iudicia ordinaria[f] in vsu fuerant. Sed cùm extraordinariis iudiciis posteritas vsa est, ideo cũ ipsis ordinariis iudiciis etiam bonorũ venditiones expirauerunt[g]: & tãtummodo creditoribus datur officio iudicis bona[h], possidere, & (prout vtile eis visum est*,) ea disponere: quod ex latioribus Digestorum libris[i] perfectius apparebit.

*fuerit.

¶ *Successio, quæ fiebat per senatusconsulti Claudianum, est hodie sublata. Aret.*

¶ Erat & ex senatusconsulto Claudiano miserabilis per vniuersitatem acquisitio; cùm libera mulier seruili amore bacchata[k] ipsam libertatem per senatus-

nem: & si cadebat à Syllaba, cadebat à causa. Si verò nõ cadebat, bona debitoris absentis vẽdebãt sua auctoritate: quod hodie nõ est: vt hic, & C. de formul. & impe. l. j. & ij.
¶ f Ordinaria. id est solennia.
¶ g Expirauerunt. id est, recesserunt.
¶ h Bona. scilicet omnia: vt ff. quibus ex caus. in possess. ea. l. j. sed hodie pro mensura debiti declarati: vt in auth. de exhib. & intro. re. §. si verò semel.

ADDITIO.
Dic hoc verũ, quando agitur personali: secùs si agatur etiam hodie reali vel hypothecaria: quia iura antiqua remanent incorrecta. & sic fit missio in solidũ in possessio. vt not. glos. in verb. prosequitur in auth. &, qui. C. de bo. auct. iu. possess. & in l. iij. in gl. penul. C. de procurat.

¶ i Libris. Vt ff. quibus ex caus. in possess. eat. per totum. & de bon. aucto. iud. possess. per totum.
¶ k Bacchata. id est capta, vel decepta. vt enim vino quis capitur, vel

Ebrius, & mulier luxuriosa æquiparantur.

Bacchoe: ita & amore. Item feruore amoris nihil vehementis inuenitur: vt in authentic. quibus mod.natur.effici. legi. §.illud. versicul.nouimus.

ADDITIO. Et maxime in iuuenibus. Vnde versus, Militat in teneris annis amor ho spes amœnus.
Atque in canicie ridiculosa venus.
Facit c. cum in iuuentute. extrà de præsump.

a Substantiam. Si coniungebat se alieno seruo, & contra domini nuntiationem: vt C.ad senatus consult.Claud. l.vnica.

consultum amittebat, & cum libertate substantiam[a]: quod indignū nostris temporibus esse existimantes, & à nostra ciuitate deleri, & non inseri nostris Digestis concessimus.

TIT. XIIII.

DE OBLIGATIONIBUS.

DE OBLIGATIONIBVS.

Accursius sic continuat istum tit. Dictum est suprà de personis.lib.j.de rebus in secundo, & tertio vsque huc. Nunc de actionibus debet dicere: vt ỹ.de iur.natu.§.fin.sed quia obligatio mater est actionis: vt ff.de procur.l.licet. §. ea obligatio. ideo præmittitur de obligationibus: & ideo dicit hîc, Nunc transeamus ad, &c. Accursius.

Obligationum: quædam est ciuilis tātū, quædam naturalis tātū, quædam ciuilis & naturalis simul.

N Vnc transeamus, &c. Totus iste tit. diuiditur in quatuor partes. Primò ponit definitionem obligationis. Secundò ponit vnam diuisionem obligationis. Tertiò ponit secundam diuisionem. Quartò illam diuisionem in aliam subdiuidit. Secunda ibi, Omnium autem. Tertia ibi, Sequēns. Quarta ibi, Prius est.

CASVS. Quoniam de personis primùm dixisti, deinde de rebus, nunc cō sequēs est, vt de actionibus nobis explices. Sed quoniam actiones partim ex dominio rerum, partim ex obligationibus nascuntur, melius erit primùm de obligationibus dicere: quandoquidem de rerū dominio satis explicatum est. Quid ergo est Obligatio? Exemplo planius intelliges, Titius filium institutum heredem iussit dare Mæuio centum. Lex porrò xij. Tabula. iubet hæredem soluere legatariis, quæ legata sunt. Obligat ergo lex hæredem Mæuio, vt quasi hostem captum, & vinctum cogimus dare pecuniā, sic Mæuiū per iudicem cogat pecuniā reddere. Olim verò si Titius fideicommisisset tātùm, lex non obligabat hæredem Mæuio. Atque ideo nullo iuris vinculo hæres adstrict[us] dicebatur in §.j. ỹ. de fideicom. hæred.C.Vibul.

¶ *Tertiam iuris ciuilis partem expositurus, de obligationibus, vnde actiones ceu ex matre oriuntur, titulum generalē, atque deinceps earum species præponit, quo degustatis obligationibus: naturas actionum materiis*

N Vnc transeamus ad obligationes. Obligatio[b] est

Not. quid sit obligatio. Itē, quod est ius. Item, quòd eius vigore quis dicitur vinctus. Item, quod adstringit ex virtute sibi à iure ciuili tributa. Item, quòd obligationes aut ciuiles sunt, aut prætoriæ: & quæ ciuiles sint, & quæ prætoriæ. Item, quòd sunt ex contractu, vel quasi: delicto, vel quasi: & illę, quę ex cōtractu sunt, contrahuntur aut re, aut verbis, aut literis, aut consensu. Syluest.

b Obligatio. Videtur quòd nulla obligatio definiatur. nam ciuilis sola non habet effectum exigendi? vt patet in obligatione literarum ante biennium: vt ỹ.de lite.oblig. [Hæc opinio communis est, quanuis Vltramontani velint nec naturalem, nec ciuilem nam: de quo in l.cùm quis. C.de iur.& fact.ign.Syl.] Item patet in omni obligatione ciuili & naturali simul. nam si pactum fieret de non petendo, tollitur naturalis, & remanet ciuilis: vt ff.de sol.l.Stichum, aut Pamphilum. §.naturalis, & tamen non habet effectum istum, vt ỹ.de except.§.præterea. Item nec naturalis: quia nec per eam fit actio, licet impediatur repetitio, vt ff.de donat. l.hoc iure. §.fina. & ff.de condi.inde.l.iudex.& [illegible] ylianus. Sed dic, quòd simul vtraq[ue] [illegible] hîc definitur. Item si bona est defi[illegible] io: ergo conuertitur cum suo de[illegible] ro.

Definitio bona conuertitur cum suo definito.

Vb

vbicunque ergo est iuris vinculum, ibi est obligatio: & è contra, vbi non est tale iuris vinculū, non est obligatio: ergo nec fideiussor adhiberi potest, vt ff. de verb. obl.l.j.§.ij.incipit, si quis ita.in fi. quod est falsū: qa naturali obligationi accedit, vt j. de fideiussor.in prin. Sed dicas, quod hîc est deceptio. nā si dicas, nō est obligatio, scilicet ciuilis, & naturalis, vera est. si dicas obligatio, scilicet nulla, etiā naturalis, falsa est. & sic vis est in dictione, obligatio. vbicūque enim dico, quod naturali obligatione quis tenetur, intelligo de iure gētium: quia conuenit is omnibus &* omnibus.

Obligatio effectualis habet radicem naturalē & ciuilem.

*non omnibus legit Bellonus.

¶ Adde, quod hæc opinio cōmunis est: cōtra quā disputādo tenet Fortun. in l. si vnus. §.pactus.ff.de pact. vbi tenet, quòd hîc sola ciuilis definiatur.

Obligatio ciuilis tollitur per acceptilationē & sententiam.

¶ a Iuris vinculum. id est ius vinciens: & sic est res incorporalis, vt s. de re. cor. & incor.in fi. vt enim boues funibus visualiter ligātur, sic homines verbis ligātur intellectualiter: vt ff. de verb.sig.l.rei.§.j.

Obligatio ciuilis quibusdam personis non adhæret.

ADDITIO. Iuxta illud, Verba ligant homines, taurorū cornua fines. Cornu bos capitur, voce ligat homo.

¶ b Necessitate. Tunc enim verè debitor est, cùm necesse habet soluere: vt ff.de verb.sig.l.debitor. & ita secūdum hoc nulla obligatio: cui opponitur exceptio, definitur hîc, quod verum est, si opponatur exceptio, ideo quia desiit esse vinculū naturale, vel ciuile. Nam quædā exceptiones proponuntur, etiam quando vtrunq; vinculum adest: vt Macedoniani & Velleiani. [Rationem assignat Bar. in l.j. versic. antequam vadam.ff.de cōdict. indeb.Syl.] Sunt enim effectualis obligationis duæ radices: vna naturalis, s. quæ consensu nascitur, quę inter omnes fieri potest, etiā inter seruos, & hæc naturalis dicitur, vt ff.de pac.l.j. §.adeo. hæc radix cōtrario consensu tollitur vt ff.de sol. l.Stichū.§.naturalis.q.a nil tā naturale, &c. vt ff.de reg. iu. l.nihil tam. sed hæc naturalis vim nō habet exigēdi: impedit tamē solutionem petitionem, vt ff.de fideiuss.l.fideiuss.§.fideiussō. Huic quādoque accedit ciuilis etiam radix, quæ illi naturali faciē dat, vel formā, vel vestē, vt possint parere actionē. Et hæc ciuilis tollitur cōtrario ciuili actu, nō naturali, vt per acceptilationē, vt j. quib. mod. tol. obl. §.itē per acceptilationē. Itē per sententiā, remanēte naturali. sed hoc nō est ipso iure, sed per exceptionē: vt ff.de cōd. inde.l. Iulian⁹. sententia enim est de iure ciuili, cū omnia iudicia sint de iure ciuili: vt diximus s. de iur.na.§.ius.autē.in gl. vt sūt, &c. per l.ff.de orig. iu. l.ij. §.his legibus latis, versi.hęc disputatio. Hæc gl. cōmuniter approbat, quicquid voluerit glo. in l.j.ff.de condiction.indebi.Syl.] Et hęc ciuilis nō adhęret seruis. cùm nil sint inspecto iure ciuili: vt ff. de reg. iur.l.seruitutē. & l.quod attinet. Item filio cōtra patrē vel ecōtra nō nascitur: vt ff.de cōdi.inde.l. fratre, cùm inter eos non possit esse iudicium: vt ff. de iud.l.lis. iure ciuili impediente, ratione patriæ potestatis: vt s. de pat. pote.§.ius autem. Accur.

quo necessitate [b] adstrigimur [a] alicuius rei [c] soluendæ

¶ Adde, quòd vera ratio est: quia inspecto iure ciuili filius est eadē persona cum patre, & è cōtrario: & ideo actio & passio in eodem subiecto nō cadit: quia talis vnitas non est considerata secundum ius gentium. Hoc autem verum de iure antiquo, exceptis castrēsibus, vel quasi, & hodie ad uentitiis: de quibus videnda essent, quæ ponit Bart. in l.si quis pro eod. §.item si filius.ff.de fideius.Syl.

ADDITIO. Hodie tamen in aduētitiis fortè nascitur ciuilis obligatio, quāuis durante patria potestate contra eum non exerceatur. Ang.

¶ c Rei. Vel etiam facti: quia verbum rei, generale est: vt ff. si cer. pet.l.j.in fi.& ff.de ver.sig.l.rei.

ADDITIO. Not. appellatione rei factum cōtineri. ex quo dixerunt aliqui, quòd si statuto caueatur, quòd pro quacunque repetita soluatur solidus pro libra, quod habebit locum in facto petito: quod verum limitat hîc Bald. quando tale factum petitum erat æstimabile, vt librum scribi, domū ædificari, & fossam fodi. Si autem esset inæstimabile, vt facere vxorē consentire, tunc nihil esset soluēdum, quia verba statuti debent intelligi in casu possibili: hoc est, quo res æstimari possit. l. non solùm ff.de actio. & obligatio. & l. si ideo. C. de iis quib. vt indig. & ad Sylla. Christo.

¶ a Secundum. Istud secūdum potest referri ad totā definitionē.q.d.obligatio sic definitur secūdum iura Romana,id est, secūdū leges.& sic ciuilis,& naturalis hîc simul definitur. [Adde. q hec expositio est bona:qa est vltima differētia perficiens definitionem, quæ respicit causā formalē. & excludit illud iuris vinculū,quo quis adstringitur alicuius soluēdę rei, nō secundū nostræ ciuitatis iura, quæ verba importāt,vt vīculū obligationis,licethabeat naturalē causā velut primā materiā & præexistentē:tamen formaliter causetur secundum nostræ ciuitatis iura, & ita vt ciuilis obligatio iuncta naturali, tāquā causa formalis materiali, & mas fœminæ,efficiat vinculū necessitatis adstringēs, secundum nostrę ciuitatis iura: vnde tenetur seruus domino operari, & tamē nō est hæc obligatio, sed vinculum iuris gentium, quod ius ciuile recipit: nihil tamē ei adiūgit,aut tribuit formale. Syl.]Vel dic, quòd refertur tantùm ad principium.s. iuris vinculum. Et qđ dicit, quo adstringimur. s.quādoque est ciuilis,& naturalis, quandoque non: vt quando est naturalis sola, vel ciuilis sola. & secūdum hoc qnælibet definit hîc;nō etiā naturalis, vel ciuilis sola. Vel dic, quòd ponitur remotiuè hæc dictio, secundū.q.d.illa obligatio est iuris vinculum, quæ est secūdum ius, non contra ius.ff.de verb.obl.l.generaliter. & l. veluti. & secundum hoc refertur ad primum. Vel dic quòd refertur tantum ad illā dictionem, soluendæ: nam secundū ius sunt faciendæ solutiones, vt res æquè bona soluatur:vt ff.si cert..peta.l.cùm quid.& ff.commo.l.iij.§.si reddita.Item congruo loco, & tempore:vt ff.de solu.l, si soluturus.Itē de euictione promitti debet:aliâs non videtur soluere: vt ff.de verb. obl.l.Iulian⁹.§.qui fundū. & ff.de cōdi. cau.da.l.fin.& de euict. l.ij. Item per competentes actiones & iudices fiat solutio, aliter non valet sententia, nec solutio fieri debet: vt C.si à non compe.iud.l.fin.

¶ Omnium autē. THEMA. Quoniā de definitione dixisti, volo audire diuisionem. Vinculum, inquit, illud iuris est aut ciuilis, aut prætorii. Nam aut à iure ciuili primū inuentum est, veluti verborum & literarū obligatio: aut quum à iure gentiū inuentū esset, vt emptio, & venditio,postea cōfirmatum est à iure ciuili. Aut Prætores vinculum illud sua iurisdictione constituerunt, supplentes, vel emendantes ius ciuile,quale est vinculum obligationis furti.Cor.Vib.

secundum[a] nostræ ciuitatis iura.

¶ *Ponit primam diuisionem obligationū quòd aliquæ sunt ciuiles, aliquæ prætoriæ.*

¶ Omnium autem obligationū summa[b] diuisio[c] in duo genera deducitur*: nāque aut ciuiles sūt, aut prætoriæ. Ciuiles sunt quæ aut legibus[d] cōstitutæ*, aut certo* iure ciuili comprobatæ[e] sūt. Prætoriæ sunt, quas Prætor ex sua iurisdictione constituit[f], quæ etiam Honorariæ[g] vocantur.

*diducitur. *inuentæ. *certa

¶ [illegible]

¶ b Summa.id est,prima:vel sūma, id est, breuis. sic s̄.de iur. pso. in princ. est eñi quādoq; maior: vt j̄.eod.§.fin.

¶ c Diuisio. Diuisio est innumerabilis materiæ breuis compositio.& diuisio ad multa facit, vt diximus in proœmio.§.penul.

¶ Tu rectius dic, quòd diuisio est alicuius totius vniuersalis aut integralis sufficiens & distincta partium assignatio.Syluest.

¶ d Legibus. Vt legis Aquiliæ obligatio: vt j̄. de lege Aquil. in princ.Item de pauperie p[illegible] legem duodecē Tabu.ff.si qua.pau. fec.dic.l.j. primo respon. Item furti nec manifesti. vt j̄.de noxa.§.sunt autē.Secus autem est de furto manifesto : quia illa obligatio est prætoria : vt j̄. de perpe.& tempo.act.§.furti quoque.

¶ e Iure ciuili comprobatæ. Vt sunt obligationes iure gentium inuentę: vt s̄.de iure natu. §. ius autem. quæ à iure ciuili sunt comprobatæ : vt ff. de iusti.& iure.l.ius ciuile.

¶ f Constituit. Vt obligatio ex furto manifesto: vt j̄.de perp.& tēp.act.§.i. Itē ex rapina: & vbicūq; Prætor [illegible] quā obligationem inducit: vt patet [illegible] multos titulos : vt ff.de iusti.& iure.[illegible] ius autem ciuile.§.ius prætorium.

¶ g Honorariæ. Quia Prætores honore

nores gerebant: quod dic, vt s. de iure nat. §. Prætorum.

¶ a Sequens diuisio. i. obligationum.

¶ b Ex contractu. Vt j. vsque ad tit. de obl. quæ ex quasi contractu.

¶ c Ex quasi cõtractu. Vt infrà de obli. ex quasi cõtractu. Sequẽtes duo tit. vsque ad quartum librũ sunt communes. scilicet per quas perso. no. acqu. & quot mo. tol. obli.

*deducitur.

¶ d Aut ex maleficio. Vt infrà de obli. ex malefi. vsque ad titul. de oblig. ex quasi malefi.

¶ e Ex quasi maleficio. Vt infrà de obl. ex quasi malefi. & subaudi, vt ex variis figuris causarũ: vt ff. de actio. & obli. l. j. in principio.

ADDITIO. Vlpianus quasi contractum & quasi delictum varias figuras causarũ vocat. quòd singulari & proprio quodam iure, eiusmodi obligationes ex variis causis descendant. E. B.

¶ f Ex cõtractu. propriè ponitur quo ad illos contractus, vbi hinc inde nascitur obligatio. impropriè, quo ad alios: vt ff. de verb. sign. l. Labeo. sic ff. si cert. pet. l. certi condic. in princip. & de offic. Proconf. & Leg. l. ij.

ADDITIO. Not. appellatione contractus intelligi propriè contractum vltroque citroque obligatorium: pro quo l. Labeo. ff. de verb. sig. Ex quo dicit Bald. quod si statuto caueatur, quòd qui non petierit debitũ ex contractu intra decem ann. cadat à iure suo: non habet locum in creditore ex mutuo, quia ille non est propriè contractus, [illegible]m solum recipiens obligetur: non [illegible]tem numerans. Christopho.

¶ g Aequè. Vt suprà. Accurs.

¶ h Re contrahuntur. Vt infrà titul. proxim.

tionũ, quæ est quadruplex.

¶ Sequens diuisio [a] in quatuor species diuiditur *. Aut enim ex contractu [b] sunt, aut quasi ex contractu [c]: aut ex maleficio [d], aut quasi ex maleficio [e].

¶ *Obligationes ex contractu sunt in quadruplici differentia.*

¶ Prius est, vt de iis, quæ ex contractu [f] sunt, dispiciamus. Harũ æquè [g] quatuor sunt species. Aut enim re contrahũtur [h], aut verbis [i], aut literis [k], aut cõsensu [l]: de quibus singulis dispiciamus.

TITV. XV.

QVIBVS modis re cõtrahitur obligatio.

¶ *Mutuum ex eo dictum, quòd de meo tuum fiat: in iis rebus tantùm con-* [illegible] *pondere, vel mensura constantes, in* [illegible] *piũtur: & ad nos nõ illæ ipsæ, sed eius-*

¶ i Verbis. vt infrà tit. ij. vsque ad tit. de lit. ob.

¶ k Literis. Vt infrà de lit. ob.

¶ l Consensu. Vt j. de obli. ex consensu, cum seq. tit. Sed quæ est differentia inter actionẽ, & obligationẽ, & contractum? Respon. cõtractus est verborum conceptio, vel consensus: vt patet. ff. de verb. obli. l. stipulationum. §. stipulatio. & est facti, vt ff. de cura. fur. l. consilio. in fi. [Adde, quod hoc non est verum, conceptionẽ verborũ esse qualitatẽ, & formã essentialem omniũ contractuũ: sed illorũ tantùm, qui verbis perficiuntur, vt stipulatio, nam aliorum essentialis forma est cõsensus, aut res, aut literæ, vt hîc dicitur: & verba in eis interueniunt, vt causa instrumentalis accidentalis: & ideo sine eis esse possunt. l. mutus. ff. de iur. dot. & declarat hîc Ange. & not. quòd illa verba posita in glos. & consensus, non sunt Accursij, sed sunt additionalia, & imperfecta: quia consensus sine alia forma non diceretur contractus eo modo, quo hîc accipitur: sed esset conuentio, seu pactum simplex. l. j. ff. de pact. Syl.] Obligatio est, quæ inde nascitur: vt arg. ff. si cert. petat. l. ij. circa fin. Actio est, quod postea inde surgit: & sic nullum est alterum: vt ff. de procurat. l. licet. §. ea. & infrà titul. ij. in princ. & hæc duo sunt iuris, vt in definitionibus patet.

Contractus obligatio, & actio differunt.

QVIBVS MODIS re contrahitur obligatio.

¶ Continuatio istius tit. ad præcedem. patet s. tit. proxi. in fin. Ang.

dem qualitatis aliæ reuertantur.

*Ex Gaio lib. 2. tit. 9.
*abest.
*obligatio.

RE* contrahitur a obligatio, veluti * mutui datione. Mutui b autē datio* in iis rebus consistit, quæ pondere c, numero, mensuráve constant: veluti, vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro. quas res aut numerando d, aut metiendo e, aut appendendo f in hoc damus, vt ac-

RE contrahitur. Totus iste tit. diuiditur in quinque partes. Primò ponit de mutuo. Secundò de indebito soluto. Tertiò de cōmodato. Quartò de deposito. Quintò de pignore dato. Secūda ibi, in §. is quoque. Tertia ibi, Item is. Quarta ibi, Præterea. Quinta ibi, in §. creditor quoque CASVS. Ordine ergo singulas species persequamur. Quomodo re cōtrahitur obligatio? multis modis, quorū primus est Mutuū. vt ecce, Cornelius mihi roganti credidit decem aureos, cādelā, & frumentū. ea pecunia libros mercatus sum, candelā in museo cōsumpsi, frumento vixi. omnia illa mea facta sunt, sed ea lege & pactione, vt alia eiusdē naturę & qualitatis Cornelio reddam, quare etsi alios aureos, aliā candelam, aliud frumentum ei reddam, modo æquè bona sint, liberatus sum. Cor. Vibul.

¶ Not. mutuum in re contrahi. Item quòd res existentes in pondere, numero, mensura, sunt illæ, in quibus mutuum cōsistit. Item, quòd in his rebus ita demum mutuum cōtrahitur, quādo dantur ad pondus, numerum, vel mensurā: & hæc est forma antecedens ipsius. Item in prædictis rebus non cōtrahitur etiam mutuū, nisi ita dentur, vt accipientium fiant: & hæc est vna ex causis finalibus ipsius. Item in prędictis rebus similiter non cōtrahitur mutuum, nisi ita dentur, vt factę accipientium non eædem reddantur, sed aliæ non diuersi generis, sed eiusdem: & hæc est alia finalis causa eiusdem. Item, qui mutuum accipit, debet rem eiusdem generis æquè bonam reddere. Item not. mutui etymologiam. Item, quòd ex contractu mutui oritur certi condictio. Syluest.

¶ a Re contrahitur. In primis not. vestiri pactū id, quod est nudum vj. modis. Re, vt hîc. Verbo, vt j. tit. j. Literis vt j. de li. obli. Consensu. vt j. de obli. ex consen. Cohærentia contractus, vt si iuxta contractū apponatur aliquod pactum ante vel post: vt C. de pac. l. petens. & ff. de pac. l. iurisgentium. §. quinimò. Itē interuentu rei, vt in contractibus innominatis, ex quibus nascitur actio, demum re secuta: vt C. de rer. permut. l. ex placito. [Adde, ꝙ ille tex. non probat nisi à cōtrario sensu. bonus tex. in l. j. §. itē emptor. in j. respō. ff. de rer. permut. Syluest.] Sed quid differt ea, quæ vestitur re, ab ea, quę interuētu rei vestitur? Resp. prima habet vestimentū, & robur statim cū nascitur, nō tamē agitur, vt reddatur mutuum vel commodatū. ff. si cer. pe. l. cum quid. Sed in alia dudū fortè postea: quando res traditur. C. de pac. l. petēs. & C. de rerum permu. l. ex placito. Et adde duos modos: vt no. d. §. quinimò. in gl. j. scilicet quando vestitur legis auxilio: quod est quoties nudum pactū actionem parit, vt in donatione: vt ff. de pac. l. legiti. Itē rei principio, vt in pollicitatione facta Reipu. vt ff. de pol. l. j. Accur.

ADDITIO. Item vestitur pactū autoritate legis: vt C. de dona. l. si quis argentum, sed iste modus comprehenditur sub prædi. Item iureiurando, vt ff. de oper. lib. l. vt iurisiurandi.

¶ Adde, secundum Ias. in l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pact. quod vestitur etiā cohærentia voluntariæ traditionis. l. legem C. de pact. Item implemento conditionis. l. cum ad præsens. ff. si cert. pet. Syl.

¶ b Mutui. No. ꝙ quatuor debent esse in mutuo. natura, vt ad hoc sit inuēta, vt mensuretur, vel ponderetur, vel numeretur, sicut est in pecunia: vt ff. de contrah. emp. l. j. Item cōsuetudo. Itē aptitudo, vt ad numerū, vel ad pódus suæ naturæ aptetur. Itē actus. s. vt detur secūdum naturam suā. Nam si dedero pecuniam in sacculo non numeratam, vt tantundem reddas, non erit mutuū, sed innominatus contractus. vide hos casus. ff. si cer. pet. l. ij. §. ij.

¶ c Pondere. ff. si cer. pet. l. ij. §. itē mutuū. contra. Sol. ibi largè accipitur nomen pecunię: vt ff. de leg. j. l. talis. A.

¶ d Numerando. Vt pecuniam.

¶ e Metiēdo. Vt vinū, oleū, frumentum.

¶ f Appendendo. Vt ære, & argento, & auro.

& auro. Sed quid si librum ad pondus dedero? Resp. non est mutuum: quia consideratur consuetudo, & aptitudo, & natura rei talis: sic ff.eod.l.ij.§.j. Item quid si pecuniā in sacculo vt speciem? Resp. non est mutuū? quia actus mutuo similis exigitur: vt ff.de leg.j.l. planè vbi.§.ij. vers.sed hoc ita erit.

*quoniā A. Aug. lib.3.co. T.

cipientium fiant: & quandoq; a* nobis nō eædem res, sed aliæ eiusdem naturæ, & qualitatis b reddantur. Inde c* etiam mutuum appellatum est; quia ita à me tibi datur, vt ex meo tuum fiat d: & ex eo contractu nascitur actio, quæ vocatur, Condictio e.

*vnde.

¶ a Et quandoque. Incidenter enim quandoq; eadem: quia nō indiget ea: vt argu. ff.si cer.pet. l. qui pecuniā. sed cū accipit, eius debet esse propositi, vt aliud reddat: vt ff.si cert.petā.l. ij.in princip. Accursius.

ADDITIO. Dic, Quandoque, id est aliquando, siue post aliquod tempus. Gaius in Instit.lib.2.tit.9. scribit, statuto tēpore. sic sumitur in l. res in dotē.ff.de iur.dot.l.si vini.ff.de vsuf.ear. rer. Est ergo Mutuū cōtractus, quo rerum quæ numero, pondere, & mēsura constāt, vsus ita datur, vt aliæ generis eiusdem statuto tempore reddantur.

¶ b Qualitatis. id est bonitatis: quod tacitè semper præsumitur agi: vt ff.si cer.pet.l.cùm quid.§.ij.

¶ c Inde. Quia fit accipientis. Accurs.

Mutuū vnde cōponitur

¶ d Tuum fiat. Componitur enim ex integro, & corrupto: vt hîc, & ff.si cer. pet.l.ij.§.appellata. Et not. quòd licet deseruire nomini: quia nomina debēt esse consonātia rebus: vt suprà de donat.§.est & aliud. Et not. reconciliari mutuum tribus modis: vt no.ff.si cer. pet.l.ij.§.appellata: in glos.ij. & j.eo. §.item is. in glo. mutuum.

ADDITIO. Quib[9] adde duos alios modos: scilicet propter superuenientiam dominij. in mutuantem ex causa de præterito: vt l.proinde.ff.si cer.petat. Item ratihabitione secuta: vt l.si procurator.ff.de condic. inde. & hæc vera in mutuo merè naturali. Aliâs in merè ciuili cursu biennij. Item ciuile, cui natura cooperatur, reconciliatur stipulatione, siue præcedat, siue sequatur: vt per Angel. hîc.

Condictio certi specialis.

Condictio certi generalis.

¶ e Condictio. scilicet specialis, quæ de mutuo datur: quæ hîc appellatur à quibusdam, si cer.pet. vt ff.de triti.l.j. Sed dic, quòd condictio certi ex mutuo specialis dicatur. est & alia generalis, quę datur ex omni causa & ex omni contractu, ex quo certum petitur: vt ff.eo. de reb. cre.l.certi condictio.in princ. [Hęc opinio gl. cōmuniter approbatur in l. certi cōdictio. in princ.ff.eod. quamuis Vltramon. tenuerint vnam esse certi condictionem. Syl.] Sed numquid ad interesse datur certi condictio? Quidam dicunt, quòd non; vt ff.si quis in ius vo.non ie.l.fin. Nos dicimus quod sic. & quod d.l. dicitur incerti condictio. dic, i. certi cōdictio quæ datur ad interesse, quod est incertum. & est ratio: quia licet prima facie sit, incertū, certificatur tamen per iudicem: vt j.de actio.§.curare. secùs, si ad factum: quia etiam in sententia non certificatur quantitas: vt ff. de verb.obl.l.vbi autem.§.qui id, quod. & ff.de re iudi.l.si quis ab alio.§.fin.

Interesse petatur condictione certi.

¶ *Indebito errore soluto perinde re obligatur recipiens atque si ei mutuū factum fuisset: idcirco in eum condictitia actio datur: impuberes autem sine tutore indebitū recipientes, nihilo magis re obligantur, quàm ex mutuo.*

¶ Is quoque, qui nō debitum acce-

¶ Hęc opinio communiter tenetur in d.l.certi condictio. in princi. quando interesse petitur simpliciter. Syl.

¶ Is quoque. CASVS. Valerius putabat se mihi decē debere. itaque mihi decem numerauit, quæro an ea decem mea sint? Sūt sanè, inquit, sed ita, vt ius ciuile te obliget, vinctūmque tradat Valerio, vt cogere te per actionem possit ea decē restituere. Sed ecce, Valerius putabat se decem Annio pupillo debere. itaque decém ei sine tutoris auctoritate numerauit: an ius ciuile vinctum Annium tradet Valerio, vt eum cogat ea decem reddere? minimè. neque enim sine tutoris auctoritate gerens aliquid pupillus, iure ciuili obligatur. Cor. Vibul.

¶ Not. quando quis obligetur ex indebito recepto. Item, quod soluenti datur condictio indebiti. Item, quod valet argumentum de mutuo ad in-

debitum. Item, quòd pupillus sine tutoris auctoritate nō obligatur. Item, ꝙ licet solutio indebiti effectu producat obligationem, quæ ipso effectu cō siderato dicitur obligatio ex contractu tamen inspecta intentione agentium, talis actus nō est cōtractus, sed distractus. Syl.

a Per errorē. Aliud si extra scientia: vt ff. de condi. ind. l. j. & ff. de reg. iur. l. cuius per errōrē. & C. de iur. & fact. ignor. l. cum quis. Acc.

l. in summa. §. si seruum. & quādoque furti: vt ff. de condict. fur. l. quoniam. vel dic vt ibi.

c Ab eo. scilicet qui soluit.

d Condici. Ei cui solutum est.

pit ab eo, qui per errorem [a] soluit, re obligatur, datúrque agenti contra eum propter repetitionē condictitia actio [b]. Nam perinde ab eo [c] *condici [d] potest, si apparet [e] *eum dare oportere, ac si mutuum accepisset [f]. Vnde pupillus [g], si ei sine tutoris auctoritate indebitū * per errorē datum est: non tenebitur * indebiti cō dictione: non magis, quàm mutui [h] datione [i]. Sed hæc species obligatio-

*ei

*parct

*nō debitum.

*tenetur.

e Si apparet. Si, id est, quia. Sed videtur hîc dici quòd primò appareat indebitum: & sic probetur ante, quàm actio ꝓponatur: & ita ante lit. contesta. quod est falsum, nisi in casu: vt C. de testib. in authent. sed & si quis. Sed respon. hoc verbum, potest, quod hîc est, intelligitur cum effectu. scilicet vt condemnetur reus.

ADDITIO. Ex quo not. modum concludendi esse, quod indebitū soluit per errorem iuris, vel facti, prout fuerit: & est necesse hoc exprimere: nisi qualitas personæ agentis esset causa dandæ condictionis: vt in pupillo, in demente vel furioso. Ang.

Condictio indebiti ad quid datur.

b Condictitia actio. id est condictio indebiti, quæ datur propter indebita soluta, si facta sint accipiētis: vt ff. eodem de cond. inde. l. indebiti. §. j. [Adde, condicuntur enim respectu dominij, quatenus dominium translatū est. l. si pœnæ. §. si falso. ff. de condict. indeb. & ibi glo. Syl.] Aliàs nulla condictio datur, nisi dominium sit translatum: vt ff. vsusfruct. quemad. cauea. l. fin. & infrà de act. §. sic itaque. & §. appellamus. [Intellige ratione ipsius dominij. Nam ratione possessionis translatæ competit condictio. d. l. indebiti. §. sed & si nummi. vbi vide Bart. in j. notab. omnino. ff. de condict. indeb. qui enim acturus est condictione indebiti, si diffidit de probatione dominij, debet petere tantummodo possessionem, & libellum de sola possessione concipere. Syl.] Item ad augmenta naturalia: vt ff. eod. de condic. indeb. l. indebiti. non ad ciuilia: vt C. eod. l. j. [Intellige, nisi debitor ageret de lucro ciuilis accessionis: nam ad accessiones in quarum præstatione nō agitur de damno vitādo tenetur. d. §. sed & si nummi. versic. sed etsi possessionem. Syl.] Et inquantum locupletior est accipiens, si bona fide percepit: vt ff. eod. l. si non sortem. §. libertus. aliàs si sciens acceperit, in totum: vt ff. eod.

f Accepisset. Vnde tenetur, nisi in casibus: vt si soluitur. ex causa, quæ infitiatione crescit: vt C. eod. de condic. indeb. l. ea, quæ. Item ex causa pietatis: vt ff. eod. l. cùm is. §. si mulier. Item transactionis: vt ff. eod. l. insum. Item rei iudicatę: vt C. eo. l. j. Item scientię: vt ff. eo. l. j. & hîc dicitur. Itē in tamen ti: vt j. de act. §. item si quis postulāte. Et aliàs: vt not. j. de obli. quæ ex quasi contractu. §. fi. & etiam in l. elegāter. §. fi. in gl. fin. ff. de condic. indeb.

Indebitum accipiens in certis casibus restitue re non tenetur, scilicet actione ex eo contractu, etiā si ad eū aliquid peruenit: tenetur tamen tūc cōdictione sine causa, vel ad exhibendū: vt l. iii. in princ. ff. cōmod. Et idem dicas de proximo infantiæ etiā secundum Ang.

g Vnde pupillus. Sed si pupillo solueris indebitum per errorem credens teneri: non poteris contra pupillum agere condictione indebiti, nec certi condictione ex mutuo: sed ista obligatio non videtur ex condictione descendere: quia soluit pupillo per errorem.

Hæc est inepta additio, quam dispungere tamen noluimus, sed aduertere. Syluest.

h Mutui. Quia neutra, nisi sit factus locupletior.

i Datione. Sed qualiter tenetur ex mutuo? Distingue: aut est infans, & tunc nullo modo tenetur: vt ff. eo. de condi. indeb. l. quod pupillus. & ff. de actio. & obli. l. pupillus. [Adde, idem in proximo infantiæ. §. pupillus. j. de inuti. stip. & cōmuniter tenetur. Syl.] Aut maior infante: & tunc si tutori promittat, nullo iure debetur: vt ff. de aucto. tuto. l. pupillus. [Ratio est, quia lex prohibet, & resistit. d. l. pupillus.

lus. vnde nec naturalis nascit, vt no. in l.cũ lex.ff.de fideiuſ.& eſt hæc communis.Syl.]Si alij promittat,&ſine tutore: naturaliter tãtùm tenetur: vt ff. de noua.l.j.ſi cũ tutore,etiã ciuiliter, & naturaliter obligatur, ſed reſtituitur: vt ff.de auct. tut. l. impubere. & C. ſi tuto. vel cur. inter.p torum.[Intellige in actibus in q-bus tutoris auctoritas ſufficit ſec⁹ in cõtractibus rerũ prohibitarũ alienari ſine decreto: ſunt enim ipſo iure nulli, etiã interueniẽte tutoris auctoritate.l.etſi is.l.ſi prædium C.de præd.minor.& dum dicit reſtitui, dic hoc verũ eſt, etiã ſi læſus ſit, & interueniſſet auctoritas iudicis. l. ſi quidem.ij. reſponſ. C. de præd. minor. Syl.] Et in adulto habente curatorẽ idem, quod in pupillo:vt C.de in integ.reſti.min. l.ſi curatorem.aliter enim,id eſt,ſi curatorem nõ habet,ciuiliter,& naturaliter tenetur, ſed reſtituitur. Et hæc omnia ſunt vera,niſi fact⁹ ſit locupletior.[Aduerte tamẽ, quòd quãdo lex reſiſti contractui,vt dictum eſt ſ.licet locupletior factus teneatur naturaliter & ciuiliter, tamen contractus à principio fuit nullus, nec produxit aliquam obligationem, etiã naturalem: & conſequenter non poteſt tractu temporis conualeſcere. vnde obligatio non poteſt dici in prædictis caſibus deſcendere ex contractu: ſed eſt fundata ſuper l.nam hoc natura. ff. de condict.indeb. In aliis verò caſibus, quia actus à principio non eſt nullus, poteſt conueniri actione ciuili: ex illo contractu. l. iij. in princ. ff. commod. In prædictis verò agere ad exhibendum. l.ij. eod. tit. aut condictione ſine cauſa.l.j.de cõdict. ſine cau. Syl.] Vel quia ſit ſalua pecunia, vel in a[illegible]m rem verſa: vt ff.de ſo'ut. [illegible] in r[illegible]p. tunc enim tenetur & ciuili[illegible]turaliter, & cum effectu: [illegible]aturaliter. §. ſi.& l.ſeq.& [illegible] ij. His ergo eiſdẽ modis & de indebito tenet, vt dicit. Et not. ſimilitudinẽ inter mutuũ,& indebitũ, qđ valet ad multa: vt ff.eo.l.indebiti. §.j.& ij. vbi reconciliatur indebitum eiſdem modis,quibus & mutuum.

nis non videtur ex contractu [a] conſiſtere: cùm is, qui ſoluendi animo dat, magis voluerit negotium diſtrahere, quàm contrahere.

Non minus re obligatur qui commodum accepit, quàm qui mutuum. in hoc tamen differũt; quòd mutuum accipiens rei dominium aſſequitur: & ob id fortuito caſu non liberat: is autem cui commodatur, dominus nõ fit: qui quamuis rei cuſtodiẽdæ exactiſſimã curam præſtare debeat, de caſu tamen fortuito (niſi culpa præceſſerit) minime tenetur.

¶ a Ex contractũ. Nec eſt, imò ex quaſi cõtractu: vt j. de oblig. quæ ex quaſi cõtractu. § itẽ is. Aliquid tamen tacitè geritur propter quod eſt poſit⁹ hic caſus inter obligationes ex contractu: vt ff. eo.de cond. indeb. l. ſi in area. j. reſpon.& ff.commo. l. ſi is qui. §.viti.

¶ Aduerte, quia glo. non videtur intelligere.Nam verum eſt, quòd in ſolutione indebiti tacitè naſcitur obligatio.nõ tamẽ ex tacito negotio, ſed expreſſo. d.l.ſi in area.de quo vidẽda eſſent, quę ſubtiliter cõſiderat Fortun.in l.j.§.j.in iiij.no.ff.de pac.Syl.

¶ Item is. CASVS. Memmius mihi ſuũ librũ cõmodauit, ius ciuile mihi cõtinuò vinculũ iniicit, quo Memius me coget eum librũ reddere. Ecquod igitur eſt diſcrimen inter mutuum,& & cõmodatũ? Duplex. Primum, ſi tibi pecuniã, aut candelã, aut vinũ mutuo dedero, illa omnia tua fiunt,neq; teneris eadẽ corpora reddere: ſed in cõmodato teneris idẽ ipſum corpus,veluti eundẽ librũ reſtituere. Secũdò, debitor de omni caſu fortuito tenetur. cõmodatarius non tenetur, niſi culpa præceſſerit. cuius rei exempla ex hoc §. appertiſſima cognoſces. Cor.Vib.

¶ Not. quòd finalis cauſa cõmodati, eſt datio vtendi gratia. Item, ꝙ commodatarius re obligatur: & tenetur actione cõmodati. Item, quòd dominium non transfertur in commodatarium. Item, quòd tenetur ad idem indiuiduum reſtituẽdum. Item, quòd mutuatarius tenetur de caſu, cõmodatarius de omni culpa. Item, quòd qui culpam in alienis rebus committit,non excuſatur quòd in ſuis ita ſolitus ſit verſari. Item, quòd commodatarius tenet de omni caſu coguit-

¶ Item is, cui [a] res aliqua vtenda datur [b], i. commodatur, re obligatur: & tenetur cõmodati actione. Sed is ab eo, qui mutuum accepit, longè distat. Nãque [c] non ita res datur, vt eius fiat [d]. & ob id de ea ipsa re [e] restituenda [f] tenetur. Et* is quidẽ [g], qui mutuum accepit [h], si quolibet fortuito* casu amiserit, quod accepit: veluti incendio, ruina, naufragio [i], aut latronũ, hostiúmve incursu, nihilominus obligatus permanet. At is, qui vtendum accepit, sanè quidem exactam [k] diligentiam custodiendæ rei præstare iubetur*: nec

gente propter culpam suam. Item, q de forma essentiali commodati est liberalitas, & vt detur gratis. Item, q conuentio rei ad vtendũ dando mercedem in pecunia constituta est locatio: in alia verò re, quàm pecunia, est contractus innominatus. l. j. §. si quis seruum. ff. depos. Item incẽdium computari inter casus fortuitos. Syl.

¶ a Item is cui. q.d. non solùm in duobus superioribus casibus. s. quando aliquis accipit mutuum, vel quando accipit indebitum, obligatur re: sed etiam in hoc casu. Accursius.

¶ b Datur. id est, traditur: quia dare, est dominium transferre: vt l. vbi autem. §. fin. ff. de verbo. obliga. & j. de actio. §. sic itaque. quod non fit in re commodata. Christopho.

ADDITIO. Est autem commodatum non à cum & Modus dictum, vt Alciatus putat: sed à verbo Cõmodare, qđ significat, prodesse, vsui esse, pficere. Vnde Cicero in Verrinis Cõmodum p cõmodatum, dixit. Paulo ante vidimus, inquit, q forum ac Basilicas nõ spoliis prouinciarum, sed ornamẽtis amicorum: commodis hospitum, non furtis nocentium ornarent. Et ergo Cõmodatum contractus, quo vsus alicuius rei gratis conceditur, translato in vtentem periculo.

Commodatũ & mutuũ dupliciter differunt.

¶ c Namque. Prima differentia inter mutuum & commodatum.

¶ d Vt eius fiat. Quod est in mutuo.

¶ e De ea ipsa re. qđ nõ est in mutuo.

¶ f Restituenda. Etiam non deteriore: aliâs non videtur redita, vnde tenetur ad interesse: vt ff. commod. l. iij. §. si reddita.

¶ Qua autem ratione prosequi debeamus interesse deteriorationis, & libellum concipere, declarat Bart. in d. l. iij. §. si redita. Syl.

¶ g Et is quidem. Secũda differentia.

¶ h Mutuum accepit. Hîc. Not. mutuum esse triplex. Naturale tantum, scilicet, quando sit numeratio sine stipulatione de soluendo. Ciuili tantum, quando stipulatio interuenit de soluendo sine numeratione. Ciuile, & naturale, quãdo numeratio, & stipulatio interuenerũt: vt ff. si cer. pet. l. ij. Itẽ no. q deficit mutuum ratione rei, vt in iure: vt ff. eodem. l. ij. §. inutui. & §. appellata. & ratione personæ: vt ff. si cer. pet. l. si à furioso. & ratione dissensus: vt ff. si cert. peta. l. si ego pecuniã. & l. si me, & Titium. Reconciliatur autẽ mutuum consumptione: vt ff. si cert. pet. l. nam & si fur. stipulatione: vt C. si cert. pet. l. quamuis vsucapione, ad instar alienæ pecuniæ datæ in dotem: vt ff. de iure dot. l. Proculus.

Mutuum est triplex.

*abc... D.

Mutuũ deficit tripliciter.

*Cõpel... litur. D.

Mutuũ recõciliatur pluribus modis.

¶ Adde. q hęc gl. non est Accursii: sed additio transferens importunè materiam mutui ad hunc locum. Syl.

¶ i Naufragio. Hîc nota fortuitos casus melius, quàm in aliqua lege. sic enumerantur aliqui casus. C. de pignora. actio. l. quæ fortuitis.

¶ Adde meliorem text. in l. in rebus. in princ. ff. eodem.

¶ k Exactã. Aliâs exactissimam. & sic ponitur positiuus p superlatiuo [Adde, quòd aliqui tex. emendati habẽt exactã. expone ergo diligentiam exactam, id est, solertiã non vulgarem neque mediocrẽ, sed hominis diligẽtissimi. Diuersimodè ergo accipitur hîc, & infrà eodem. §. fina. vt ibidem dicit glo. & pro expositione exactissima est tex. in l. §. is verò, qui ff. de actio. & oblig. vbi ponuntur verba tex. nostri. & ponitur ibi, exactissimam. Syluest.] Et distingue: quia interdum solus dolus venit in commodato: vt si cõmodo vxori meæ, vt compta veniat ad me: vt ff. eodem. commo. l. si ... certo. §. non videndum. & §. interdum. Quãdoque dolus, & culpa leuis? vt si commodo tibi scyphum, vt communes amici inuitentur ad cœnam: vt ff.

vt ff. eodem. cõmod.l.in rebus.§.hoc ita.Interdũ leuissima, & hoc generaliter, vt hic.Interdum casus,vt si culpa præcedit casũ:vt hic sequitur.& ff.eo. l.in rebus.circa prin.versi.alioquin.

ADDITIO.

Commodatarius de quibus teneatur.

Si quæritur an in commodato cõmodatari⁹ teneat de dolo,lata culpa,vel leui:dic ex mente docto. in dicta l.si vt certo, ꝙ si cõtractus celebrat, gratia dãtis:tũc recipiẽs tenetur solùm de dolo, & lata culpa.Sed si gratia recipientis tantùm, tũc tenetur de dolo, & omni culpa. sed nõ de casu fortuito, nisi culpa præcedat casum:vt hic.Si gratia vtriusq;, tũc de dolo,lata culpa, & etiã leui. Quid si res commodata sit æstimata antè, quàm cõmodetur? Dic quòd æstimatio semper addit vnam speciem obligationis primæ:vt p glos. & Bartol.in d.l. si vt certo,&c.secũdũ Iaso.& Christopho.

sufficit,ei[a] tantam diligentiam adhibuisse,quantam in suis rebus adhibere solitus est: si modo alius diligẽtior poterat* eam rem custodire. sed ꝑpter maiorẽ vim maiorésve casus[b] non tenetur: si modò nõ ipsius culpa is casus interuenit. Alioqui si id, quod tibi cõmodatũ est domi, peregrè tecum ferre malueris: & vel incursu hostium prædonũve, vel naufragio amiseris,dubium non est, quin de restituenda ea re tenearis. Commodata autem res tunc propriè intelligitur, si nulla mercede[c] accepta vel cõstituta, res* tibi vtẽda data est: alioqui mercede interueniente,locat⁹ tibi vsus rei videtur. Gratuitum enim debet esse cõmodatum[d].

* poterit.

* abest.

¶ Depositarius obligatur re, & tenetur de dolo. H.d. Aretinus.

¶ Præterea[e] & is, apud quem res aliqua deponitur[f], re obligatur, tenetúrque actione depositi: quia* & ipse de ea re,quã accepit, restituendam tenetur.

* qui.

¶ a Ei scilicet commodatario.

¶ b Casus, scilicet alios.

ADDITIO. Vis maior, θεοῦ βία dicitur in l.si merces. §.vis maior.ff. locati.est ergo animaduersio Dei in homines. cuius euitandæ ipsæ facultatem ademit, veluti tempestatum, grandinum,procellarum,&c.

¶ c Mercede. Sic infrà loca. §. j. sic ĩ. manda.§.fin.

Commodati declaratio generalis.

¶ d Cõmodatum. Cõmodatum est, si dedi tibi rẽ meã,vt ea vtaris, nec inde accepi mercedẽ:si verò merces interueniat,erit locatio, & conductio. Gratuitum enim debet esse cõmodatum: ideo teneris ad exactissimã diligentiã.sic ĩ.loca.§.j.sic ĩ.mand.§.fin.

¶ Præterea. CASVS. Valerius cùm peregrè proficisceretur pecuniã suã apud Titium deposuit.Estne obligat⁹ Titi⁹? Maximè,& ad res duas.primùm ad eadem pecuniæ corpora reddẽda, deinde ad præstãdum dolum. Quid ergo?Titius erat negligẽs,& dissolutus, nõ gnauus & industrius,solicitúsque de suarũ rerũ custodia. fures igĩ propter Titii socordiam noctu in eius domum ingressi, Valerii pecuniã subripiũt,an tenebitur Titius? minimè.Cor.Vib.

¶ Not.quòd ad essentiã deposi ti requirĩ res: q̃a re contrahitur obligatio. Itẽ ex eo nascitur actio depositi.Itẽ, depositarius tenetur ad idẽ indiuiduũ restituẽdũ. Itẽ, tenetur solùm de dolo, & lata culpa, nec regulariter tenẽ de leui aut leuissima. Itẽ, negligentia depositarii imputatur deponenti.Itẽ, mala electio dicĩ in culpa. Itẽ, ꝙ taxatiua excludit casũ æquiparatũ,secũdũ Ang.hic.Syl.

Depositi declaratio.

¶ e Præterea.i. præter supradictos modos accipiens depositum, re obligatur. Vnde si deposui penes te rem meã: mihi obligaris: & possum agere cõtra te actione depositi ad rem mihi restituẽdam: & teneris ex solo dolo,si dolum cõmiseris: sed si negligenter custodieris, non teneris. Et ideo si depositarius rem sibi depositã per negligẽtiam suam amiserit furto: debet sibi imputare, qui custodiendam rem suam amico suo tradidit negligenti:vt dicitur in fin. huius §.

ADDITIO. Depositum est cõtractus, quo quis rem sibi commissam perinde ac suam asseruare, & eam repetenti domino restituere tenetur.

¶ f Deponitur.id est, custodienda datur:vt ff.depo.l.j.

Seruus. Totus iste titulus diuiditur in tres partes. Primò quòd seruus stipulando acquirit domino in cuiuscunq; persona stipulatio concipiatur. Secūdò excipit à regula, quòd factum nō acquiritur. Tertiò, si sint plures domini, pro dominicis portionibus acquiritur. Secunda ibi, sed cum factū. Tertia ibi, Seru⁹ cōmunis.

Panurgus seruus in iis, quę ad ius ciuile pertinent, pro nullo habetur, nec personam habere intelligitur, totúsque ex persona domini pendet, finge ergo stipulatum esse à Lęlio centum. Ius ciuile iniicítne vinculum in Lælium? maximè, sed vinculum illud non Panurgo, sed Simoni hero in manum tradit. Sed ecce, Simonè mortuo hæreditas iacebat neque adibatur. Interea Panurgus stipulatus est centum à Lælio. Ius ciuile cui tradet vinctum & constrictum Lælium? an Panurgo? minimè, sed hæreditati. Nā seruus hæreditati nondum aditæ acquirit. Cor. Vibul.

Not. seruum ex persona domini ius stipulandi habere. Item, quòd hæreditas est persona imaginaria sustinens vices defuncti. Item, quòd seruus hæreditarius acquirit stipulando hæreditati. Item, quòd quicquid hæreditati acquiritur, hæredi postea adeunti

adeunti quæsitum est. Syl.

Dominus est caput serui.

a Domini. Qui dominus caput est serui: vt j. de noxa. §. omnis. ex sua enim persona nihil potest: vt ff. de reg. iur. l. seruitutem. & l. quod attinet. nisi ex quo manumittitur. tunc enim incipit habere caput: vt de capit. diminut. l. hodie.

...mini[a] ius stipulādi habet. Sed & *hæreditas in plerisque [b] personæ defuncti [c] vicē sustinet: ideóque quòd seruus hæreditarius ante aditam hæreditatē stipulatur, adquirit hæreditati [d]: ac per hoc etiam hæredi posteà facto adquiritur.

*abest.

Hæreditati furtum fieri non potest.

b In plerisq;. Hoc propterea dicit, q. a hęreditati furtū fieri non pōt: nisi in tribus casibus: vt ff. de fur. l. hæreditariæ. & l. seq. Item propter vsumfruc: qui seruo hęreditario promitti non potest vt hęreditati quęratur: vt ff. eod. l. vsusfructus.

ADDITIO. Et est ratio secundum docto: quia sine persona cui accedit, deberi non potest.

¶ Seruus siue filius fa... stipulatur, & cu... iuscunque persona stipulationem conci... piat: acquirit domi...

Siue autem domino, siue sibi[e], siue conseruo suo, siue impersonaliter [f] seruus stipuletur, domino adquirit. Idem iuris est & in liberis, qui in potestate patris sunt, ex quibus causis adquirere[g] possunt.

¶ ... ipsius personam respiciens stipulando ... quærit.

c Defuncti. non hæredis: vt hîc, & s. de hæred. insti. §. seruus. & ff. de acquiren. rer. dominio. l. hæreditas. Et quæ sit ratio, quare personam defuncti, & nō hæredis sustinet; dic, vt d. § seruus.

d Hæreditati. Sic ff. de iniu. l. j. §. quoties autem.

¶ Siue autem, &c. CASVS. Dauus semper domino acquirit, siue dixerit, Hero meo dabis? siue, Mihi dabis, siue Cōseruo meo Pseudolo dare spondes, siue simpliciter nulla nominata personā, Dare spondes? Filiusfamiliàs ex re patris commercium faciēs stipulari potest istiusmodi omnibus modis: & semper patri acquirit. nam ius ciuile vinculum quod in promissorem iniecit, tradet aut domino, aut patri. Cor. Vib.

¶ Not. quòd quocūque modo seruus stipulationem concipiat, domino acquirit. Item, quòd filii in potestate stipulādo æquiparantur seruis. Item, quòd valet argumentum de filio ad seruum, & è conuerso. Syl.

¶ e Siue sibi. Nisi in casibus, vt cùm factum est in stipulatione, quo casu domino non acquiritur: vt j. proxi. §. & cùm operas liberto stipulatur: vt ff. eo. l. antepe. [Intellige de incertis: & ratio ponitur in l. operæ in rerum. in j. & vlt. respō. ff. de oper. liber. quicquid voluerit glo. in l. seruus patroni. eod. titu. Syl.] Et in aliis Casibus, quos not. ff. eo. l. j. & l. seq. Sed nunquid frater potest stipulari fratri suo in eadē potestate existenti? Dic q sic: quia seruus cōseruo suo stipulari potest, vt hîc igitur frater fratri: argu. C. de diuer. rescript. l. j. Item, quia vox filii, vox patris intelligitur: & vox serui, vox domini intelligitur: vt j. de inut. stipulat. §. ei verò. qui & §. post mortem.

¶ f Impersonaliter. Nullius facta mētione, id est vel proprio nomine, vel appellatiuo: vel facta mētione de nomine appellatiuo, sed non proprio: vt suprà de exhæred. liber. §. j. Accurs.

Absona est hæc expositio, quia dictio impersonaliter, excludit etiam appellatiui mentionem, vt declaratur in l. proinde. ff. eod. tit. Syl.

Idem per omnia dici potest in monacho stipulante. Ange.

¶ g Acquirere. Vt ex causa profectitia, & aduētitia isto iure: quod dic, vt s. per quas perso. nobis acquiri. §. j.

¶ Sed cùm factum, &c. CASVS. Dauus stipulatus est factum, quod ipsius personam spectat, atque attingit: veluti, promittis te permissurum mihi per fundum tuum iter facere? Ius ciuile iniicit vinculum in promissorē, idque tradit domino: sed ita, vt Dauus solus iter facere possit, non autem dominus. Cor. Vib.

¶ Not. q stipulatio meri facti explicādi à seruo, nō potest p alium explicari. Item, quòd stipulatio itineris, & actus in seruo est merum factum. Syl.

a Cùm factũ. Sed si stipulatur seru sibi scribi librũ, & sic factum: nõne acquirit domino? Respõ. sic. & qđ hîc dicit, sed cùm factũ, &c. id est, à seruo faciẽdũ, & nõ ab alio, vel etiã à domino

totum soli Sextio tradetur. Cor Vi.

f Seruus cõmunis stipulando. Impersonaliter, vel sibi. vel dominis suis sub nomine appellatiuo, aliud si propria nomina expresserit: nã tũc acquirit: ꝑ virili, nõ ꝑ portione dominii. Sed qd si ꝓprium nomẽ, & appellatiuũ? Respond. si præponat ꝓpriũ, ꝑ virili. si appellatiuũ præponat ꝑ dominica: vt ff. de stipul. seruor. l. si cõmunis seru⁹ ita stipuletur, Lucio Titio. & ff. de statu liber. l. ita. §. j. Accur.

Adde, hæc vera etiam in dubio, secùs si cõstaret de intẽtione agẽtium. d. l. si seruus. qđ ꝓbatur ex cõiecturis collectis ibi, & hîc, & per doct. Syl.

g nominatim. Proprio nomine: vt š. de exhęre. lib. §. j. vel appellatiuo: dummodo intelligatur, de quo domino dicat: vt C. de libe. præte. l. ij. & iij. & ff. si cert pet. l. certum. Accur.

ADDIT.

Tu dic secundũ Ange, ꝙ factũ si ꝑsonę serui inhæreat à quocũque, siue ipsi seruo, siue sibi ab alio sit præstandũ, nõ acquirit domino: aliàs secùs. Ioan. Fab.

b Omnimodo. Sic ff. de vsu. & habi. l. plenum. §. si vsus:

c Continetur. Sic ff. de cõdi. & demõ. l. q. heredi. Acc.

d Ire agere. Hæc verba expone, vt š. de seruit. in princ. & ff. de ser. rust. præd. l. j. Et nota, q. a hîc ꝑ verba loquit: aliud si ꝑ nomẽ puta iter: tũc eñ domino acquirit: vt ff. eod. l. si communis.

Stipulari ire & stipulari iter differunt.

Sed cùm factũ [a] in stipulatione cõtinebitur, omni modo [b] persona stipulãtis cõtinetur [c]: veluti, si seruus stipuletur, vt sibi ire agere [d] liceat, ipse enim tãtùm ꝓhiberi nõ debet, non etiã dominus [e] eius,

¶ *Ex cõmunis serui sti-*

Seruus communis stipulando [f], vnicuique dominorũ ꝓ portione dominii adquirit: nisi iussu vnius eorum, aut nominatim [g] alicui *eorũ stipulatus est [h]: tũc enim soli ei adquiritur.

*cui.

¶ *Seruus communis stipulatur rem, quæ non potest vni ex*

Quod seruus cõmunis stipulatur, si alteri ex dominis adquiri nõ potest, solidũ alteri adquiritur: veluti, si res, quã dari stipulatus est, vni⁹ domini sit [i]

e Non etiam dominus. Subaudi prohiberi non debet: quasi diceret, debet prohiberi. Sed contàr š. per quas perso. nob. acqui. §. nõ solùm. & š. de iis, qui sunt sui, vel alie. iur. §. j. Sed non est contra. quia & hîc acquiritur domino commodum. nam ad sui domini vtilitatem ibit seruus.

Seruus communis, &c. CASVS. Cornelius hæredes instituit. Quintiũ ex octo vnciis, Sextium ex quatuor. ante aditã hereditatem seru⁹ Parmeno à Titio duodecim stipulatus est. Ius ciuile vinctũ Titiũ tradet Quintio pro duabus partibus, id est, octo vnciis: Sextio verò pro vna parte, id est, quatuor vnciis. Quid, si Parameno cùm esset Quintii, & Sextii communis, iussu solius Quintii stipulatus est. Ius ciuile tradet vinculũ soli Quintio. Quid si Parmeno sic dixit, Hero meo Sextio dare promittis? vinculũ

h Stipulatus est. Hoc est disiũctim, id est, diuisim exaudi. Sed q. d, si vnus iussit seruo, & ipse alteri stipulat⁹ est nominatim? Distingue ex cui⁹ re, vt si ex re iubẽtis, sibi quærat, aliàs nominato: vt C. ꝑ quas perso. nob. acqui. l. fin. §. fin. & ff. eod. l. proinde. §. fin. & l. seq. licet antiqui aliter distinguebàt.

Quod seruus communis. CASVS. Dauus erat cõmunis Quintii & Sextii. Is fundum Quintii à Titio stipulatus est. Ius ciuile non tradet vinctum Titium nisi soli Sextio. quid ita? quia fundus, quid est Quintii, amplius eius esse non potest. Cor. Vib.

i Vnius domini sit. Nam cùm sua sit, amplius ei quæri non potest: vt š. de leg. §. sed si rem & infrà de actio. §. sic itaque. restat ergo, vt soli alteri quæra-

quæratur. Aliud, si ex re vnius stipuletur: quia tunc omnibus quæritur, sed communi diuidundo iudicio reddetur, id est, cum aget communi diuidũdo ꝓ isto seruo, potest etiã deducere, ꝙ socius suus lucrat⁹ erat ex stipulatione facta ex reb⁹ suis: & redditur illi, ex cui⁹ re quæritur: vt ff. eo. l. si ex re. §. j.

TIT. XIX.

DE DIVISIONE STIPULATIONUM.

Quæ sit stipulationum diuisio, & quæ ipsius vis ac significatio.

¶ Suprà dictũ est de stipulationũ materia. Verùm, quia earum multiplex est species: ideo subdit de diuisione stipulationũ. Por.

Stipulationum. Totus iste titu. diuiditur in duas partes principales. Primò ponit diuisionem stipulationis. Secundò illam per exempla declarat. Secunda ibi, iudiciales.

CASVS. In vrbe Roma Prætor vrbanus, qui iuri dicundo in priuatis causis præerat, perpaucas causas cognoscebat, veluti de fideicomissis & alias quasdam. Alias omnes iubebat ꝑ homines priuatos cognosci, quib⁹ de iis iudicandi potestatem dabat. Cùm igitur distinctũ, ac separatum esset iudicis officiũ à Prętoris tribunali, intelligendum est quasdam stipulationes interponi solitas apud Prætorem, quasdam apud Iudicem, quasdã apud neutrum, quasdam apud vtrunque. Apud Prætorem veluti, Damnum timebam à tuis ædibus. vocabo te in ius. Prætor te ex sua sella ac tribunali iubebit stipulanti mihi hoc modo, Dãnum si quod mihi ex tuis ædibus acciderit, præstabis? respõdere, Præstabo. Apud Iudicem, veluti, Post acceptum à Pretore C. Aquilium iudicem: ne reus intelligentis se damnatum iri, venenum seruo det, quod seruum mihi redditum interficia, cogetur ab Aquilio mihi stipulanti, Si quid dolo feceris, te præstaturum spondes? responderе, Spondeo. Aliæ verò sunt stipulationes, quæ neque apud Prætorẽ, neque apud Iudicẽ fiunt: sed inter contrahẽtes tantùm. Aliæ denique modò apud Pretorem, modò apud Iudicem fieri consueuerunt. quarum exempla non est nostrũm interpretari: sed glossularum. Cor. Vib.

¶ Stipulationum. Simile per omnia. ff. de verb. oblig. l. stipulationum. ij.

¶ a Iudiciales. Quãdo iudex cognoscit, *de aliqua causa, & perdente causa incidenti facit interponere cautionem. & dicuntur iudiciales à iudice. *abest.

Stipulationum aliæ sunt * iudiciales [a], aliæ prætoriæ [b], aliæ conuentionales [c], aliæ communes [d],

¶ b Prætoriæ. quando non aditur iudex alia de causa, sed principaliter: vt talis cautio interponatur: veluti damni infecti, & cautio legatorum prestandorum: & talis est differentia inter ea quæ dicta sunt. Sed cùm hic ponatur prætoriæ, vt species opposita iudiciali: quare ff. de præto. stip. l. j. in prin. ponitur vt genus? Respond. ibi, aliter accipitur iudicialis, s. à iudicio: hic à iudice: vt ff. mand. l. Lucius.

ADDITIO. Facilimam & planissimã huius diuisionis explicationẽ vide in Cõmẽ. Fr. Hotomani ad §. sic itaque. de actionibus, vbi cur merè prætoriæ, & merè iudiciales stipulatio nes appellẽtur, apertissimè declarat.

¶ c Conuẽtionales. Quæ ex conuentione partium fiunt: & de his certum est & planum.

¶ d Cõmunes. Veluti rem pupilli saluam fore: quia principaliter potest adiri iudex, vt interponatĩ cautio, cùm pupillus habet tutorem, q. non satisdedit rem pupilli saluam fore: & sic dicitur Prætoria. Potest verò adiri iudex non principaliter: vt cautio illa interponatur, sed ex alia causa: veluti cùm pupillus non habet tutorem, potest petere coram iudice, & iudex qui dat tutorem ex officio suo facit interponi cautionem rem pupilli saluam fore: & ita dicitur iudicialis. Item quidam dicunt illam cautionem rem ratam haberi, esse communem: quia quandoque interponitur à procuratore actoris: quandoque à procuratore rei: vt ff. de procur. l. Pomponius. §. sed & is qui. Vel alia ratione dicitur communis, veluti, cùm procuratorio nomine qs alium conuenit, iudex ex officio suo debet facere, vt cautio rem ratam haberi, interponatur: &

Cautio rem pupilli saluam fore est cõmunis.

Cautio rem ratam haberi est communis.

tunc est iudicialis. Prætoria est, quando quis promisit mihi, ꝙ promiteret rem ratam haberi: modò volo, ꝙ promittat: & sic principaliter ad istã stipulationem vado ad Prætorem vt ipsa interponatur.] Hæc glos. in antiquis codicibus Accur. non reperitur, & est additio quædam. Syl.] Residuum glo. (quæ in aliis impressionibus hîc communiter ponitur:) in fine glos. huius tit. habetur.

¶ a Iudiciales. s. stipulationes.

¶ b de dolo cautio. Vt si ago pignoratitia. caueas ne seruitutes dolo perdideris, vel rei ius in aliquo læseris: vt ff. de pignor. action. l. creditor. Item si rei vendicatione agam ꝑ re, quam vsucepistitiam lite cõtestata caues de dolo, ne alienaueris, vel manu miseris seruum: vt ff. de rei vend. l. si post. sic & ff. manda. l. si procuratorem. §. penul. & l. sequen.

¶ c De persequendo seruo. Vt si metu mihi abstulisti seruũ, quem postea ꝑdideris: caueas de eo persequẽdo, vel eius pretio restituendo: vt ff. quod metus cau. l. si cùm exceptione. §. quatenus. versicu. quòd si homo. Item, emptor qui redhibet, & non habet seruum, quem reddere debet, quia aufugit, debet cauere venditori de persequendo seruum: vt si habere poterit, illi restituat: vt ff. de ædil. edic. l. redhibere. §. fin. sic & ff. de condic. cau. da. l. si pecuniam. §. penult.

¶ d Ve. Pro vel.

¶ e Prætoriæ. Stipulationes.

¶ f A mero. id est puro: sic quod nõ iudicis officio. s. tali quali in superiori casu: vt statim dicam. Accursius.

¶ Hanc glos. pro singulari allegat Ang. in l. v. ff. de verb. oblig.. Syl.

¶ g Damni infecti. Vt ff. de damno infect. l. Prætor ait. §. de eo. versi. in eum q. Dicit & alio respectu pretoria illa quæ ab initio exigitur, siue sit prætoria inuentione, siue ciuilis, siue alio quocunque modo inuenta: ex eo. s. ꝙ Prætor eam approbat: vt ff. de verb. sign. l. & hoc sensu comprehendit prætorias, & iudiciales, & communes, & omnes præter conuentionales: & ita accipitur. ff. de preto. stipu. l. j. sic. est de adoptione. ff. de adopt. l. ij.

tã prætoriæ, quàm iudiciales. Iudiciales[a] sunt duntaxat, quæ à mero iudicis officio proficiscuntur: veluti de dolo cautio[b], vel de persequendo seruo[c], qui in fuga est, restituendóve[d] pretio. Prætoriæ[e] sunt, quæ à mero[f] Prætoris officio proficiscũtur: veluti dãni infecti[g] [vel legatorum[h]]. Prætorias autem stipulationes sic aexaudiri oportet, vt in his etiam contineantur ædilitiæ[i]. nam & hæ à iurisdictione Prætoris * veniunt[k]. Conuentionales sunt, quæ

Adde, ꝙ in quãtũ glos. vult prætoriam stipulationẽ duobus modis accipi, non bene sentit hîc, vt in l. j. ff. de præto. stipu. Dic ergo eo modo sumi hîc, vt in l. sed solùm diuersificatur significatio iudicialis, quæ hîc accipitur, vt species compar & coæqualis prætoriæ. ibi, vt species subiecta. Syluest.

*Inclusa additio Tribonianus.

*Expunge hanc dictionem Prætoris.

¶ h Vel legatorum. Vt ff. vt leg. vel fideicom. no. ca. l. j. primo resp.

¶ i Aedilitiæ. scilicet, stipulationes: vt si animal tibi vendo, de vitiis eius cauere debeo: vt ff. de ædil. edi. l. itaque. & l. si venditor.

ADDITIO. Earũ exemplum Varro de re rustic. lib. j. suppeditat. Emptor stipulatur prisca formula sic, Illasce oues, qua de re agitur sanas recte esse vti pecus ouillum, quod sanũ rectè est extra luscam, surdam, minã, id est ventre glabro, neque de pecore morboso esse, haberéque rectè licere, hæc si rectè fieri spondes?

¶ k Veniunt. Cùm ædiles erant ex Pretoribus: vt s. de iure nat. §. proponebãt. Sed quæ erit intelligibilis differẽtia inter prætorias, & iudiciales: cùm hoc titu. accipiatur prætoria vt iudicialis? Resp. quia prætoria Prætore mortuo inducta est: sed iudicialis à iurisconsultis aliis. Item in prætoria inuenies iudicem ob hoc ipsum principaliter adiri: sed in iudiciali per cõsequentiam: vt patet ex supradictis exemplis. Item iudiciales vagæ sunt per totum corpus iuris: sed prætoriæ, licèt & ipsæ sint vagæ, comprehensæ tamen sunt simul in vno titu. vt ff. de præto. stip. l. j. Item potes notare quartam differentiam: vt not. ff. de verbo. obli. l. v. §. ij.

ADDITIO. Hãc differentiã dominus Ioan. addit dicẽs: quia Prętoriæ sunt

sunt quæ per solum iudicem ordinarium interponuntur: & iudiciales quæ per quemlibet alium iudicem.
¶ a Quarum. s. conuentionalium.
¶ b Penè. ideo dicit penè: quia in quibusdã valet alius contractus: vt vẽditio in libero homine, & similibus: vt ff. de contrah. empt. l. & liberi. & l. liberi hominis. & j. de contrahend. emp. §. fi. in quibusdã nõ valet stipulatio: vt j. tit. j. primo respon. §. j.
¶ c Rerum contrahẽdarum. s. esse genera: id est quot possumus dicere esse genera contractuum, tot sunt genera stipulationum, id est vbicũque potest cõtrahi, ibi potest stipulatio interuenire. nã stipulatio propriè non est cõtractus: vt ff. de verb. sig. l. Labeo.

ex conuentione vtriusque partis cõcipiuntur: hoc est neque iussu iudicis, neque iussu Prætoris: sed ex côuentione cõtrahentiũ, quarũ[a] totidem genera sunt, quot (pene[b] dixerim) rerũ contrahendarum[c]. Cõmunes[d] sunt, veluti rem saluã fore pupillo (nã & Prætor[e] iubet rem saluam fore pupillo, caueri: & interdũ iudex[f], si aliter hæc res expediri non potest[g]) vel de rato[h] stipulatio*. *erigitur.

TITV. XX.

DE INVTILIBUS STIPULATIONIBUS.

¶ *Stipulatio rei*

¶ Intellige largè, nõ propriè: vt declarant doct. in l. v. ff. de verb. oblig. Syl.
¶ d Communes. Abnegatiuè lege. i. nõ prætoriæ tantùm, vel iudiciales tantùm, vel conuentionales tantùm: sed partim ex vno, partim ex altero naturam accipiunt. Nam si non cauerit tutor pupillo, hoc ipsum peti potest: & quo ad hoc habet naturam prætoriæ: si petitur tutor, & per consequens præstatur satisdatio: & in hoc habet naturam iudicialis, vt ff. de satisda. tut. §. j. Sed de hoc dic plenius: vt ff. de verb. obli. l. v. §. prætoriæ. vbi est hic tit. de verbo ad verbum. Item si petatur hec satisdatio ab altero tutorum, vel curatorum: ex consequentia petitur, & nõ præcisè: vnde & in hoc habet naturam iudicialis: vt ff. de admi. tut. l. iij. j. respon. & s. de satisda. tut. vel cur. §. j. & §. ij. Vel dic communes alio modo: vt j. eod. §. sed secũdum hoc, omnis prætoria potest esse communis.

Cautio petitur à tutore quando queprĩcipaliter quãdoque incidenter.

ADDITIO. Dic quod hæc gl. secuta fuit errorem suum, quòd illa appellatur cautio prætoria, propter quam interponendã iudex principaliter aditur: illa verò appellatur iudicialis, propter quam interponendam iudex non principaliter, sed in consequentiam aditur. quæ opinio ibi fuit reprobata, secundum Christoph.
¶ e Prætor. scilicet mortuus: cuius verba non habemus, sed sententiam: vt s. de satisd. tut. in prin. & §. j.
¶ f Iudex. scilicet viuus.
¶ g Non potest. Quia sponte nõ vult satisdare ex præcepto mortui Prætoris: vnde inuitus cõpellitur à iudice viuo.
¶ Non bene exponit: quia omnis prætoria esset cõmunis, quod est falsum. Syl.
¶ h De rato. Hec est communis & alia causa, quàm superior. nam hæc est conuentionalis quandoque, vt si fiat extra iudicium ex côuentione: vt ff. rem ra. hab. l. interdum.
¶ Hæc glos. falsa est: quia communis non dicitur respectu conuentionalium, sed pretoriarum & iudicialium: vt patet ex text. nostro. Syl.
¶ Item iudicialis quando interponitur à procuratore actoris: cum dubium est, an sit procurator: vt C. de procu. l. j. & de satisd. l. j. aliàs non potest res expediri, cũ non admittatur: vt j. de satisd. §. pen. Alii dicunt eam communem s. de rato: quia à procuratore rei præstatur quandoque non solum actoris: vt ff. de procur. l. non solùm. §. si status. & §. est & alius casus, & vlti. §. & l. Pomponius. §. ij. & l. si defunctus. §. vlt. Accur.

Cautio de rato est communis.

ADDITIO. Et hæc melior, quòd ideo dicantur cõmunes, quia partim per Prætores, vt in procuratore actoris: partim per iuriscõsultos: vt in procuratore rei, fuerint inuentæ, vt hic. Cautio autem, quæ ex forma statuti inducitur, si sit factum à toto populo, vel repræsentantibus ipsum, dicetur ciuilis. Si verò ab episcopo, duce, vel marchione, dicetur prætoria. Angel.

Cautio à statuto inducta an sit ciuilis, an prætoria.

[illegible]

¶ Suprà in tit. de verbo. oblig. dixit

in genere de stipulationibus interpositis ab vno: verùm quia tam ex parte creditoris, quàm ex parte debitoris aliquando plures personæ interueniunt: & sunt duo rei: ideo subiecit titulū de duobus reis. Verùm q̃a non tantùm stipulatio interponitur à libero, sed etiam à seruo: ideo subiecit titulū de stipulatione seruorum. Verùm, quia stipulatio nō est simplex, sed multiplex: ideo postea annectit titulū de diuisione stipulationum, vt suprà tit. prox. Verùm quia aliquando stipulatio est inutilis, & quia hoc potest contingere multis modis: ideo ponit hîc istum titulum, de inutilibus stipulat. Ang. Aret.

Ex Gaio libr. 2. Inst. tit. 3.

[illegible] haberi. Arti.

Omnis* res, quæ dominio nostro subiicitur [a], in stipulationem deduci potest: siue mobilis [b] sit, siue soli. At si quis rem, quæ in rerum natura [c] non est, aut esse non potest, dari stipulatus fuerit: veluti Stichum, qui mortuus sit, quem viuere credebat [d]: aut hippocentaurum [e], qui esse non possit: inutilis [f] erit stipulatio.

¶ *Res quæ in dominio vel com-* [illegible]

Omnis res. Quoniā iste tit. est valde longus, & habet plurimos §§. & vnusquisq; habet materiam de per se, ideo non diuidam: quia esset valde longa diuisio.

CASVS. Quoniā de stipulationibus dicere cœpisti, quæro, quę res in stipulationem deduci possint? Omnes, inquit, siue mobiles sint, siue immobiles: duntaxat quæ natura vel lege dominio nostro subiecta esse possunt. quomodo? Natura quidē, veluti quæ in rerū natura neq; sunt, neq; esse possunt. veluti hominem mortuū, aut hippocentaurum, aut chimeram, aut collem absque valle, & similia. Cor. Vib.

¶ a Subiicitur. i. subiici potest. Sunt enim quædam res, quæ nō possunt esse in nostro dominio: vel quia nec sunt, nec fuerunt, s. in rerū natura: vt j. prox. §. vel si sunt, impossibile est de natura: vt in Sole, & Luna, & similibus: vt j. eo. §. si impossibilis. vel de facto, vt aureū montem: vt ff. de statulib. l. cùm heres. §. j. vel de hominū dispositione: vt res sacræ & religiosæ, & sanctæ & publicæ, & in vsu publico existentes: & alię similes: vt liber homo ex sui natura: vt j. prox. §. & s. de rer. diui. j. respon. & §. nullus. & ff. de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. sacram. Accur.

Dominium in quibusdam rebus habere nō possumus.

¶ b Mobilis. Cuius appellatione & per se mouentia, vt equi, continentur: vt ff. de verb. sig. l. mouentium. Accur.

¶ c In rerum natura. i. apud aliquos homines. sic s. de verb. oblig. §. conditiones. Accur.

¶ d Credebat. Maximè subaudi. nam idem si sciret mortuū, nisi mora debitoris præcessisset mortem: vt ff. de constit. pecu. l. promissor. & ff. de ver. obl. l. inter stipulantem. §. Stichū. quæ est contra.

ADDITIO. Et tunc res ipsa & in stipulationem & in petitionem & in cōdemnationē deduci debet: in eius tamen æstimationem fiet executio, l. si seruum. §. effectus. vbi gl. in verbo possit. & doct. ff. de verb. oblig. Angel.

¶ e Hippocentaurum. Animal fortè natum ex equa & tauro: quod nunquā fuit visum. vnde Horatius, in Arte, Humano capiti ceruicem pictor equinā, Iungere si velit, &c.

ADDITIO. Hippocentaurus, monstrum est partim humanum, partim equinum. Plin. lib. 7. cap. 3. Claudius Cæsar, inquit, scribit hippocentaurum in Thessalia natū, eodem die interiisse, & nos principatu eius allatum illi ex Aegypto in melle vidimus. Hieronymus in vita Pauli tradit ab Antonio visum in solitudine. Lucretius tamen lib. v. & Cicero tum in Nat. Deor. tum in Tuscu. disp: fabulam putant, quod de isto monstro narratur.

¶ f Inutilis. id est, vitiosa: quia contra ius est.

¶ Intellige ita vitiosam, vt ex ea nec naturalis, nec ciuilis oriatur obligatio. l. impossibilium. ff. de reg. iur. Syl.

¶ Idem iuris. CASVS. Quamobrem paulò superius dixisti, res quasdam prohiberi lege, ne dominio nostro subiiciantur? Quoniam lex aut naturalis, aut ciuilis repugnat, ne res quasdam stipulari possimus: veluti Iulium Cæsarem, à prædonibus captū, stipulari ab illis nemo poterat. Item res sacras, veluti prædia, quæ attributa

buta sunt alendis concionatoribus Euangelij. Item theatra, stadia, res quarum commercium non habemus, id est, de quibus contrahere nō licet, Quid ais? An nō saltē in pendenti erit stipulatio? quid enim si Cæsar se vendiderit? quid si res publica priuata facta sit? Regula est, Quæ ab initio non consistunt, ex post facto non conualescūt. Sed ecce, Domum Ciceronis stipulatus sum, deinde per Clodium sacra facta est: quæro, annon cogatur promissor eā mihi dare? minimè. Quid si sic stipulatus sim. Titium, quum seruus fuerit, dare spondes? non valet. qua de causa? quia nisi ius ciuile statim iniiciat vinculū, expost facto nō iniicit. Quum autem stipulata sit res, quam stipulari prohibuerit, vinculum omnino non iniecit. quare nec nascitur obligatio. Cornel. Vibul.

mercio nostro nō sit, stipulatio est inutilis.

¶ Idem iuris est [a]. si rem sacram [b], aut religiosam [c], quam humani iuris esse credebat: vel publicā rem * quæ vsibus [d] populi perpetuò exposita sit, vt forum [e],

*abest rem.

¶ Not. q stipulatio rei sacræ, religiosæ publicio vsui destinatæ, liberi hominis, rei, cui⁹ stipulator sit incapax, vel rei suæ, nō valet à principio. Itē, q talis stipulatio non suspenditur, vt tractu temporis, cessante causa inualiditatis, reconualescat. Item stipulatio ab initio valida tractu temporis fit inualida, si sine culpa, aut facto promissoris superueniat vna ex causis stipulationem vitiantibus. Item stipulatio ex causis prædictis inutilis est, etiā si contrahentes velint expresse differre illius effectum in casu cessantis impedimenti. Syluest.

¶ a Idem iuris est. scilicet, vt sit inutilis. Accursius.

Sacræ rei venditio valet inter ignorantes.

¶ b Sacram. Licet non valeat stipulatio, vt hic: valet tamen venditio inter ignorantes, vt actio detur: vt j. de contrahend. empt. §. fina. & ff. de contrahend. emptio. l. liberi. & l. sed Celsus. Sed quæ est ratio? Respond. quia in venditione non est necesse transferri dominium. in stipulatione sic: vt ff. de contrahen. empt. & vend. l. si ita. §. fi. & in glo. fin. Et est similis ratio, quare quis potest rem alienam vendere, vt ff. de contrahen. empt. l. rem alienam. sed non obligare: vt C. quæ res pignor. obli. poss. l. qui filios: quia in pignore debet ius constitui creditori, quod sibi det hypothecariā actionem venditione sola traditio cū obligatione euictionis sufficit: vt ff. de pignorib. l. & quę nondum. §. quod dicitur. & de actio. empt. l. ex empto. Accursius.

Aliena res vendi pōt, sed non obligari.

¶ Hæc gloss. in principio non est vera simpliciter: sed quando stipularer liberū hominem mihi dari, non valet simpliciter: quia intelligit dari, l. si ita distrahatur. §. j. ff. de contrah. emp. sed si stipularer mihi tradi, valet stipulatio: si ignorem liberum: quia possideri pōt ab ignorāte, §. idem placet. s. per quas pers. nob. acqui. Idem, si stipularer ex causa onerosa, vel ex causa lucratiua, si promissor est in dolo, valet stipulatio quantum ad interesse euictionis, secundum communem sententiam in l. liber homo. j. ff. eod. Syl.

¶ c Religiosam. Hæc verba, sacram & religiosam, expone: vt s. de rer. diuis. §. nullius. & §. religiosam.

ADDITIO. Dic hoc verum, quando res in totum est sacra vel religiosa: si autem esset pro parte: an valeat stipulatio, emptio, vel alia dispositio: vide l. hanc legem. & l. in modicis. ff. de contrahend. empt. Angel.

¶ d Vsibus. Aliàs si non esset in vsu publico, potest alienari: vt ff. de contrahend. empt. l. sed Celsus. j. respon. & l. Pacta. §. fi. sic ff. de via publica. l. viam.

¶ Dic, dum tamen eius comparatio non sit multum difficilis. l. apud Iulianum. §. fin. ff. de leg. j. Syl.

Forū & forus.

¶ e Forum. s. vbi redditur ius: vt ff. de iustitia & iure. l. pen. vel rerum venalium. Sed forus est bursa. Accur.

ADDITIO. Item forus dicitur locus exercendarum litium: vt c. forus, extrà de verbo. signific. Item calcatorium. id est locus, vbi vua calcatur: quòd pede calcantis feriatur. Dicuntur etiam fori tabulata nauium, ab eo quod incessus ferant. Item spectacula, hoc est loca erecta, vt ex his spectetur. Item forus dicitur foramen illud, per quod remus immittitur, à forando. Vnde versus,

Causatur, venditque forum, signátque foramen.
Alta fori loca sunt, datque carina foros.

Hostien.dicit, quòd forum id neutro genere ponitur pro territorio cuiusque iudicis, intra quod potest in facinorosos homines animaduertere: vnde tota diœcesis dicitur territoriū episcopi.xvj.q. vij.omnes Basilicæ.

¶ a Theatrum. Expone vt s.de rer. diui.§. vniuersitatis. Acc.

¶ b Credebat. Idē si sciebat: vt j.prox.§.&ff.de verb.obli.l. inter stipulātem. §.sacram.ibi, casum enim &c.

¶ c Cōmerciū. Generale nomē est ad omnes contractus. Vnde dicitur aliquis habere cōmerciū rei, quādo per emptionē, vel alio modo, potest eam habere, quare Iudęus non habet commerciū Christiani mācipij: vt C. ne Christian.man. Iud.&c. vnde si Iudæus Iudæo promittit, tale mancipium nō valet: vel Christia. Iudæo: vt hic, si autē Christiano promittat Iudæus, valet: vt ff. de verb.obli.l.multum interest. & de leg.l.apud Iulia.§.fin.

*priuatum. T.

*abest.

vel theatrum [a], vel liberū hominem, quē seruū esse credebat [b]: vel cuius commerciū [c] nō habuerit: vel rē suā [d] dari, q's stipuletur.

¶

¶ Nec in pendenti erit stipulatio ob id, quòd publica res in priuatā* deduci, & ex libero seruus fieri potest, & commerciū adipisci stipulator potest, & res sua* stipulatoris esse desinere potest: sed protinus [e] inutilis est.

¶ *Adeoque, Etiā quod à principio valuit, si ad eum peruenit casum à quo initiū sumere nequit, vitiatur.*

¶ Item contrà [f], licet initio vtiliter res in stipulatū deducta sit, si tamē * postea in aliquā * eorum * causam [g], de quibus suprà dictū est, sine facto [h] promissoris deuenerit, extinguitur [i] stipulatio. Ac nec statim ab * initio talis stipulatio valebit, Lucium Titium, cùm seruus erit, dare spondes? & similia [k]. Quæ enim natura sui dominio nostro exempta sunt, in obligationē [l] deduci nullo modo possunt.

¶

Stipulatio rei suæ an valeat.

¶ d Suam. Nam cùm sua sit, plus sua fieri non potest: vt s. de leg. §. sed si rem.& j.de actio.§.sic itaque. nisi ratione possessionis apud alium constitutæ: vt ff.de contrahen. empt. l. si in emptione.§. iij. vel nisi sub conditione, dum tamen adueniēte conditione stipulatoris res esse desierit: vt ff. de verborum obligationib. l. si rem meam.& l.existimo.

Stipulatio pura non suspenditur, sed bene alii actus

e Protinus. id est statim: quia pura stipulatio suspendi non potest: vt ff.de stipul.seruo. l.vsusfructus. secus in aliis actibus viuorū: vt ff.commu. præd.l.fin.Accursius.

ADDITIO. Puta per euētum confirmationis, quæ ex postfacto fieri potest: sed tamen ipse actus in veritate non pendet, sicut nec stipulatio: sed interim vel est nullus: vel sola ipsius qualitas, puta dominii trāslatio, vel cui acquiratur, pendere dicitur. & hæc vera in actibus puris. *abest.

¶ f Item cōtra. i.è cōtrario. nā s.dixit, quando ab initio res erat sacra vel similis, sed postea desiit: nunc ecōtra, quando prius nō sacra, sed postea fit. *abest. *earum *abest.

¶ g Eorū causam. i. sacra, vel religiosa, vel similis: vt s.proxi.§. Accur.

¶ h Sine facto. Quod est cùm erat res aliena: aliàs si sua semper suo facto factū videtur, etiam si aliena fuerit post tempus stipulationis. Idē, & si erat aliena dummodò post morā vt ff.de verb. oblig.l.si seruum.§.j.& ij.

i Extinguitur. Arg.contra.s.de leg. §.si quis debitori.versi.quòd si viuo.

k Similia. putà rem sacram, cùm erit profana, & sic de singulis, scilicet sacra vel religiosa: vt s.proxim.§.

l In obligationem. s. istam, hoc est stipulationem.

¶ Si quis. CASVS. Hęc stipulatio facta est, Promittis Apellē mihi tabulā picturū? vel decē daturū? Ius ciuile nō iniicit vinculū obligationis in promissorem. Quid si dixero, Promittis te curaturū, & perfecturum, vt Apelles pingat? Tum ius ciuile tibi vinculū iniicit. Quænam ergo dissimilitudinis ratio est? Quia ius ciuile neminem ob alien

alieni facti promissionem obligat. posteriori autem stipulatione suum factum promissor pollicitus est. Sequentem §. per se clarum non explicamus. Cornelius Vibulanus.

Factum alienum quandoque licitè promitti- n tur.

¶ a Aliū. Prorsus extraneum.

¶ b Non obligabitur. Et est ratio, quia nemo alienum factū promittere potest, vt hîc & ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista, in princip. nisi pœna promittatur: vt infrà eod. §. versa vice. nisi in casibus, in quibus præsumit lex interesse promitti, nisi fiat, vt in cautione iudicio sisti: vt ff. de verbor. obligat. l. quoties quis. [Dic, hoc est generale in quibuscunque prętoriis stipulationibus. d. l. quoties. quia in his magis æquitas, quàm iuris subtilitas attenditur. Syl.] Item in stipulatione ista, habere licere: vt ff. de verbor. obligat. l. stipulatio ista. j. respon. Item in stipulatione de rato. vt ff. rem ratā hab. l. in stipulatione. Item in stipulationibus ædilitiis, vt sanum esse seruum venditum, vel non furem: & similia: vt ff. de euict. l. si ita quis. Item in stipulatione rem pupilli saluam fore, nam cùm sit prætoria, exigitur fideiussor: vt ff. de præto. stipul. l. prætoriæ. Stipulatur ergo pupillus his verbis à fideiussore: Promittis rem meā saluam fore per tutorem, vel curatorem? nam & his verbis ab eis stipulatur: vt ff. rem pupil. saluam for. l. j. & l. cum pupillus. Præterea, nónne quis semper promittit per se & suos hæredes ad facta, quæ per alium possunt explicari: vt C. de contrahend. stipul. l. fin. licet contra sit, si non potest per alium fieri: vt ff. eodem de verb. obli. l. centesimis. §. id quod. & C. de caduc. toll. l. vnica. §. ne autem? Respon. Non est alius hæres quàm testator: imò idem præsumitur: vt in authent. de iureiur. à mo. præ. §. j.

ADDITIO. Adde secundum Ang. alios casus, puta quando promittit alium dare vel facere id, ad quod promissor tenebatur. Item quando iurauit: quia facit valere omni meliori modo, quo potest: vt l. cum pater. §. filius. ff. de legat. ij. Angel.

¶ Si quis alium[a] daturum, factúrumve quid promiserit*, non obligabitur[b]: veluti, si spondeat Titium quinque aureos daturum. Quòd si effecturum[c] se, vt Titius daret, spoponderit, obligatur.

* spoponderit.

c Effecturum. Tunc enim suum factum manifestè promittit*: idem si dixit se curaturum, vt fiat: vt ff. si cert. pet. l. fin. §. si.

* hæc est sententia Th. hîc.

¶ *Stipulari nemo po[illegible] ei cuius iuri subiectus sit, aliquid detur aut fiat.*

Si quis alii, quàm ei, cuius iuri[d] subiectus sit, stipuletur, nihil agit[e].

¶ d Iuri. id est dominio, vt seruus domino, cui acquirit: vt s. per quas perso. nob. acqui. §. item nobis. Item reuerentia paterna, vt filius patri: vt suprà, per quas perso. nob. acqui. §. j. Item obediētia: vt monachus monasterio cui quærit, & se & alia: vt in authen. de monach. §. illud. Idem dicas de seruo fructuario. Idem de vsuario. Idem de seruo bona fide possesso, & libero bona fide possesso, qui ex duabus causis quærunt: vt suprà per quas per. no. acqui. §. de his. & §. idem placet.

e Nihil agit. Et est ratio: quia inuentæ sunt &c. vt infrà eod. §. alteri. & ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. alteri. fallit tamen in casibus xvj. In primis, vt si stipulantis intersit: quia sit tutor eius, cui stipulatur rem pupilli saluam fore. Secundò, quia procuratori stipuletur dominus. Tertio, si stipulatur creditori: vt infrà eod. §. sed si quis stipuletur. versi. & si creditori. & ff. de verb. obliga. l. stipulatio ista. §. si stipuler. & §. si quis insulam. Quartò fallit in omnibus prætoriis stipulationibus: vt ff. de prętoriis stipulatio. l. in omnibus. vt est damni infecti. ff. de damno infec. l. damni. §. si. Item iudicatū solui, & similes, vt ff. de proou. l. in causæ. §. si. Item fallit in procuratore præsentis: vt ff. de verb. oblig. l. si procurator. & ff. de proc. l. quod procurator. Item fallit in actore municipum: ex cuius pacto queritur municipibus. Item in curatore furiosi, & consimilium personarum, & tutoribus: vt ff. de constitut. pecu. l. eum, qui. §. si actori. Item fallit in institore. nam sibi actio ex pacto instituti quæritur: vt ff. de instito. l. j. in fin. & l. ij. Item fallit in iudice, vel notario, vel simili persona publica: ex quorum pactis, & stipulationibus alteri quæritur: vt ff.

Stipulatur alter alteri xvj. modis.

xem pupil.sal.for.l.ij.iij.& iiij.j.resp. & in auth.de execu.& iis qui con. §.j. col.vij.& in auth.de hære.ab intest.§. ex his.Item fallit in creditore,ex cuius pacto quæritur actio debitori: vt ff.de pig.act.l.si cum venderet. j.resp.Item fallit,si auus paciscatur dotē reddi nepti: quam iam in potestate non habet:vt ff.solu.matrim. l. Caius Seius. [Adde, idem in omnib⁹ piis locis, secundum Bald. qui communiter approbatur in l.illud. in j.col.C.de sacrosanct.eccle. Syl.] Item fallit in procuratore vendentis, vt ff.de act.empt. l.Iulianus. §.si procurator. Item fallit in deponente,si paciscatur alij rem restitui. Item fallit in commodāte faciente simile pactum: vt ff. depo.l.Publia. & C.ad exhib.l.si res. Item fallit in donante simile pactum sanciente in euentum alicuius conditionis: vt C.de do. quæ sub modo. l. quoties.Item fallit,si pater stipuletur filio, vel alij posito sub sua potestate post mortem suã, scilicet patris. Nam & filio quæritur,licet hæres nō sit: vt ff.de verb.obli.l.quodcunque. §.si ita quis.Si verò purè & nō post mortem, ipsi stipulanti quæritur: vt ff.de verb. oblig.l.dominus seruo.His enim casibus ex pacto, vel stipulatione alteri⁹, alteri quæritur.non aliàs,vt hîc,& C. per quas perso.nob.acqui.l.j. Cùm enim sint speciales, non sunt trahendi ad consequentiam,vt ff.de leg.& sena tusc.l.quod verò. Sed M.dicebat hos casus facere regulã:& si quis casus esset contra illud,speciale esset:& quod hîc regulariter dicitur. & j.eod. §.alteri.& C.per quas perso.nobis acqui. l.j.dicebat iure directo nō valere, sed vtiliter acquiri posse,& sic secundum eum semper ex pacto alterius quæritur:quod falsum est, cùm parũ interesset,directò,an vtiliter quæreretur, vt ff.de neg.gest.l.actio.Accur.

¶ Adde,quòd hodie de iure canonico indistinctè alteri stipulamur vtiliter. glos.in ca.quoties.j.q.vij. quæ tamen cõmuniter reprobatur.& sic iste text. etiam de iure canonico procedit. & d.l.stipulatio ista. §.alteri. Vnde dic, hoc verum apposito iuramēto, per d. glo.quæ in hoc cõmuniter approbatur.Syl.

¶ Planè solutio etiam in extraneã* personam conferri potest: veluti si quis ita stipuletur. Mihi aut Seio dare spondes? vt obligatio quidem stipulatori acquiratur [a]: solui tamen Seio [b], etiam inuito eo [c], rectè possit, vt liberatio ipso iure contingat [d], sed ille [e] aduersus Seiũ habeat* mandati [f] actionem.

* extranei.

* habebit.I.

Planè. Stipulatus sum, Mihi aut Quintio dare spondes? Ius ciuile tibi vinculum iniecit, quod mihi tantummodò, non etiam Quintio tradit. Veruntamen ei numerando pecuniã, potes te ab illa obligatione dissoluere: adeò, vt Prætor mihi cōtra te actionem postulanti, daturus non sit. dabit tamen mãdati actionem tibi aduersus Quintium, ad pecuniæ illi datæ repetitionem.Cor.Vibul.

a Acquiratur.scilicet tantùm.

b Seio. Non tamen hæredi eius: vt ff.de verb.oblig.l.cùm quis.Item hoc intellige statu huius adiecti non mutato,aliàs contra: vt ff.de solut.l.cùm quis.Item hoc intellige ante litem cō testatam à stipulante,aliàs contra: vt ff.de solutio.l.si quis stipulatus fuerit decem.§.j. Item licet solui possit adiecto, non tamen agere potest adiectus:vt ff.de constit.pecu. l.sed & si filiofamil.in fin.& l.si verò.

Solutio an possit fieri adiecto.

c Inuito eo.Qui stipulatur.

¶ d Contingat. Nisi in casu, vt ff.de eo, quod cer.loco.l.iij.§. idem Iulia. Sed ibi facta fuit solutio alibi, quàm fieri debuit: vnde venit interesse: vt ff.de actio. §.loco.in quo non potuit domino præiudicare accipiendo sortem adiectus: vt ff.de regul.iur.l.non debet. licet & ipse dominus posset, vt ff.de eo,quod cer.lo. l.centum.in fin. & l.fina.in fine.

e Ille.scilicet stipulator.

¶ f Mandati. nunquid adiectus mandati semper tenetur? M. dicit quòd sic,vt hîc,& ff.de verbor.obliga. l.Iulia.§.fina. Nam semper tacitum mandatum, & si non expressum, interuenire dicebat, & in absentia, & sine nunti

Adiectus, cui solutum fuerit, an mandati actione tenetur.

nuntio, vel epiſtola. quod eſt contra legem. ff.de procura.l.j.§.j.Quare dicemus, quod mãdati agit, ſi inter ceſſit mãdatũ: vt quia præſente adiectio fuit ſtipulatus, vt hîc, & ff.de verbo. obli. l.Iulia. §. fina.& ff.mãda. l.qui fidē. aliâs agit nego. geſto. cùm non ſit procurator: vt ff.de ſol.l. vero procuratori. §. interdum. & j. de obli. quæ ex quaſi contract. in princip.

ADDITIO. Nota bene hãc gloſſ. qua actione teneatur. & iſta ſunt vera, niſi adiectus eſſet animo ſibi donandi, vt dicta l. Iulia. §.j. & ibi Bart.ff.de verb. oblig. In dubio autem non videtur adiectus animo donandi, vt l.ſi cum aurum.ff. de ſolu.Ang.

¶ *Si quis ſibi & alteri copulatiuè ſtipulatur, dimidia tantùm ſtipulatori debetur.*

¶ Quòd ſiquis ſibi, & alii, cuius iuri ſubiectus nõ ſit, dari decē aureos ſtipulat⁹ eſt, valet[a] * quidem ſtipulatio: ſed vtrũ totũ debeatur ſtipulatori*, quod in ſtipulationē deductũ eſt, an vero pars dimidia, dubitatum eſt: ſed placuit, *nõ pl⁹ [b], quàm dimidiã partem ei adquiri.

* valebit.

*abeſt.

¶ *Si pater ſtipulatur filio acquiritur ſibi.*

¶ Ei verò*, qui iuri tuo ſubiect⁹ eſt, ſi ſtipulatus ſis, tibi adquiris[c]: quia vox tua, tanquam filij ſit [d]: ſicuti & filij vox tanquam tua intelligitur in iis rebus, quæ tibi adquiri poſſunt [e].

culum iniicit, quod mihi tradit. Cui verò decem illa acquiruntur? mihi. Sed domine Imperator, non erat his locus. non enim cui ſtipulãdo acquiratur, ſed quæ vtiles aut inutiles ſint ſtipulationes, hoc tibi capite exponēdũ erat. Cor.Vib.

*placet.

Not. ꝙ patris & filij eadē pſona, & vox fingitur. Syluest.

c Acquiris. Sic ff. de verb. obliga.l. dominus ſeruo. & C. de contrahē, & commit. ſtip. l. ij.& ff. de pact. l. & hæredi. §. nos autem.

*abeſt vero.

¶ d Filij ſit. Cũ vna perſona cēſeatur pater, & filius: vt C. de impub. & ali. ſubſt.l.fin.ſic, & in ſeruo, & domino eſt eadem vox: vt j.eod.§.poſt mortem.

Filius & pater cēſentur vna perſona.

ADDITIO. Naturaliter tamen ex contractibus domini ſeruis, patres filiis, & cõtrà, obligãtur: quod genus obligationis ad agendũ inutile eſt, ſed retentionem cõpenſationémque habet, & ſoluti repetitionē impedit, & denique fideiuſſor rectè ei accedit. l. ſi id.l.frater.ff.de cond.indeb.l.etiam ff.de compenſat.l.j.de fideiuſſor.

¶ Quod ſi quis. CASVS. Stipulatus ſum, Mihi, & Quintio decē dare ſpõdes? Ius ciuile vinculum tibi tantùm iniicit in aureos quinque. quamobrē? quia ſtipulando extraneo ius ciuile nullum vinculum iniicit. Cor.Vibul.

¶ Not. ꝙ ſtipulatio rei diuiduæ in qua perſona copulatè adiicitī ſtipulatori, eſt vtilis ſolũ ex perſona ſtipulatoris pro dimidia: pro alia eſt inutilis.Syl.

a Valet. ſcilicet, pro parte dimidia: vt ſubiicit: vt ff.de eo, quod certo.l.iij.§.ſi quis.Et collige, quòd non vitiatur vtile per inutile. ſic ff. de verb.oblig. l.j. §. ſed & ſi mihi. argu. contra. ff. de arbi. l. parui. aliâs Pedius §.j.& dic vt ibi.

¶ Dic hoc verum in indiuiduis: ſecus in diuiduis, vt per docto.in d. §. ſed & ſi mihi.Syluest.

¶ b Non plus. Vt ff. de verbo. oblig. l.ſi mihi.Sed contra. ff.de contrahen. emp.l.fundi.Sed dic vt ibi.

¶ Dic, quòd ſecunda ſolut.in d.l.ſi mihi, communiter approbatur.Syl.

¶ Ei verò. CASVS. Stipulatus ſum, Filio meo, qui in manu mea eſt, Decem dare ſpondes? Ius ciuile tibi vin-

¶ e Acquiri poſſunt. Vt profectitio peculio & aduētitio quo ad vſumfructum: vt ſ.per quas perſo.nob.acquiri.§.j.Accur.

¶ Præterea inutilis. CASVS. Stipulatus ſum certis verbis, veluti, Decē dare ſpondes? tu non congruenter reſpondiſti, ſed ita, Quinque dabo. Ius ciuile tibi nõ iniicit vinculum in decem. Idémque eſt, ſi mihi quinq;, aut purè ſtipulanti, tu decē: aut ſub conditione promiſeris. Quid verò illa apud Plautũ ſtipulatio, valétne? Dabíſne argenti mihi hodie viginti minas? Dabo. Sanè valet. Cor.Vib.

¶ Not. quòd diuerſitas quantitatis vitiat eatenus, quatenus eſt diuerſitas: ſed diuerſitas in qualitate inter interrogationem & reſponſionem reddit ſtipulationem in totum inutilem.

Itē, quòd absoluta, & simplex responsio in dubio non intelligitur discordare ab interrogatione: sed in ea censētur repetitæ virtualiter omnes qualitates interrogationis. Syl.

talis respōsio facit diuersitatē in qualitate: q̃a in qualibet sub cōditione interrogasse videtur. Sed in alternatiua summarum minor est in obligatione. l. si ita stipulatus fuero decē, aut quinque. ff. eo. ideo de ea interrogatū & respōsum esse videtur.

Stipulatio semper vitiatur ex responsionis diuersitate.

* abest.

¶ [illegible]

Præterea inutilis est [a] stipulatio, si quis * ad ea quæ, interrogatus fuerit, non respondeat [b]: veluti, si quis decem aureos à te dari stipuletur, tu quinq; promittas, vel cōtrà, aut si ille purè stipuletur, tu sub cōditione promittas, vel contrà: si modò scilicet, id exprimas, id est, si cui sub conditione, vel in diem stipulanti, tu respondeas, Præsenti die spondeo. Nam si hoc solùm respōdeas, Promitto: breuiter videris in eandem diem, vel conditionem spopondisse: neque enim necesse est in respondēdo eadem omnia repeti, quæ stipulator expresserit [c].

¶ [illegible]

a Inutilis est. Interdum in totum: interdum pro parte.

b Non respōdeat. s. cōgruè, diligēter tamē attende, q̄ vbicunq; est diuersitas: si incontinenti placet diuersitas stipulatori, valet stipulatio, vt ff. de verbo. obli. l. j. §. cum adiicit. Si autē nō placeat, aut est in qualitate, aut in quātitate, aut in specie diuersitas. In primo casu nullo modo valet, vt hîc, ibi, aut si ille &c. & ff. eod. l. j. §. cum adiicitur. & §. si quis simpliciter. Si verò in quantitate: in eo q̃d cōsonat valet: siue detrahat, siue adiiciat, vt ff. de verbo. oblig. l j. §. si stipulanti. quæ est contra, in alio non, vt hîc: ibi, veluti, &c. Si autem in specie: aut promittitur vna species p̄ altera: & tunc non valet, vt j. eod. §. si de alia. aut alia adiecta, & ita copulatiuè, & tunc valet in alia, non in adiecta, vt ff. de verb. obl. l. j. §. sed si. Si autē plures res stipuletur: tunc aut copulatiuè fuit facta interrogatio, & valet in eo, quod respōsum est: aut disiūctiuè, vt illā, aut illā rem promittis? quo casu valet: siue ad vtrunq;, siue simpliciter respondeat, & in vtraq;. Si verò in vna, nō valet etiā in ea: licet in summis non vitietur alternatiua, si respōdeatur ad vnam tantùm: vt ff. de verbo. oblig. l. j. §. si quis. & l. inter stipulantem. §. si stipulante. Accursius.

ADDITIO. Et est ratio diuersitatis secundū Ioan. Fab. q̃a in speciebus

c Expresserit. Quæ enī in præfationibus dicūtur, in cōtractib⁹ repetita creduntur: vt ff. de verb. obl. l. Titia. §. idem respondit.

Itē inutilis. Stipulatus sum à filio meo, q̃ in manu mea est: vel ipse à me stipulatus est: valétne stipulatio? minimè. I⁹ enim ciuile, patris, & filij subiecti patri, eadem censet esse persona & bona: quę tum demū distinguit, quū filius emācipat⁹ est. Quid Seru⁹ Pāphilus si stipuletur, an ius ciuile serui causa vinculū iniicere non dignatur? minimè. Quid autem in filiofamiliâs? Ius ciuile stipulāti extraneo vinctū tradit filiūfamiliâs q̃d intellige, vt suo loco explicauim⁹. C. V.

Not. quòd inter patrem, & filium stipulatio non contrahitur. Itē, quòd inter dominum, & seruum obligatio ciuilis contrahi non potest. Item, quòd seruus nemini potest ciuiliter obligari. Item, quòd filiusfamiliâs, excepto patre, potest aliis ciuiliter obligari & naturaliter. Syl.

Item inutilis. Quantum ad ciuile vinculū, sed naturale contrahitur, vt ff. de condic. inde. l. si id, quod. & l. frater à fratre. §. j. vnde fideiussor accedit, vt j. de fideius. in princip. Et hæc vera sunt, nisi in castren. pecul. vel quasi. nam tunc est loco patris famil. vt ff. ad Macedon. l. ij. & ff. de collatio.

Obligatio naturalis inter patrem & filiũ potest consistere.

tio.bonorum l.j.§.nec castrense. tunc enim & cum patre obligatur:& agitur cum effectu:vt ff.de iudic. l.lis nulla.

¶ Intellige petita venia. l. adoptiuũ. in princip.ff.de in ius voc.Syl.

de cura.furio. l.j. primo respon. & ff. de reg.iur.l.furiosi. Idem in mente capto,vt suprà de cur.§.j.

¶ Hoc verum quoad obligãdum prodigum alteri,secus è contra,d.l.is,cui. Syluest.

¶ Item inutilis est stipulatio, si vel * ab eo stipuleris, qui tuo iuri subiectus est: vel si is à te stipuletur [a]. Sed seruus quidem nõ solum domino suo obligari non põt [b], sed ne quidem vlli * alii. Filii verò familiarum * aliis obligari possunt [c].

*abest. *abest. *familiàs.

¶ … trahere.. Aretin.

¶ Mutum neque stipulari, neque promittere posse, palam est. quod & in surdo receptũ est: quia & is,qui stipulatur, verba promittentis, & is,qui promittit,verba stipulãtis audire debet. vnde apparet, nõ de eo nos loqui, qui tardiùs exaudit:sed de eo,qui omnino non audit*.

*exaudit.

¶ … rahere potest

¶ Furiosus nullum negotiũ [d] gerere potest [e]:quia nõ intelligit,quod agit*.

*agitur. T.

¶ … antiam exce… pupillum … etiam … re potest, ipse … tẽm alteri obligari non potest

¶ a Stipuletur. C.de pact. conuẽtis. l.pactum dotale. contra. Solut.maximè, ibi positũ abundat: sic C.de testament. manu. l.fin.§.j.

¶ b Obligari non potest. scilicet ciuiliter. Accur.

palis ita fideiussoria morte fideiussoris: quia in ea mors principalis spectatur, non fideiussoris: & ratio est, quia viuente principali, quamuis fideiussor decedat, non extinguitur fundamētum obligationis: & ideo trāsit obligatio in heredem fideiussoris. Sed vbi morit̄ principalis, secus est: quia si fuit extincta penit⁹ obligatio, penè non est fundamentū quo ista obligatio transeat in hæredē. Et si bene inspiciatur, hęc probātur in l. si eū. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. vbi obligatio accessoria non finitur ante principalem, & quo ad finē obligationis spectatur mors principalis, non fideiussoris: & ita teneas. Syl.] Et facit ad hunc §. ff. eodem. l. iiij. §. fin.

adhiberi, etiam pro [illegible]

¶ Fideiussor & præcedere[a] obligationē, & sequi potest.

¶ *Si plures sint fideiussores pro eodem interuenientes, in solidum tenentur singuli: diui tamen A-[illegible] omnes litis conte-[illegible] uendo sint, in viriles scinditur debitum: quòd si vnus fideiussorum neglecto diui Adriani beneficio solidū debitū exoluerit, frustra à confideiussoribus viriles repetere nitetur: sed ei cū principali debitore experiundum est.*

¶ Si plures sint fideiussores, quotquot erunt numero, singuli in solidum tenentur[b]. Itaque liberum est creditori, à quo velit solidum petere. Sed ex epistola[c] diui Adriani cōpellitur cre-

¶ Fideiussor. CASVS. Pecuniam à me petebas mutuo. priusquam tibi darem & negotium conficerem, Crassus me iussit sua fide tibi credere, postea contractum fecimus: vel, posteaquàm factus esset cōtractus, confectūmque negotium Crassus id iussit: quæro an ius ciuile Crasso vinculum iniiciat? maximè. Cor. Vibul.

Fideiussor an semper reliquat hæredē obligatum.

¶ a Fideiussor & præcedere. Puta fideiubeo in id quod sibi credes, vel credidisti, vel credis. Nam in his tribus temporibus pōtest accipi, vt hîc, & ff. de vsufru. earum rerum, quæ vsu. con. l. quoniam. §. fin.

¶ Si plures. CASVS. Quinque fideiussores erant propter centū aureos: quæro an petere possim ab vno eorū totos centum, aut suam partem duntaxat, id est viginti? Liberum est, inquit, creditori à quo velit solidum petere. Possunt tamen illi quinque postulare, vt à singulis partes viriles petas, nimirum viginti: idque litis contestatæ tempore. Sed ecce, Cùm in vicenos singuli conuenirentur, vnus eorum repertus est non soluendo. quid fiet? Eius egestas detrimento est cęteris. Tunc enim vigintiquinque à singulis petentur. Quid verò si post litem contestatā vnus ex fideiussorib⁹ non soluendo fiat? cuius id erit damno? Creditoris. Quid, si vn⁹ ex illis quique in solidum cōuētus, solidū soluerit? an non poterit partes aliorum ab iis repetere? minimè. Quid, si is pro quo fideiussit soluendo nō est? Sibi imputēt, quòd beneficio illo Adriani vsus nō fuerit. Cor. Vib.

¶ Not. fideiussores in solidum teneri. Item, ꝙ creditor potest quēlibet in solidūm conuenire. Item, ꝙ fideiussores habent beneficiū epistolæ diui Adriani, quam opponunt in modum exceptionis. Item, quòd imputatur ei, qui non vtitur beneficio legis. Syluest.

¶ b Tenentur. Idē est in pluribus mandantibus, vel iubētibus: vt ff. quod iussu. l. fin. Sed videtur iure nouo, ꝙ pro parte sua tantùm quilibet teneatur ipso iure: vt iam non sit necessaria epistola, de qua subiicitur hîc: nisi expressè in solidum promittatur, & sic videtur corrigi, quod hîc dicitur: vt in auth. de duobus reis. §. j. Vel verius (vt puto) d. auth. loquitur in plurib⁹ reis debendi: in quibus etiā iure veteri videtur fuisse cautum, vt pro partibus teneantur: vt ff. de duobus reis. l. reos. At secus fit in fideiussoribus, quorum quilibet tenetur in solidū, vt ipse reus pro quo intercedit. & ita habebit locum epistola hodie, vt olim.

¶ c Ex epistola. Sed vbi est hæc epistola? Respondet, non habemus eam scriptam, multoties tamen de ea mentionem facit lex, vt hîc, & C. de constitut. pecu. l. fin. & ff. eod. l. inter fideiussores, & l. seq.

¶ a Par-

Exceptio diuisionis fallit in quinq; casibus.

¶ a Partes. Hæc tamen epistola fallit in v. casibus: vt in fideiussoribus tutorum, q. nō implorant beneficium, licet tutores implorent, vt ff. rem pup. sal. fo. l. fi. & ff. de tut. & rat. distr. l. j. §. nūc tractemus. Itē fallit in fideiussore fideiussoris: vt ff. eod. l. si plures. §. fi. Itē fallit, quando cæteri fideiussores soluendo non sunt tēpore litis contestatæ: vt j. sub iicit statim. Itē fallit, quādo eiusdem summę sūt fideiussores, sed non pro eodem debitore: vt ff. eod. l. si à Titio. Item & quādo inficiantur: vt ff. eo. l. si dubitet. §. ita. [Rationes singularum fallētiarū vide in d. ll. alleg. in glos. & per Christ. hic, & Ias. qui sigillatim prosequuntur Syl.] Sed nunquid hæc exceptio epistolæ est perēptoria vel dilatoria? Videt̄ perēptoria: q̄a prorsus perimit id, in quo opponitur. Itē ècōtra videtur dilatoria: q̄a ante litē contestatam opponi debet, vt hîc: quare videtur dilatoria, vt C. de probati. l. exceptionem. Sed dico eā quasi anomalā, cùm nec peremptorias prorsus imitetur, quæ vsque ad sentētiā opponuntur: nec dilatorias, quæ tātùm differunt: vt j. de excep. §. hæc exempli. & C. sen. resc. nō pos. l. peremptorias.

Exceptio epistolæ diui Adriani est anomala.

[Communis opin. est, quòd vsque ad sententiam opponi possit, post sententiam non, nisi sit appellatum. Ita communiter tenent doc. in l. si dubitetur. in princ. ff. eo. post Bar. & Imo. ibi. Syl.] Sed quid si soluit, nunquid repetet quasi sit fauorabilis exceptio? Videtur quòd sic: vt in Velleia. vt ff. de condict. indeb. l. qui exceptionem. & ff. eod. l. si contendat. Sed contradico: quia non inuenio, quod sit sic, fauorabilis, & qui suum recipit: vt ff. de condict. indeb. l. repetitio.

¶ b Onerat. Argu. contra ff. ad leg. Rhod. de iact. l. ij. §. si quis. Accur. ADDITIO. Sol. ibi nō erat fideiussor obligatus, nisi pro sua parte.

¶ c Si is. scilicet, reus.

¶ d Iuuari. Facit ff. eo. l. vt fideiussor.

ditor à singulis, (qui modò soluendo sunt litis cōtestatæ tēpore) partes [a] petere. Ideóque si quis ex fideiussoribus eo tempore soluendo nō sit, hoc cæteros onerat[b]. Sed si ab vno fideiussore creditor totū consecutus fuerit, huius solius detrimentum erit, si is[c], pro quo fideiussit, soluendo non sit: & sibi imputare debet, cum potuerit iuuari[d] ex epistola diui Adriani, & desiderare, vt pro parte in se detur actio.

¶ *Fideiussoris obligatio accessoria est principali, quo fit, vt maior principali esse nequeat: minor autem queat.*

¶ *Adnota, illud vulgatum, Qui citò dat, bis dat.*

¶ Fideiussores ita obligari non possunt, vt plus debeant, quàm debet is, pro quo obligātur[e]. Nam eo-

Fideiussores. THEMA Quæro, an fideiussor in amplius obligari possit, quàm debitor? minimè. in minus autem potest. Plus autē intelligitur, re, tempore, loco, & causa. Hîc tamen rem & tēpus tantùm nominat cum exēplis clarissimis. Corn. Vib.

¶ Not. quòd plus est statim dare, quā post tempus. Item, quòd valet argumentum de re ad tempus. Cætera dic, vt p doct. hîc. Syl.

¶ e Obligātur. Sed nūquid in idpsum in quo reus tenetur, saltem remanet obligat°, quādo in plus fideiussit? Quidā dicunt, q̄ sic: p quibus est hoc generale. Vtile per inutile non vitiatur: vt ff. e. l. si à reo. §. j. & de do. l. si quis argentum. §. sed in his omnibus. Nos contrà. s. quòd in nihilo teneatur, & est pro nobis ff. eo. l. Græcè. §. illud.

¶ Et hæc opinio approbatur hîc, & in d. §. illud. Nec obstat reg. in contrarium adducta: q̄a nō habet locum in indiuiduis, prout ostendit Bar. in §. illud. q̄ est obligatio fideiussoria. Et licet omnes solutiones ad d. l. si à reo. impugnari possint, tamē solutio vltra omnes est, q̄ ibi sūt duæ obligationes, cùm vnaquæque conditio habeat suā obligationem: ideo, remota vna, non vitiat̄ alia: sed in §. illud, sumus in quātitate. & vna tantùm obligatione. Syl. ADDITIO. Collige ex gloss. duas opiniones. Prima, quod vbi fideiussor fideiubet in plus, quàm reus principalis debet, obligatur pro occurrente quantitate. & pro hac sententia allegatur primò l. si à reo. ff. eodem. l. si hactenus. in fin. ff. de consti. pec. l. ro-

gatus.in fi. ff. mand. allegatur vulgaris regula: Quia vtile per inutile vitiari non debet, regula iuris. vtile. lib. vj. Christopho.

a Nec plus. Contra hanc regulam est ꝫ. de re. diui, §. si tamen rem alienam. Item ff. de cōtra emptio. l. si in emptione. in princi. ibi, nec refert. Item ff. de solu. l. q res. §. mihi decē. & §. qui stipulatur. & §. mihi Romæ. Sed his omnibus da generalem solutionē, vt sic exponas hanc literam, nō plus esse potest in accessione &c. id est in accessoria obligatione, secundum Ioannem. Item contra. ff. de iudic. l. non quémadmodū. Solut. ibi non est plus: quia licet fideiubeat ante reum, non tamen plus tenetur. Item contra. ꝫ. eod. §. j. versic. at nec. Sed ibi non est plus, eo modo, quo dicitur plus. Dicitur enim plus quatuor modis, quorū nullus est ibi: vt ꝫ. de acti. §. plus autem. Accursius.

Dic, ꝙ aliquando tenetur in plus, quādo reus habet priuilegiū personale, vt magistratus: qđ non extendit ad fideiussorem. l. si. reus. ff. iudi. sol. Syl.

ADDITIO. Et est ratio, quia in dictis quatuor modis disparitas prouenit ex facto stipulatoris: ideo sibi imputet. Disparitas verò inefficacia, seu substantia obligationis ex iuris ordinatione prouenit, ideo sibi magis succurritur.

b Contra. id est si reus quinque promisit, fideiussor decem.

c Contra verò. Si reus sub conditione promittat, & fideiussor purè. Accursius.

d Plus est enim. Facit ad hoc ff. de verb. signif. l. si cui. §. fin. & ꝫ. de acti. §. plus autem. & ff. de solu. l. solidum. & ff. solu. mat. l. si constante. §. quoties. Accur.

e Soluerit. Siue per iudicē, siue nō: vt ff. mandati. l. idémque. §. fide iussores. Sed etiam in casibus quatuor antè, quā soluat, agit mandati, vt si hoc dictum sit, vt ad tēpus teneatur. Item si fuerit condemnatus: itē cœpit bona sua dissipare reus, itē si diu stetit fideiussor in obligatione: vt C. manda. l. si ꝑ ea. & ff. manda. l. Lucius. aliàs nòn agit ante, quàm soluat, sed soluere debet: vt ff. de cōdic. inde. l. indebitam. Sed etiam in his casibus nullo modo agit, vt si pro inuito, aut donādi animo, aut in rem suā fideiussit: vt ff. mād. l. si remunerandi. §. si passus. & l. si pro te præsente. Item si hoc actum sit, vt non agam, vt ff. mand. l. si remunerandi. §. Marcellus. Item si mandatum non sit obligatorium: vt ꝫ. mand. §. illud. Item & si fideiussor non opposuit exceptionem, quam debuit opponere: vt ff. manda. l. si fideiussor. Accur.

Vide similem glos. in d. l. si pro eo. vbi doct. latè prosequntur singulos casus: non est materia addit. Syl.

f Mandati iudicium. i. actionem, si intercessit mandatum, vel etiam eo præsente fideiussisset: vt ff. mandati. l. qui fide. & l. ex mandato.

ADDITIO. Græca sic intellige, mea fide iubeo ego, volo, affirmo, dico.

g Græcè. Facit. ff. eod. l. Græcè. j. re[illegible] [illegible] obligatio. §. [illegible] Græcè [illegible] de verborū obligatio. §. vtrum autem. Accur.

In illis

---

rum obligatio accessio est principalis obligationis: nec plus[a] in accessione potest esse, quàm in principali re. At ex diuerso, vt min⁹ debeāt, obligari possūt. Itaque si reus decē aureos promiserit, fideiussor in quinq; rectè obligatur: cōtrà [b] verò obligari non potest.

Item, si ille purè promiserit, fideiussor sub conditione promittere potest: contrà [c] verò, non potest. Non solùm autem* in quātitate, sed etiam in tēpore minus, aut* plus intelligitur,

Plus est enim[d] statim aliquid dare, minus est* post tēpus dare.

Fideiussor soluens pro reo, habet contra eum mādati actionem. Areti.

Si quid autem fideiussor pro reo soluerit[e], eius recuperandi causa habet cum eo mādati iudicium [f]. Græcè[g] etiam * fideiussor ita accipitur, τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω ἐγὼ *. sed & si dixerit θέλω siue βούλομαι, sed & φημὶ: pro eo erit, ac si dixerit, λέγω.

*enim.

*& rectè T.

Fideiussor in quatuor casibus agit ante quàm soluerit.

*verò. rectè T.

*abest T. rectè.

*λέγω, si λω.

¶ In stipulationibus fideiussorũ. CASVS. Flauius tabellam protulit in qua scriptum erat, Crassum fideiussisse pro Milone: sed non erat adscriptũ præsentes fuisse stipulatorem, & promissorem: stipulatorem interrogasse: spopondisse fideiussorem: quæro an valeat hoc instrumentũ? Valere respondet. Nam in stipulationibus fideiussorũ omnia solenniter acta intelliguntur. C. Vibul.

¶ a Etiã actum. q.d. si ita dicit scriptura, ac si verè ita fuisset factũ, quod fortè fuit vel non fuit actum, certè præsumitur pro scriptura, vt sic videatur actũ: & est hæc scriptura priuata: dicit enim, si quis se &c. & ex causa: vnde incontinenti prę iudicat, nisi contrà probetur, vt ff. de non nu. pec. l. generaliter. Et facit ad hunc §. ff. de verb. obli. l. sciendum. & C. de contrah. & commit. stip. l. j. & s. tit. j. §. si scriptum. In scriptura autem publica constat ei standum multo magis, nisi cõtrà probetur: vt C. de prob. l. cùm precibus. & in auth. de fid. instr. §. si verò moriantur. in princ. Item nota hîc pręsumi omnia solenniter acta, quod probant supradictæ leges. Acc.

¶ b Solenniter. i. etiam interrogationem factã fuisse: quam necesse est præcedere: vt s. de verb. obli. in prin. & C. de contrahen. & commit. stipu. l. j.

¶ c Acta. Sed contra ff. de pub. in rem actio. l. quæcunque. §. fi. Solut. ibi sunt extrinsecæ solennitates de tutore & iudice, qui debent adesse, cùm pupillus vendit. At hîc actus promissionis nullus est sine actu interrogationis. Vnde ex quo dixi, fideiubeo, vel promitto, intelligitur interrogatio facta esse, quasi pars promissionis: & sic nõ est extrinseca solennitas, cùm sit pars stipulationis.

¶ Et ita distinguitur communiter in d. l. sciendum. ff. de verb. oblig. vbi est materia sua ordinaria. Syl.

¶ Solennitas intrinse- [illegible] sumitur, quãdo scripturæ verba apta sunt illam comprehendere.

In stipulationibus fideiussorũ sciẽdum est hoc generaliter accipi: vt quodcunque scriptũ sit quasi actũ, videatur etiam actum[a]. Ideóque cõstat, si quis scripserit se fideiussisse, videri omnia solẽniter[b] acta[c].

DE LITERARVM obligationibus.

TIT. XXII.

DE* LITERARUM OBLIGATIONIBUS.

¶ Qui se mutuum accepisse, numerationis futuræ s[illegible] scriptis co[illegible] [illegible] nũ spatium non numeratæ pecuniæ exceptionem obiecerit, postea lite- [illegible] [illegible].

OLim scriptura potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Secunda ibi, Multum.

¶ Iste tit. continuatur ad præcedentia. Quia suprà visum est de obligationibus, quæ cõtrahũtur re, & verbis: ideo nunc ponit de his, quę cõtrahũtur literis. Aret.

*Hæc obligatio quî fiat docet. In ius 2 In fi. tit. 9.

OLim scriptura. Totus iste tit. diuidit in duas partes. Primò ponit qualiter olim scriptura obligabat, q̃s, & ei⁹ correctionem: & nouum statutum. Secundò ponit intra quantũ tempus olim, & hodie potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Secunda ibi, Multum.

CASVS. Lucretius quum à me mutuari vellet, ea de re mecum locutus est, ei iussi vt chirographum mihi cõscribat. Subscripsit ille hoc modo: Hodie ego ab illo cẽtum accepi mutuo, quæ illi debeo. Ego accepta illa cautione nullo nũmo dato, discessi. Quæro, quæ nascatur obligatio? nã re quidem nõ nascitur, quippe quũ pecunia numerata nõ sit. Verbis obligatio nõ nascitur: quum stipulatio nulla interposita fuerit. Superest igitur, vt ex literis nata dicat obligatio. Sed quidnam auxilii paratũ est Lucretio, tam perfidiosè à me inducto, ac decepto? Quum actionem à Prætore postulabo, ipse à Prætore simul exceptionem postulabit, Nisi mihi numeratum non sit. qua exceptione transfertur in me actorem probatio. Et quandiu vti poterit illa exceptione Lucretius? Intra biennium duntaxat. Cor. Vibu.

¶ Not. quòd confitens se ex mutuo recepisse quod non recepit, obligatur effectualiter hodie post biẽnium. Item, quòd multum tempus aliquando dicitur quinquennium, aliquando

biennium. Item, quòd obligatio oritur ex ipsa scriptura, concurrente lapsu temporis. Item, quòd ex ea nascitur condictio. Item, quòd exceptio non numeratæ pecuniæ vltra bienniũ non opponitur. Syluest.

ra [a] fiebat obligatio, quæ nominibus fieri dicebatur: q̃ nomina hodie non sunt in vsu. Planè [b] si quis [c] debere [d] se

a Scriptura. id est solennitate quadam scripta, quæ per quædam nomina specialia fiebat, vt subiicit.

ADDITIO. Horum verborum interpretationem nobis Fr. Hotom. istã ex suis in Verrinas commentariis exposuit. Veteres suas pecunias ferè apud argentarios habebãt, vnde quum opus esset, pecuniã sumebãt: vt ex sexcentis Plauti locis intelligitur, & his Donati verbis in Adelph. Terentij. Tunc enim (ait) in foro de mensa scriptura, magis quàm ex arca, domóque vel cista, pecunia numerabatur. Id autem Perscribere, & Ex mensę scriptura dare ab antiquis dicebatur: itemq; Transcribere: vt l. si vir vxori, D. de præscript. verb. Terentius in Phorm. Sed transi sodes ad forum, atque illud mihi argentum iube rursum rescribi Phormio. PH. Quod? næ ego præscripsi porro illis, quibus debui. Quem locum Donatus sic interpretatur, Rescribi, id est reddi, seu per mensæ scripturam dari. Quoniã ad numerationem pecuniæ antecedit scriptura, Rescribere dicebãt, pro Renumerare. Rescribi ergo est per scripturam, i. de mensę scriptura dari: vnde hodie additur chirographus, Domo ex arca sua, vel ex mensæ scriptura. hæc Donatus. Ex cuius verbis illud obiter intelligimus, cur in cautione illa nobili, quam Paulus refert in l. lecta. D. Si cer. pet. adiectum sit, Quindecim mutua numerata mihi de domo. Quod igitur Imperator ait, Olim scriptura fiebat obligatio, quę nominibus fieri dicebatur: sic intelligendum est, non vt cautio, vel syngrapha, vel chirographũ daretur, vt hodie fieri consueuit, sed vt in argentarii tabulis perscriberetur, Hoc die (verbi gratia) ego argentarius Domitio ex pecunia Memmij expensa tuli centum. Nam hoc caput, siue (vt vulgus loquitur) hic articulus, appellatur Nomen. ex quo Nominibus factæ obligationes dicebantur, quæ scriptura, i. rescriptione vel argẽtarij, (quod plurimum fiebat) vel amici alicuius) conficiebantur. Quarum exempla manifestò demonstrat idem Hotomanus ex Cicerone & Seneca, in commentariis Verrinę tertiæ. vnde quę huc pertinebunt sumas licebit.

b Planè. Licet dicta verba in vsu esse desierint: planè &c.

c Si quis. s. homo priuatus. Idem est & si fiat per alium, dummodo per publicam personã: aliud si per priuatã, vt C. de proba. l. instrumẽta: arg. tamẽ cõtra ff. de pig. l. fideiussor. §. j. Sed ibi in scribentis præiudicium creditur.

ADDITIO. Not. regulariter scripturam priuatam non facere fidem. Fallit quando hæc scriptura aliquid continet contra scribentem: quia non est verisimile aliquem scribere cõtra se, quod veritati non innitatur: arg. in l. exẽplo. cum ibi no. C. de prob. Fallit secundò, si talis scriptura priuata habet subscriptionẽ trium testiũ fide dignorum. Auth. si quis vult cautè depo nere. C. qui po. in pig. ha. Christoph.

d Debere. s. ex causa mutui, & sine stipulatione: hæc enim verba nõ sunt apta ad stipulationem: vt s. de verbo. obligatio. §. j. Si autem sine causa, non præiudicat: vt ff. de prob. l. cum de indebito. in fin. Quid si stipulatio interuenit? Respon. & tunc habet locum effectus huius tit. nam exceptionem in factum potest opponere: vt C. eod. de non num. pecu. l. cum vltra. & hoc si spe futuræ numerationis: aliàs si tanquam iam esset debitum: cùm non esset scienter confitetur, videtur donare, aliàs id est, si non vult donare: sed quia credit se ei debere, non valet stipulatio, quia obiicitur exceptio: vt ff. de regul. iur. l. cuius: & ff. de except. do. l. ij. §. ij. Et not. cautè, quod hîc per verba præsentis temporis fit hæc obligatio: vt per hæc: Scribo me debere: vel, Confiteor me debere, vt hic dicitur: & sic est cõtra opinionem nostram, qua dicimus obligationem literarum debere fieri per verba futuri temporis tantùm, vt C. de postula. l. si specie. vt, Scribo me daturum tibi x. ex causa mutui: ad instar stipulationis, quæ per verba futuri temporis tantùm fit, vt ff. de verbo. obligat. l. stipulationum. j. §. stipulatio. Sed certè nec hîc dico, q per hæc verba nascan-

Stipulatio tantùm fit per verba futuri temporis.

nascantur nunc, & vt nunc, sed quasi etiam prius nata sit, si confiteor, per verba præsentis, vel preteriti temporis: & facit C. de epis. aud. l. si præsens. & C. de non nu. pec. l. in contractibus. in princ. Vel apertius, non faciunt hæc verba, vt obliger, sed vt obligatus præsumar: licet habeam exceptionem. Vel verius, licet opponam per verba præsentis, vel præteriti temporis, tamen semper intelliguntur futura. Quid enim prodest dicere: Confiteor me accepisse decem, vel debere decem ex causa mutui: & hoc scribam, nisi intelligatur: & ideo reddã? Item quid si dicam, Recepi ab illo decem ex causa mutui, & hoc scribam? Respon. quidam nõ teneri, propter supradictam rationem: quia per verba futuri temporis debet fieri. Sed certè satis puto, quòd presumar obligatus, sicut & cùm scribo me debere, vt hic. nec enim verbis, imò rebus legem imponimus: vt C. commu. de leg. l. ij. Vel dic, quòd ibi intelligitur futurum, vt prædixi.

scripserit [a], quod sibi numeratũ non est [b], de pecunia minimè numerata, post multùm [c] temporis exceptionem [d] opponere nõ potest: hoc enim sæpissimè constitutum est [e]. Sic fit, vt & *hodie [f] dũ queri non [g] potest, scriptura [h] obligetur [i]: & ex ea nascatur*

¶ a Scripserit. id est, scriptura confessus fuerit.

¶ b Numeratum non est. Aliàs enim si numeratum esset, non literis, sed re obligatus esset: vt s. quib. mod. re contrahi. obl. primo respon.

¶ c Multum. Hoc exponitur j. proxi.

¶ d Exceptionem. scilicet non nu. pecu. quæ potest proponi, siue petat actor, siue non: vt ar. C. eod. de non nume. pec. l. si quasi: & in scriptis secundum quosdam: vt in auth. de temp. nõ so. pec. super dote. §. j. Vel forte illud speciale in dote. Primum tamen secundum Ioan. verius est. Accur.

ADDITIO. Et hoc verum, vbi non prouocatus opposuit. Et est ratio. quia tunc obtinet vicem actoris, aliàs secus. Angel.

¶ e Constitutum est. A multis Imperatoribus, qui fecerunt leges tales. C. eod. per totum vsque ad l. generaliter. nam postea Iustin. sunt.

¶ f Hodie. Sic loquitur quasi supradicta loquantur ante tẽpora Iustiniani. & nunc subiicit, quòd hodie sit idem. Vel dicit, Hodie, i. postquàm cucurrit hoc tempus, s. quinquennium olim, hodie biennium: vt j. prox. & secundum hoc non debet esse, &, in textu. Accurs.

¶ g Dum queri non. Dum querimoniam proponere non potest de exce. non num. pecu. quia ex quo cucurrit tempus, obligabitur per scripturam ad dandam pecuniam non numeratam. *vel vt.

¶ h Scriptura. id est per scripturã. Sed certè videtur neminem scriptura, vel literis obligari, sed intellectu, qui ex literis percipitur, & verbis. ff. de actio. & oblig. l. non figura. quod quidam concedunt. Sed certè vtrunque facit ad obligationem, & ipsa figura literarum, & consensus quem exprimũt. & quod d. l. dicitur non figura. scilicet sola. Item nunquid & per contrariam scripturam obligatio ciuilis nata poterit tolli, vt si creditor sic scribat, Confiteor me non numerasse, vel te confessum non fuisse, vel illum soluisse? Respon. sic: vt ff. de regul. iur. l. nihil tam naturale est. Accurs.

*nascetur.

Literarum obligatio tolli potest per contrariam scripturam.

¶ i Obligetur. s. ciuiliter, & naturaliter post biennium, quasi biennium pariat naturalem obligationem: nã antè erat ciuilis tantùm, nõ naturalis, cùm nihil numeratum fuerat. Item si ciuilis non esset, frustrà diceretur habere locum exceptio. Dicimus ergo, quòd sola ciuilis sit ante biennium, sed post bienniũ naturalis adiicitur. Vel, quod est verius, non adiicitur, sed prima ciuilis incipit habere vim naturalis & ciuilis. nam & stipulatio est de iure ciuili. habet tamen effectum naturalis obligationis & ciuilis: nam ciuilis per se nõ valet ad exigendum, vt diximus s. de obl. §. j. [Communis doct. conclusio est, quòd statim oriatur ciuilis, & actio naturalis post biennium. gl. in l. cùm quis. C. de iur. & fact. ignor. si tamẽ cupis disputãdo defendere cõtrarium, vide Fortu. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. Syl.] Item sic est in re iudicata. Adhuc tamen dicunt quidam, vt Ioan. & Hu. quòd si vult post bienniũ exceptionem opponere: & probare sibi non numeratam pecuniam, quòd admittitur, sed ante biennium probat creditor: vt C. eo. de non nume. pecu.

Exceptio nõ numeratæ pecuniæ post bienniũ potest opponi.

condictio[a]: cessante, scilicet *, verborum obligatione[b]. Multum[c] autem tempus in hac exceptione antea quidem ex principalibus constitutionibus[d] vsque ad quinquennium procedebat. sed ne creditores[e] diutiùs possint suis pecuniis[f] forsitā defraudari, per constitutionem[g] nostrā tempus coarctatū est; vt vltra biennii metas[h] huiusmodi exceptio minimè extendatur[i].

TIT. XXII.

DE OBLIgationibus ex consensu.

¶ *Annot. in*

l.si ex cautione. quod certè est æquū: & ita biennium hoc solùm operatur, ꝙ probationis conuertatur onus. & etiā pro his facit, quod aliàs dicitur, ꝙ fiant illicitę exactiones: vt ff. de offic. Præsi. l. illicitas. Sed certè aliter de iure videtur, s. vt nullo modo admittatur etiā probās. nam sacramentum nō potest deferre, qđ est species probationis: vt C. eo. l. in contractibus. §. illo. & C. de iur. delib. l. fin. §. licentia. Sed certè satis credo primum verum, & equū. Nec obstat, qđ de iuramento dixi: quia ex parte illius. l. in contractibus. nō habet iuramentum vim probationis, si non vult aduersarius, vt C. de reb. cred. & iureiuran. l. generaliter. §. sin autem.

*abest.

Iuramētum, est species probationis.

ADDITIO. Ex hac glos. collige, ꝙ ille qui opponit exceptionem nō nu. pec. ante biennium, non tenetur probare fundamentum suæ exceptionis, hoc est pecuniam non fuisse numeratam: imò agens tenetur probare illam fuisse numeratam. Christopho.

¶ a Condictio. scilicet ex illa l. C. de non nu. pec. l. in contractibus.

¶ b Verborum obligatione. i. stipulatione, quæ verbis fit. nam tunc tit. iste cessat, & habet locum. s. de verb. obli. quando accepit: vel habet locū exceptio in factū: vt C. eod. tit. de non nu. pec. l. cum vltra. quando non accepit.

¶ c Multum. Quia post multum tempus exceptionem proponere non potest, vt s. modo dixi, quid sit multum, exponit hîc. Et no. multum pro quinquennio poni: sed diu pro decennio ponitur: vt ff. qui & à quib. l. si cum fideicommissaria. §. Aristo.

Multum quinqueniū, & diu decenniū comprehendit.

¶ d Cōstitutionib⁹. Quas nō habem⁹.

¶ e Sed ne creditores. Non solum isti, sed veri.

¶ f Suis pecuniis. Subaudi, etiā. Nam occasione huiusmodi si daremus longū tempus, etiā veri debitores interdum talia opponerēt: & ita occasione liciti committeretur illicitum, quod esse non debet: imò etiam licitū coartatur, vt vitetur illicitum: vt hîc. & in auth. de eccle. re. non alie. in princ.

Licitū occasione, illicitum non debet cōmitti.

¶ g Per constitutionem. Vt C. de non num. pecu. l. in contractibus.

¶ h Vltra biennii metas. Sic C. de omni agro deser. l. qui agros. lib. xj.

¶ i Minimè extēdatur. Et hoc in causa mutui. si verò ex alia causa confiteatur in scriptis, veluti emptionis, vel similis incontinēti prę iudicat sibi: nec pōt cōtra probari, nisi per aliam scripturā, vt C. de nō nu. pec. l. generaliter. [Et ratio diuersitatis est propter facultatem petentis pecuniam mutuā, vt declarat Christoph. hîc. Syl.] Item hoc in debitore confitente: sed in creditore confitente sibi solutū. xxx. dies statuuntur: nisi in casibus, vbi incontinenti præiudicatur: vt C. de non nu. pec. l. in contractibus. §. super certis. & §. sed quoniam.

¶ Ratio diuersitatis est: quia lex præsumit debitores egentes magis inclinari ad confitendum, vt suscipiant pecunias, quàm creditores, qui non ita egēt: tenet Christoph. hîc. Volo tamē te notare aliquos casus, in quibus non habet locum talis exceptio. Primò, si confiteatur se in veritate recępisse: talia enim verba faciunt, ꝙ talis exceptio nō potest opponi. Bal. in c. ex insinuatione. ver. si confiteor. de procurat. de quo per doct. in c. quoniā. contra. in iiij. notab. de proba. in l. ij. in ij. notab. C. de edend. Secundo, si verba fuerint geminata: de quo per Dec. in l. j. C. de pact. Tertio, si quis in mortis articulo confiteatur. de quo per Hyp. Marsi. in l. j. §. præterea. ff. de quæstio. Quarto, si confiteretur in iudicio de quo per Decium in c. j. de iud. Et plura alia in proposito, vide per Ias. in l. qui pecuniam. ff. si cert. peta. Syl.

DE OBLIGATIONIbus ex consensu.

¶ Suprà dictum est de obligationibus

bus, quæ in verbis & literis cõtrahũt: verùm, q̃a sunt aliæ, quæ cõsensu contrahũt, ideo de his subdit. Chri. Porc.

Consensu. Totus iste titu. diuiditur in tres partes. Primò ponit quot casibus q̃s obligetur ex cõsensu solo. Secundò, quare in his magis cõsensu solo, quàm in aliis obligatio cõtrahitur. Tertiò ponit effectum huius obligationis, ponendo differentiam inter hũc contractum, & stipulationem. Secunda ibi, Idem autẽ. Tertia ibi, Item in his. CASVS. Cicero vult P. Crassi domum quæ in palatio est, emere octoginta duobus millibus aureorum. sed pecuniam non habet in numerato: vnde obligatio re contrahi non potest. Præterea non est vterque præsens: vnde obligatio non potest fieri verbis. denique sunt Romæ, vbi possunt apud argentarios prescribere, & literis obligationem contrahere; quid fiet? Modò de pretio consentiant inter se: satis est. Nã hic contractus, & item locatio, societas, & mutuum solo contrahentium consensu perficiuntur. Cor. Vib.

* Ex Gaii Instit. 2. titul. 9.

* ex G.

tractibus, qui consensu perficiuntur, ea omnia venire, quæ ex bono & æquo præstari oportet: in stipulatione verò ea sola, quæ ex conuentione par- [illegible] *sunt.*

Consensu[a] * fiũt obligationes in * emptionibus[b], vẽditionibus, locationibus[c], conductionibus, societatib9[d] & mandatis[e]. Ideò autem istis modis obligatio dicitur cõsensu contrahi: quia neque scriptura[f] * neque præsentia omnimodo opus est: at nec dari quicquam necesse est, vt substãtiã capiat obligatio: sed sufficit, eos qui negotia gerunt, consentire. vnde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur: veluti per epistolam[g], vel per nun-

* solẽnitas G.

Not. q̃ sunt cõtractus, q̃ solo cõsensu cõtrahuntur. Item, quare hi dicantur solo cõsẽsu cõstare. Item, quòd in his venit omne quod æquum & bonũ est: secùs in contractibus stricti iuris, & præsertim in stipulationem venit quod est expressum. l. quicquid adstringendæ. ff. de verb. obl. Syl.

a Consensu. Sic ff. de acti. & obl. l. consensu. l. ij. Accur.

b In emptionibus. Vt ff. de contrahen. emp. l. j. §. fi. & j. tit. j. in prin.

c Locationibus. Vt s. tit. ij. in princip. Accur.

d Societatibus. Vt j. pro socio. in princ. Sed contra. ff. pro soc. l. iiij. j. resp. Sed certè ibi non negatur, quin consensu contrahatur societas: vnde non est contra.

e Mandatis. Sed nónne in stipulatione cõsensus debet interuenire, vt s. de verb. ob. §. j. vers. sed hęc & ff. de pac. l. j. §. pen. Resp. ibi expressis verbis debet esse consensus: vt ff. de verbo. obl. l. j. primo resp. hîc autẽ etiã sine verbis, & inter absentes: vt j. proxim. ibi, inter præsentes tantùm. & s. de inuti. stip. §. item verborum.

f Neque scriptura. Hic cautè nota differẽtiam, quam facit inter hunc tit. & superiores. Nam quòd dicit, neq; scripturam, in hoc discrepat ab obligatione literarum: vt s. tit. j. Item in eo, quod dicit neque præsentia, dicit propter verborum obligationem, quæ inter præsentes fit, vt s. de inut. stipu. §. item inutilis. Itẽ in eo, quod dicit non esse necesse quid dari: ideo dicit, vt discrepet ab illa, quę fit re: vt s. quib. mod. re cõtra. obl. per totum. ADDITIO. Tu potes dicere secundum Ioã. Fab. q̃ imò etiã iste text. dicit ad differẽtiã cõtractus innominati, q̃ rei interuentu contrahitur, vt l. ex placito. C. de rerũ permuta. Ange.

g Per epistolã. Vt ff. de rei vendica. l. quædam mulier. ad finem titu. Acc.

Item. In his cõtractibus. CASVS. Quoniam in istis contractibus vtrinque nascitur obligatio, id est, tam Cicero ad pretium, quàm Crassus ad domum dandam obligatur, ideo si Cicero actione ex empto cõtra Crassum agat, aut contrà, Crassus contra Ciceronem, Prætor permittet iudici à se dato tanti reum damnare, quanti æquum, & bonum ei videbitur. At in aliis cõtractibus, in quibus vnus tantùm obligatur, veluti in stipulationibus, quia quicquid iuris sibi quærit stipulator, id conceptis ver-

bis stipulationis suæ comprehēdit, idcirco iudex ad ea verba adstringetur, neque summam in ea comprehensam excedere poterit. Corn. Vib.

a Item in his. Fuit superior differētia ad tria genera obligationū: hic autē fit differētia ad stipulationē, vel verborum obligationem. Acc.

* de eo. D.

b Cōtractib⁹. Qui fiūt cōsēsu.

c Oportet. Q. d. hinc. inde cō trahit obligatio, etiā in his, quæ nō sunt dicta. nam veniūt vsuræ post morā, vt ff. de act. empt. l. Iulian⁹. §. ex vēdito. Idē & est in omnib⁹ bonæ fidei iudiciis: licet nō ex cōtractu, sed quasi nascātur, vt j. de acti. §. in bonæ fidei.

d Alius stipuletur. Q. d. necesse est, quód omnia deducātur in stipulationem. nam aliàs nihil venit in talem obligationē: vt ff. de neg. gest. l. si pupilli. in fi. & l. quia tantundem. Accursius.

tium. Item in his [a] contractibus [b] alter alteri obligatur in id*, quod alterum alteri ex bono, & æquo præstare oportet[c]: cùm alioqui in verborum obligationibus alius stipuletur [d], alius promittat.

TIT. XXIIII.

DE EMPTIONE, & venditione.

Emptio, & venditio sine scriptis contracta, solo consensu perficitur, si primum de pretio con- [illegible] *arrhæ nomine datum: quæ verò in scriptis conficitur, non aliter perfecta est, nisi instrumenta emptionis completa, atque in mundum recepta, & partibus omnibus perfecta fuerint: quibus nondum absolutis, impunè contrahentibus ab emptione recedere licet, ni arrhæ interue-* [illegible] *quas perdit emptor, venditor autem duplicatas restituit.*

Emptio * & venditio contrahitur [e], simul-

DE EMPTIONE, ET venditione.

Suprà dictū est de obligationibus, quæ consensu contrahuntur. Verùm, quia illæ consistunt aut in empt. & vend. aut locationibus & conductionibus, vel societatibus, vel mandates, vt s. titu. j. in princip. ideo de his tractaturus incipit ab emptione & venditione. Christopho. Porc.

Emptio. Totus iste titu. diuiditur in quinque partes. Primò, quando emptio, & venditio contrahatur, & quando ab ea possit recedi. Secundo, quòd pretium debet interuenire. Tertiò, quando emptio est perfecta, ad quē spectat periculū rei venditæ. Quartò, an sub cōditione possit emptio celebrari. Quintò, quibus casib⁹ emptio esse nō possit. Secūda ibi, Pretiū autē. Tertia ibi, Cùm autē. Quarta ibi, Emptio tā sub cōditione. Quinta ibi, Loca sacra.

CASVS. Cùm Cicero domum à P. Crasso emere vellet, cóuenit inter eos de pretio octoginta duorū milliū aureorū: quæro an statim cōtractus sit perfectus, id est, an ius ciuile statim post consensum de pretio, etiā arrha nulla data, & in Ciceronem vinculum iniiciat obligationis, quod tradat Crasso, & simul in Crassum, quod tradat Ciceroni? Distinguo. nam aut contractus fit sine scriptura: & tunc perfectus est: aut per scripturā, & tunc exquiritur, vt scriptura perfecta sit, & contrahentibus recitata, vtroque assentiente. Corn. Vib. *Et Galo. ibi supra.

Not. ꝙ emptio solo consensu perficit, & ideo nec rei traditionē, aut numeratione pretii, aut dationē arrharū exigit: q a hoc nō ad substātiā, sed ꝓ probationē & executionem ipsius cōtractus requiritur. Item, quod arrha est argumentū emptionis, non substātia. Item, ꝙ scriptura nō est de substantia huius cōtractus. Item quòd aliquādo cōtractus emptionis fit cum scriptura: & tunc non dicitur perfectus, nisi perfecta scriptura. Item, quòd paria sunt scripturam factam esse manu ꝓpria, vel aliena, & subscripta à contrahentibus. Item, quòd si aliquem pœniteat, perdit arrhas, si est emptor: si venditor, restituit duplum. Syl. Emptio tribus modis contrahitur.

e Cōtrahitur. Hic nota tribus modis per

dis perfici emptionē. [Intellige quādo est facta sine scriptis, & datione arrharū: quia aliàs procedūt, quæ infrà dicūtur in verb. in his. Syl.] Vno modo, scilicet ex quo nō possunt discedere cōtrahentes: vt C. de actio. & obli. l. sicut ab initio. secūdum quem modum etiam conditionalis emptio est perfecta. [Aduerte, quia illa lex sicut. videtur potius facere in contrarium: quia dicit ꝙ cōstitutæ obligationi nō potest renunciari, sed conditionalis non est constituta. l. cedere diem. ff. de verb. sign. Tamen in contrarium facit l. necessario. §. quòd si pendente. l. primo. ff. de peric. & commod. rei vend. vbi dicitur, quòd transmittitur. ergo est ad l. sicut. respon. quia est cōstituta, non orta. Syl.] Secūdo modo, quādo est pura: & tunc incipit periculū rei ad emptorem pertinere: vt ff. de per. & cōmo. rei vēd. l. necessario. in prin. & ita cōtrahitur hic, siue perficitur. Tertio, quādo res traditur, dicitur plus perfici adhuc, siue impleri: vt ff. de act. empt. l. si quis rē alienam. ADDITIO. Et istam inducit Ioan. Fab. ad decisionem quæstionis, an & quando ex consuetudine domino, vel proximo per rei venditionem ius aliquod quæsitum esse censeatur. Ang.

*nō G. *pars pretii. *Textus

atque [a] de pretio cōuenerit: quāuis nōdum * pretium numeratū [b] sit: ac ne * arrha quidem data fuerit. Nam quod arrhæ [c] nomine datur, argumētum est emptionis, & venditionis cōtractæ [d]. Sed hoc* quidē de emptionibus, & venditionibus, quæ sine scriptura [e] consistunt, obtinere oportet. nam nihil à nobis in huiusmodi emptionibus, & venditionibus [f] innouatum est.

¶ In his autem, quæ scriptura cōficiuntur [g]: nō aliter perfectam esse venditionē, & emptionem constituimus [g], nisi & instrumenta [h] emptionis fuerint cōscripta, vel manu propria cōtrahentium, vel ab alio

¶ a Simulatque. id est, statim, postquam: vt ſ. de rerum diui. §. ferè. Acc.

¶ b Numeratum. Nec aliquid datum loco pretii, vt ſ. titu. j. in princ.

¶ Hæc glo. sentit, ꝙ possit dari res ꝓ pretio, & malè: qa tūc esset ꝑmutatio: vt j. eod. §. itē pretiū. Nec obstat tex. allegatus: qa si referatur ad emptionē, de qua habetur ibi in princ. debet intelligi secundū §. itē pretium. si ad alios contractus, stat propriè, & simpliciter procedit, vt loquitur. Syl.

¶ c Arrhæ. Vt ff. eo. de contrahend. empt. l. quod sæpè. in princ.

¶ d Emptionis, & venditionis contractæ. Nō autē est de substātia cōtractꝰ.

¶ e Sine scriptura. id est, sine solennitate scripturæ.

¶ f Vēditionibus. s. quæ fiunt sine scriptura.

¶ g Scriptura cōficiūtur. Patet hîc, quòd alia est emptio, siue venditio in scriptis, alia sine scriptis. In scriptis dicit, quando hoc agunt contrahentes, vt non aliter valeat contractus, nisi fiat scriptura, secūdum quosdam, quod non vidimus in vsu. Alii dicunt, vt P. ꝙ sufficit, ꝙ contrahentes vel aliquis eorum dicat in principio contractus, quòd inde scriptura fiat: licet non dicat. quòd aliter non valet, nisi fiat: & hoc approbat: vt C. de fid. instr. l. contractus. ibi, illos tamen quos in scripturis fieri cōuenit, &c. Si autē simpliciter fiat cōtractus, sed postea ad probationē fiat scriptura: valet quod actum est, & etiam valuisset sine ea: vt ff. de pig. l. contrahitur. Et eodē modo dico esse intelligēdū, vbicunque dicitur lege contractū aliquē in scriptis fieri, vel distractū, vt C. de testib. l. testium, & in auth. de test. §. & licet. [Et hæc opinio Pla. cōmunior videtur, secūdum Christoph. hîc. quia actus in scriptis dicitur ille, ad cuius substantiam requiritur scriptura, non quando fit ad probationē. Sylue.] Sed cùm fiat in scriptis huiusmodi venditio, & sine scriptura non valeret, quare non dicitur obligatio literarum? Respon. quia aliud habet nomē. s. emptio. & verū est hoc nomē. at in mutuo nō est verū mutuatū esse: tunc enim re esset obligatio contracta: vt suprà de liter. obligat. §. planè.

Vēditio fit in scriptis & sine scriptis.

¶ g Constituimus. Præteriti temporis est, & dic, vt C. de fide instr. l. contractus.

¶ h Instrumenta. Quæ vulgò rogationes dicuntur. secundum Ioan.

a A cōtrahentibus. Emptore, & venditore: & talis subscriptio fit, & aliàs, vbi cōtractus alius fit in scriptis: vt in auth. de instr. cautela, & fi. §. si q̃s igitur: & §. sed & si quis mutui, & §. seq.

b Fiunt. s. hęc instrumenta: & subaudi, nō aliter valeant, nisi & comple. &c.

contra bente.

c Completiones. id est, mundū cōpletum.

d Acceperint. s. ab eodē tabellione & partibus, vt subiicit.

e Absoluta. Vt quia lecta fuerint partibus, & laudauerint. Vel dic absoluta, id est, subscripta.

Vide glos. in l. fideicōmissa. §. j. ff. de leg. iij. Syl.

*abest.

quidem scripta, à cōtrahētibus a* autem subscripta: & si per tabellionem fiunt b, nisi & completiones c acceperint d, & fuerint partibus absoluta e. Donec enim aliquid deest, ex his, & pœnitentiæ locus est, & potest emptor, vel vēditor sine pœna f recedere ab emptione, & vēditione*: ita tamen impunè eis recedere concedimus, nisi iam arrharū nomine aliquid fuerit datum. Hoc enim subsecuto, siue in scriptis, siue sine scriptis venditio celebrata est, is, qui recusat adimplere contractum, si quidem est emptor, perdit quod dedit: si verò venditor, duplum restituere compellitur g,

actionem ex empto, si tamen fiebat vēditio sine scriptis. Nam si fieret in scriptis, nec esset mundū completū, non ageretur actione ex empto: cum nō esset adhuc vēditio. vt hîc dicitur, sed per condic. ex leg. vel offic. iud. vt dictum est. Sed nūquid vltra hāc duplicationē, arrharū tenetur venditor ad interesse, si non tradat: vt ff. de act. emp. l. j. & l. ex empto. ver. idē Neratius? M. & Azo dicunt q̃ non: quia sibi prejudicauit accipiēdo arrhas, sicut & aliàs sibi præiudicat quis sibi eligēdo: vt ff. de tri. actio. l. quod in hærede. §. elige-

Vēditor virū vltra arrarum dupliciū per conditionē teneatur ad interesse.

f Sine pœna. Sed quomodo sine pœna, cùm statim in arrhis eum puniat? Resp. sine pœna interesse, & iurisiurādi in litem. Nam hæc pœna esset quātum ad soluentem, licet nō quantum ad accipientem: vt ff. si quis ius di. nō ob. l. j. §. fi. [Vid. ibi gl. in versi. meram pœnam. & dic, quod huiusmodi pœnæ respectu soluentis tantùm debentur etiā in foro conscientiæ: vt p Dec. in c. j. in prima lectura, in xj. col. de constitu. Syl.] Non autem ab arrhis aliter liberatur, vt subiicit. ita tamē &c. Item iste talis non facit contra legē. C. de act. & oblig. l. sicut. cùm hoc lex sibi permittat. Et not. quòd huius legis permissio est cum aliqua pœna: ar. contra. in authen. constitutio, quæ de dig. §. illud. Sed si non est subscriptum, & tamen res est tradita: an valeat translatio? Quidam dicunt quòd non, vt C. de suf. l. vnica. Alij contra: vt C. si quis alteri vel sibi. l. multum interest. in fi. & in glo. fi. & ff. de dolo. l. & eleganter. in prin. Distingue: aut per errorem, aut scienter.

g Compellitur. Sed qua actione? Respon. condictione ex lege ista, & ex lege illa. C. de fide instr. l. contractus. vel etiā per officium iudicis: vt arg. C. de rescind. vendi. l. ij. Item per

re. Item quia hoc videntur agere cōtrahentes inter se, vt amissione & duplicatione arrharum debeant esse cōtenti: ergo pro expresso est habēdum, vt ff. si cert. peta. l. cùm quid. Item facit ff. de lega. ij. l. cùm filius. §. variis. B. & Io. cōtrà. Dicunt enim adhuc posse agi ad hoc, vt res vendita tradatur: vel ad interesse, ita vt arrhæ in interesse computentur. & facit pro eis. ff. de mil. test. l. iij. & ff. de inoffic. test. l. mater. & C. de pac. dot. l. fi. facit melius. ff. de acti. emp. & ven. l. prædia. in fin. [Prima opinio communiter tenetur. secundum Christopho. hîc. Syl.] Sed quid, si dederit pro arrhis, & pro pagamento? Respon. pactum seruandū, id est, non potest discedere, vt ff. de pac. l. in traditionibus. Et not. duo operari isto casu: vnum, vt arrhæ debeant duplicari venditore pœnitente. Item emptio remaneat firma, & agatur ad interesse. Item emptore pœnitente eadem duo operatur.

ADDITIO. Et tūc non totum, sed quod pro arrhis duntaxat datum est, duplicatur. Et not. quòd vbi venditor se nomine emptoris possidere constituit, non potest agere ex empto, vt tradat: sed aut rei vendicatione, vel Publiciana simul, aut vti possidetis: vt di-

vt dicit gloss. In auth. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. Ang.

¶ a Nihil expressum sit. id est nihil dictum fuit à partibus, quid super arrhis fiat, altero pœnitente.

¶ Pretium. CASVS Quũ inter Crassum, & Ciceronē de pretio illius dom⁹ conuenire non posset, cõuenit tãdē inter eos, vt tanti empta esset, quãti eam Lucullus æstimaret. Si Lucullus æstimet, perfecta, & plena, atque integra venditio est. Si nõ æstimet, nulla prorsus facta censetur. C. V.

¶ Not. ꝙ ad substantiã emptionis requiritur certitudo pretii. Item, ꝙ paria sunt, pretiũ ab initio certũ apponi, & ex post facto certificari. Item, ꝙ declaratio quãtitatis pretii cõferri potest in arbitrium tertii. Item, quòd eo non arbitrante deficit contractus. Item, quòd valet argumētum de emptione ad conditionem. Syl.

licet nihil super arrhis expressũ sit[a].

Contractui emptionis certũ debet in- ... tio autem in arbitrium tertii collato ... emptionis, vt si ter- ... ti ... valeat.

¶ Pretium autem constitui oportet. nam nulla emptio sine pretio esse potest[b]. Sed & certum[c] esse pretium[d] debet: alioqui si inter aliquos ita conuenerit, vt quanti Titius rem æstimauerit, tanti sit empta: inter veteres satis abundéque hoc[e] dubitabatur, constarétne * venditio, an non. Sed nostra decisio[f] ita hoc constituit, vt quoties sic composita sit venditio, Quanti ille æstimauerit[g], sub hac conditione staret contractus: vt si quidem ille, qui nominatus est[h], pretium definierit[i], tunc omnino* secundũ eius æstimationem, & preciũ persoluatur[k], & res tradatur[l], & venditio ad effe-

ADDITIO. Sol. ex præcedentibus contractibus, quorum occasione deuenitur ad venditionem, potest super declaratione pretii officiũ iudicis implorari: vt ibi. Secùs, si nullus præcessisset cõtractus, vt hic. Ang.

¶ i Definierit. Etiam iniquè: quia à persona incerta non receditur, vt ff. de verb. oblig. l. si quis arbitratu. & hoc verũ est, quando id, quod est de substantia contract⁹, apponitur: sed secùs, si conferatur, quod est de accidēte cõtractus. nam tũc ad arbitriũ boni viri recurritur, vt ff. de cõtrah. emp. l. hec venditio. & ff. pro socio. l. si ita coita. & l. si societatem. & l. locati. l. si in l. in prin. quæ oĩs huic sunt contrarię. & hoc secundũ Io. [Hæc opinio communiter approbatur & in gl. in l. in vendentis vel ementis. in gl. mag. C. eo. tit. Syl.] Sed secundũ Azo. hoc redigitur ad arbitriũ boni viri: & sic non contradicunt dictæ leges. Nec obst. ff. de verb. obl. l. si quis arbitratu. quia ibi non fuerat arbitratus: quo casu concedo nõ recurri ad boni viri arbitriũ. Sed quando dicitur iniquę definiri? Resp. fortè vltra dimidiam iusti pretii, vt arg. C. de resc. ven. l. si voluntate. & l. ij. Vel (vt puto) iudicis officio expeditur, etiam si minor sit deceptio: dũmodò non minima: vt ff. de in integr. rest. l. scio. Nam non tãtum sibi committitur in alienis, quantum ipsis dominis liceret: vt ff. sol. matr. l. etiã. §. j. & l. si constante. §. si maritus.

*siue cõstat venditio, siue non.

* omnimodo.

¶ b Esse põt. Vt ff. eo. l. ij. & C. eo. l. vlt.

¶ c Sed & certum. Not. duo, & quòd pretium debet esse, & quòd certum.

¶ d Pretium. Repetit de pretio, quod debet interuenire: vt addat duo, scilicet, quòd sit certum, item in pecunia numerata. Accur.

¶ e Hoc. id est, de hoc.

¶ f Decisio. Vt C. de contrah. emp. l. fi.

¶ g Aestimauerit. Not. quòd cautè ponit de tertia persona. Nam secùs, si in contrahentis arbitrium: vt dicemus ĩ. eod. §. emptio.

¶ h Nominatus est. Quid, si in innominatũ contulimus: vt vendo, pro quanto æstimabitur? Resp. non valet instar locationis sic factæ: vt ff. loca. l. si merces. in prin. nisi in vno casu, qui est de pign. l. si fundus. §. fin. Accurs.

¶ k Persoluatur. Ita quod fiat accipiētis, vt ff. de act. emp. l. ex empto. §. i. etiam vsuræ post moram: vt ff. de act. emp. l. Iulianus. §. ex vendito.

¶ l Tradatur. Cautè dicit tradatur.

& non detur. nam non tenetur facere accipientis, sed de euictione se obligare: vt ff.de act.empt.l.ex empto.in prin. [Communis & ferè omnium est hæc sententia in l.fin.ff.de condi.cau.dat. contra quã tamen disputando tenet Fortu. Hispa. in l.iuris gentiũ. in prin. ff.de pact. Syl.] Sed nũquid præcisè tenetur ad rem tradendã? M. dicit ꝙ sic, & facit pro eo, quod hîc dicit, omnino tradatur &c. vt ff.de rei vendi.l.qui restituere. & s. de don. §.aliæ. Sed B. contrà: dicit enim eum liberari præstãdo interesse. & facit pro eo. ff. de actio. empt. l.j. primo resp. & l. ex empto. §. & ex empto. vers.idem Neratius scrip.& C. de act. empt. l. iiij. Sed forte hîc posset distingui, an vẽditor habeat rem: & tunc sententia M. tenet ꝑ suas leges: an nõ habeat rẽ: & tunc, aut dolo & culpa desiit eã habere, in fraudem puta emptoris: & tũc sententia B. tenet. Aut sine dolo & culpa: & tũc non tenet venditor: vt j.eo.§.cùm autẽ. Esset enim valde mirũ (quod ait B.) vt sic cõpellatur æstimationẽ pro re recipere, vt ff.si cer.peta.l.ij.§.ij. & C.de fideic.lib.l.fin. Item sic improbè pacta rumpere, cùm Prætor dicat, pacta conuenta seruabo: vt ff.de pact.l. iuris gentium.§.ait Prætor.

Vẽditor an teneatur præcisè ad rem tradẽdam, vel ad interesse.

a Ad effectum perducatur. s.iam dicto modo.s.per traditionẽ rei, & pretii: vt j.quibus modis tolli.ob.§.fin.

b Ex empto. Nota, quòd ex empto emptor: ex vendito venditor agit: vt hîc.& ff.de act.empt. l.ex empto.primó respon.& l.Iulia.§.ex vendito.

ctu perducatur [a]: emptore quidẽ ex empto [b] actione, vẽditore autem ex vẽdito agente. Sin autem ille, qui nominatus est, vel noluerit, vel non potuerit pretiũ definire, tunc pro nihilo [c] esse venditionẽ, quasi nullo pretio statuto [d]. Quod ius cùm in venditionibus nobis placuerit, non est absurdũ & in locationibus [e], & in conductionibus trahere.

¶ [illegible] bus, alioqui facile discerni non posset vter emptor, & venditor sit, nec quæ res vendita, quod vel

[illegible] ra. im ab emptione speciem parit.

¶ Item pretium [f] in numerata pecunia cõsistere debet, Nã in cæteris rebus an pretiũ esse posset* , valde quærebatur: veluti an homo, aut fundus, aut toga alterius rei pretiũ esse posset. Et * Sabinus, & Cassius etiã in alia re putabant [g] pretiũ posse consistere. vnde illud est, quod vulgò dicebatur, permutatione rerum, emptionem & venditionem contrahi: eámque speciem emptionis, & venditionis vetustissimam esse: argu-

c Pro nihilo. Vt nec ad boni viri arbitriũ recurratur, vt modò diximus, sed legatum non: ideo non est pro nihilo sic relictum: vt C.commu.de leg. l. si duobus. s. sed & si quis. Sed ibi fauore vltimæ voluntatis, ne pereat.

ADDITIO. Hoc verũ intellige cum distinctione, an fuit datum arbitriũ conditionaliter an non, iuxta l. j. cum materia. ff.de legat.ij. Item quo ad substãtiam legati, non quo ad pœnæ commissionem: vt l.multa.in prin.ff.de condi. & dem. Angel.

*possit

*abest.

d Pretio statuto. sine quo esse nõ potest vẽditio: vt in principio huius §.

e Et in locationibus. Vt ff. loca. l. si merces. in princ.

Item pretiũ. CASVS. Quũ Cicero pecuniam non haberet, dedit margaritas aliquot pro pretio. quæro vtrum emptio, ac venditio hæc sit, an verò permutatio? Non emptio, inquit, sed permutatio. Vt enim appellationes, sic etiam res ipsæ inter se distinctæ, ac separatæ sunt. Cor.Vibul.

Not.quòd pretium debet esse in pecunia numerata, aliàs est permutatio: & sic debet discerni à re vendita. Item, quòd auctoritates poetarum possunt allegari. Item, quòd illa sententia præualet, quæ validioribus fulcitur rationibus. Syl.

f Item pretium. Dixit pretium debere certum esse: nunc dicit, quòd in numerata pecunia.

g Putabant. Sed malè. vt j. dicam.

a Poe

mentóque vtebantur Græco Poeta[a] Homero, qui aliquam partem exercitus Achiuorum vinum sibi comparasse ait, permutatis quibusdam rebus[b], his verbis[c]:

¶ Νῆες δ' ἐκ Λήμνοιο παρέστασαν, οἶνον ἄγουσαι*,
Ἔνθεν ἄρ οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτῇσι βόεσσιν,
ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι. τίθεντο δὲ δαῖτα θάλειαν.

* absunt 4. versus.

Diuersæ scholæ[d] auctores cōtrà sentiebant: aliúdque esse existimabant permutationem rerum, aliud emptionem, & venditionem: alioqui non posse rem expediri[e], permutatis rebus, quæ videatur res vænisse, & quæ pretii nomine data esse.

¶ Poeta Homero. Nota arg. quòd auctoritates authorum & philosophorū sunt in causis allegandæ. sic ff. de solu. l. si pater. §. nam & Aristoteles. & ff. de iud. l. pponebatur. & ff. de statu hom. l. septimo. Sed interdū redarguūtur: vt hîc, & ff. de rer. diui. l. in tantū. §. fi. & l. sed diui.

¶ De hoc videnda sunt, quæ ponunt doct. in l. j. ff. si cert. peta. & ibi Dec. col. vj. Tamē aduerte, quia hic meritò allegabat: quia tractabatur de proprietate verbi emptio, de quorū verbor. signifi. Poetæ sæpè abutuntur. Syl.

¶ b Rebus. Pupæquis.

¶ c His verbis. scilicet Gręcis, quæ legi non possunt. Accur.

ADDITIO. Versus Homeri sunt in septimo Iliados, quorū interpretatio hæc est. Affuit ex Lemno ratibus tunc copia vini, Cæsarie insignes redimunt hinc vina Pelasgi. Pars dedit æs nitidum, fertum pars altera, bobus Tergora diripiēs hic protulit, ille agit ipsos Ad naues tauros. hic bellò corpora capta. Hæc Hom. Plin. autem lib. 33. c. j. Vtinámque, ait, posset è vita in totū abdicari aurū, sacra fames, vt celeberrimi auctores dixere proscissum conuitiis ab optimis quibusque, & ad perniciem vitæ repertum: quantum feliciore æuo, cùm res ipsæ permutabantur inter se, sicut & Troianis temporibus factitatum, Homero credi conuenit. Ita tamen (vt opinor) commercia victus gratia inuēta alios coriis boū, alios ferro captiuísq; rebus emptitasse tradit. Hac autem tota de re consultus à nobis Fran. Hotom. sic respōdit, Sabinum cōfirmasse emptionem sine pecunia numerata posse cōsistere: argu. ex versibus Homeri sumpto. quibus scribit Hom. Græcos emisse vinū è Lemno aduectum, datis pro pretio bobus coriis, mancipiis & d. Argumētum autem illud existimo fuisse Sabini: Emptionis & venditionis contractus est iurisgentium, & omni memoria in vita vsurpatus, etiam tum cùm inuentus numus non erat. Ergo & sine numo emptio consistit. fuisse aūt ante numū repertā emptionem probat ex versibus Homeri, qui de Troianis temporibus loquitur. quid ergo? fuítne omnis permutatio, emptio & venditio? minimè. nā & permutatio & emptio semper fuere. quo igitur argumento emptionem à permutatione discernebant? nō est mihi quidē dubiū, quin id Sabinus exposuerit. Quāobrē quod in hoc genere spectatū præcipuè fuisse putamus, aperiendū est. Quū vtriusque similis est animus, i. aut neuter cupit suam rem alienare, sed alter alterius rei cupiditate adductus est ad alienandum: aut vterque cupit alienare nullius certæ rei cupiditate inductus, Permutationem puto Sabiniani fuisse: vsósque esse argumēto ex eo, quod scribit Homer. permutasse Glaucum arma sua aurea, cū æreis Diomedis. Quum autem alter alienandæ suę rei desiderio tenetur, alter nullo planè, sed coactus, q aliter rem alterius consequi non posse, rem suā alteri tradit, tā emptionem & vēditionem fuisse, vt quū Græci boues & mācipia pro vino dabant, non lubenter curebāt iis rebus, sed coacti, q vino indigerent. Atq; hoc quidē, opinor, modo distingui poterit hodie quoque in America & aliis nouis insulis emptionis cōtractus à permutatione: quū satis constet re ipsa vt appellationes, sic negotia ipsa dissimilia ac diuersa existere, &c.

¶ d Scholæ. Singularis numeri est hic. Sic infrà de mandato. §. is qui exequitur.

¶ e Expediri. id est, cognosci.

...contractus. ſ. innominari. nam non habet nomen ſuum: vt ff. de rerum permut. l. j. §. item emptio. Sed quare dicitur innominatus, cùm ita curiale nomen habeat? Reſp. quia illi contractus ſunt nominati, qui ſtatim vt fiunt, pariunt actionem: vt ff. de pac. l. iuriſgentiũ. in prin. ſiue fiant cõſenſu, vt venditio: vt ſ. eo. in prin. ſiue re, vt mutuum, vt ſ. quibus mod. re cõtrahi obliga. in prin. At permutatio nec ex pacto quidẽ parit actionem, nec ex re: ſed parit ex vtroque, ſ. poſtea dudũ re interueniẽte ex pacto primo, vt ſubtiliter colligitur C. de rerũ permu. l. ex placito. Et ex hoc cõtractu oritur actio præſcriptis verbis, vt j. de act. §. actionum. & condictio ob cauſam: vt ff. de præſcrip. verb. l. naturalis. §. j.

¶ Communis opinio eſt hîc. & in l. iuriſgentium. ff. de pact. quòd permutatio ſit contractus innominatus: cuius contrariũ diſputãdo tenet Fort. Hiſp. ibi in prin. melior tamẽ ratio eſt quare dicitur innominatus, illa, quam ponit gl. in rub. C. de rer. permu. & illam magis ſequuntur doct. Syl.

ADDITIO. Not. ꝙ ſunt quidã contractus nominati, & quidã innominati: de quibus in d. l. iuriſgentiũ. in princip. ff. de pact. in l. naturalis. per totũ. ff. de præſc. verb. & naturã talium contractuum habes in glo. vnde dixerunt quidã, quòd donatio erat contractus innominatus: quia ex ſe non pariebat actionem, cùm detur condictio ex l. ſi quis argentum. C. de don. Chriſtoph.

¶ b Digeſtis. Vt ff. eo. l. j. §. j. Accurſ.

¶ c Latius. id eſt melius, & aptius in ff. dicitur, quàm hîc.

nam vtranque videri & vænisse, & pretii nomine datam eſſe, rationem non pati. Sed Proculi ſentẽtia dicentis permutationem propriam eſſe ſpeciem contractus[d] à venditione ſeparatam, meritò præualuit: cùm & ipſe*[ipſa.] aliis Homericis verſib⁹ adiuuaretur*[adiuuatur.], & validioribus rationibus argumentaretur*[argumentatur.]: quod & anteriores diui prĩcipes admiſerunt: & in noſtris Digeſtis [b] latius[c] ſignificatur.

¶ *Abſoluta venditio-* [illegible] *(... [illegible] traditæ) ad emptorem pertinet: modò neque dolus, neque culpa vẽditoris interuenerit: aut periculum cuſtodiæ vſque ad traditionem venditor ſuſceperit.*

¶ Cùm autem emptio, & venditio contracta ſit (quod effici diximus[d], ſimulatque de pretio cõuenerit) cùm ſine ſcriptura res agitur, periculum rei venditæ ſtatim[e] ad emptorem

¶ Cùm autem emptio. CASVS. Quũ inter Craſſum, & Ciceronem de pretio conueniſſet, neque tamen ædes adhuc Ciceroni traditæ eſſent, caſu fortuito incendio conflagrarunt: cuius id periculo eſt? Ciceronis quippe domini facti, perfecta venditione. Et cogetúrne pretium ſoluere, licet domum non habeat? cogetur. Quid ſi fundum mercatus ſim, & cùm nõdum mihi traditus eſſet, alluuione magna excreuerit, cuius erit illud incrementum? Emptoris. Cuius enim periculũ eſt, eiuſdem quoque lucrũ eſſe neceſſe eſt. Quid ſi Stichũ ſeruũ emeram, & antequã mihi traderetur effugerit, vtrius erit periculũ? Diſtinguẽdum eſt. Aut enim vẽditor cuſtodiam ſuſcepis, & tunc tenetur: aut non ſuſcepit, & non tenetur. Sed quomodo Prætor concedet emptori rei vendicationem, quum eam ſoli domino lex xij Tab. dari iubeat? non ſit autem dominus ante traditionem. Scilicet venditor ei præſtabit actionem illã, qua pro domino experiatur. C. V.

¶ Not. quòd emptio dicitur perfecta ſtatim ac de pretio conuentum eſt. Item, quòd perfecta venditione, ante traditionem periculum tranſit in emptorem, ſiue in totum, ſiue in parte res pereat. Item, quòd commodum alluuionis ſpectat ad emptorem. Item, quòd eius ſunt commoda, cuius incommoda. Item, quòd venditor, etiã recepto pretio, remanet domin⁹ quouſque rem tradiderit, & habet actionem perſecutoriam: ſed tenetur eam cedere. Sylueſt.

¶ d Diximus. ſuprà eod. in princ.

¶ e Statim. Sed certè imò non ſtatim

gim: sed nouem sunt necessaria. [Ioan. Faber hîc dicit hæc nõ necessaria: sed quòd simpliciter procedit: sed fallit in quolibet casuũ subscriptorum. Syl. Primò, quòd venditio fiat non in scriptis: aliàs, i. si fiat in scriptis venditio, non transit ad emptoris periculum, nisi modus esset cõpletus: vt hîc, & C. de fid. instr. l. contractus. & C. de peric. & commo. rei ven. l. cùm inter. Item, quod fiat purè, aliàs non perit emptori: licet secùs, si facta sit deterior: vt ff. de peric. & commo. rei ven. l. necessario. §. quod si pendente. ver. sanè si extat. Item, quod sit facta venditio in specie. nam si in genere, vt puta, vendo hominem: non perit emptori ante traditionem: vt ff. de pericu. & commo. rei vend. l. eúmque. & l. quod si neque. in glo. j. Item, q sit certa species: quia si sub incertitudine sit vẽdita, licet sit species, nõ tamen spectabit semper periculum ad emptorem: puta vendo Stichum aut Pamphilũ, primus enim moritur periculo venditoris, vt ff. de contrahen. emp. l. si in emptione. §. si emptio. Item, q alio modo pereat, quàm publicatione rei: nã tunc non perit emptori: vt ff. eod. l. si fundus. Item, q nullum pactum sit insertum, quod periculum venditorem respiciat. nã tunc nõ periret emptori: vt ff. eo. de peric. & commo. rei ven. l. si in venditione in princ. & §. proxi. §: q si fugerit. &c. siue specialiter esset de casu fortuito dictum. secundum B. siue generaliter secundum M. vt diximus ff. si quis caut. l. sed & si quis. §. quæsitum. Item, q venditor non fuerit in culpa vel dolo, quare res pereat: vt j. prox. §. Item, quod non sit in mora. nam tunc qui vltimam fecit moram, sibi perit: vt ff. de peric. & commo. rei vendi. l. illud. & hoc est verũ hoc casu s. siue res peritura erat penes emptorem, siue non, secundum Ioan. vt ff. de leg. j. l. cum res. §. fi. licet M. distingueret, arg. ff. de rei vend. l. item si verberatum. §. fin. Item, q non sit res, quæ degustationem desideret: vt vinum & zimziber, & similia. Nam tunc distinguitur an vendatur in specie: & tunc post degustationem est periculum emptoris. An in genere: & tunc sunt duo necessaria, vt sit emptoris periculo, scilicet degustatio, & mensura, siue pondus: & hoc secũdum Ioan. & B... Pla. vt ff. de peric. & commo. rei ven. l. j. in princ. & §. j. Sed Azo dicit, quod in vino sit speciale, quod statim facta venditione, etiam ante degustationẽ sit emptoris periculum, si sit in specie vẽditio. vt ff. eod. de cõtrahend. empt. l. quod sæpe. §. in his. Sed nunquid distinguitur periculum peremptionis à deterioratione, vino vẽdito, in mensura, vt in vẽditione conditionali diximus modo per l. ff. de peric. & cõmo. rei vend. l. necessario. §. quod si pendente. vt sic effusionis periculum ad venditorem, acoris & mucoris ad emptorem pertineat? Bul. ait quod sic: quia hoc sub quadam conditione fit, scilicet, si degustetur. Sed certè ipsemet mutauit consilium postea, & merito: quia aliud est in alia conditione, quæ non est in potestate venditoris: aliud in hac, que in sua potestate est: cùm possit denuntiare emptori, vt gustet & accipiat, aliàs potest effundere: vt ff. de peri. & commod. rei vendi. l. j. in fin. Et sic indistinctè periculum antè mensuram est venditoris. Accur.]

pertinet: tametsi adhuc ea res emptori tradita non sit. Itaque [a] si ho-

¶ Quum rei venditæ dominium non transeat in emptorem, nisi traditione secuta, quæro, qua ratione periculum ad eum pertineat, & qui fiat, vt rei nõ meæ aut periculum aut commodum meum sit? Fr. Hotomanus respondit: Ita emptoris esse periculum, vt tamẽ actionem ex empto aduersus venditorem habeat: sed exceptionem cõtra ipsi venditori dari, quæ petitionẽ excludat, SI NON sine vllo dolo aut culpa mea perierit. Damnum ergo nõ tam in eo est, quod res interierit, quæ nondum ad me pertinet: quàm quod ab obligatione qua obstrictus est ad dandum, vel faciendum, venditor liberatur: non tamen ipso iure, sed per exceptionem. Nam sola conuentio sine traditione vẽditionem quidẽ perficit, sed dominium non transfert. l. traditionibus. C. de pact. Vis enim eius contractus, & obligationis non in eo versatur, vt rem emptoris faciat, sed vt venditorem obstringat ad dandum, vel faciendum. l. obligationum. ff. de obliga. & actio. Omne igitur periculum in eo est, ne ab ea obligatione venditor liberetur.

¶ a Itaque. Nunc ponit exempla.

mo mortuus sit, vel aliqua parte corporis læsus fuerit, aut ædes totæ, vel aliqua ex parte incendio cōsumptæ fuerint, aut fundus vi fluminis totus, vel aliqua ex parte ablatus sit, siue etiā inundatione aquæ, aut arboribus turbine deiectis, longè minor, aut deterior esse cœperit, emptoris damnum est: cui necesse est, licet rem non fuerit nactus, pretium soluere. Quicquid enim sine dolo, & lata culpa venditoris accidit, in eo venditor securus est. Sed & si post emptionem fundo aliquid per alluuionem accesserit, ad emptoris commodum pertinet. Nā & commodum eius esse debet, cuius periculū est [a]. Quod si fugerit homo, qui væniit [b], aut subreptus fuerit, ita vt neque dolus, neque culpa [c] venditoris interuenerit*, animaduertendum [d] erit, an custodiam eius vsque ad traditionē vēditor susceperit [e]. Sanè enim si susceperit, ad ipsius periculū is casus [f] pertinet. si non susceperit, securus est. Idem & in cæteris animalibus, cæterísque rebus intelligimus.

* interueniat.

¶ *Annota. Quomodo ideo tenetur: ... eam cedēdo libera...*

¶ Vtique tamen vendicationem rei & condictionem [g] exhibere [h] debebit emptori: quia sanè qui rem nondum emptori tradidit, adhuc ipse dominus est. Idem etiam est de furti, & dāni [i] iniuriæ actione.

¶ *Etiam sub conditione potest emptio celebrari: & accidentalia contractus possunt in alterutrum ex contrahentibus*

¶ Emptio tam sub conditione, quam purè contrahi potest. Sub conditione, veluti, si Stichus intra certum diem tibi placuerit [k], erit ti-

¶ a Periculum est. Facit ff. de peric. & commo. rei vend. l. id quod. & de reg. iur. l. secundum naturam, & suprà de leg. pa. tut. §. fin.

¶ b Væniit. id est venditus est.

¶ c Neque culpa. Etiam talis, qualis in commodato gratia vtriusque partis cōtracto venit: vt ff. de per. & commo. rei vendi. l. custodiam. & ff. commo. l. si vt certo. §. interdum.

¶ d Animaduertendum. i. distinguendum.

¶ e Susceperit. Quod pactū valet, vt hîc, & ff. eo. de contrah. emp. l. quòd sæpe. §. si res. & ff. de peric. & commo. rei vendi. l. j. §. j. Accur.

¶ f Is casus. Etiam leuissima culpa contingens, secundum Ioan. non verò fortuitò: licet M. contrà: vt C. de pign. act. l. quæ fortuitis.

¶ g Condictionem. s. furtiuā, quæ scilicet soli domino dabatur: vt hîc, & ff. de condict. furt. l. j.

¶ Vel quasi, secundum Bar. in l. j. ff. de condic. furt. Syl.

Sed cur furti actio, in eum qui rem venditam subripuerit, vēditori cōpetit, cùm hæc ei cōpetat, cuius intersit, non domino? l. cuius. ff. de furt. nimirū, quòd venditoris intersit, qui ad actiones cedēdas tenetur ex empto. & quod dominium apud eū sit ante traditionem. l. eum qui. & l. si vendidero. ff. de furt. emptoris contrà nō intersit, qui ex empto agendo sibi consulere possit. F. B.

¶ h Exhibere. s. cedendo actiones istas: & hoc, quādo non fuit in culpa, aliàs non liberatur cedendo, vt ff. pro soc. l. de illo. in princ. quę est contra.

¶ i Et de damni. Puta, si fuerit res vendita venditori subtracta, vel in ea datū sit damnū, vt in princ. huius. §. nam hæc actio damni iniuriæ domino datur, vt ff. ad leg. Aquil. l. itē Mela. §. legis.

¶ Intellige de directa: nā vtilis datur etiam non domino, d. l. item Mela. §. legis. Syl.

k Placuerit. Sed videtur, quòd in alterius contrahentium arbitrium conferatur emptio, quod esse non potest: vt C. eod. de contrahen. empt. l. in vendētis, vel ementis, & ff. eo. de contrah. emp. l. quòd sæpe. §. j. quæ sunt contra. Sed dic rem ipsam hîc conferri in arbitrium emptoris. Aliud, si cōmercium, vt sit tibi

Emptio an possit in alterius contrahentium arbitrium conferri.

tibi empta si vis, vel pretium pro quã to voles, vt dictis legibus contrariis. Item opponitur, hæc venditio, quæ hîc fit, non videtur cõditionalis: vt ff. eod. de cõtra. empt. l. iij. quæ est contra. Sed certè ibi fuit empta purè, sed resolutio debebat sub cõditione fieri: at hîc sub cõditiõe facta fuit: vnde nõ potest impleri, nisi impleta cõditiõe, vt ff. e. l. hęc vẽditio. in princ.

a Aureis tot. Puta decem.

b Loca sacra. Quę sint ista, haber ſ. de rer. diuisio. §. sacrę. & §. nullius. & §. religiosum.

c Priuatis. Redde singula singulis. nã priuata contraria est publicę, prophana sacræ, & religiosę. & facit. ff. eo. de cõtrahen. empt. l. & liberi. & l. quia. Accur.

d Quod. id est, quia.

e Emerit. Ignorãs, vt ff. de cõtrahẽ. empt. l. liberi hominis.

bi emptus aurei[g] tot[a].

¶ ... rem, quæ non est in cõmercio, habet contra venditorem actionem ex empto ad interesse. Arc.

¶ Loca sacra[b], vel religiosa, item publica (veluti forũ, basilicam) frustrà quis sciens emit: quæ tamen si pro prophanis, vel priuatis[c] deceptus à venditore quis emerit, habebit actionem ex empto, quòd[d] non habere ei liceat, vt consequatur, quod suã interest, eum deceptũ non esse. Idem iuris est[e], si hominem liberum pro seruo emerit.

TIT. XXV.

DE LOCATIONE, ET conductione.

g Tex. continuat tit. Quia locatio est similis emptioni: vt in text. & ff. e. l. j. ideo post emptionem sequitur videre de locatione. Areti.

Locatio. Totus iste titu. diuiditur in quinque partes. Primò ponit, quòd iste contractus habet similitudinem cum contractu empt. Secũdò illud per exempla declarat. Tertiò, q d veniat in isto contractu. Quartò ad quid tenetur conductor. Quintò, an iste contractus transeat ad heredem. Secunda ibi, Nam vt emptio. Tertia ibi, in §. conductor. Quarta ibi, Qui pro vsu. Quinta ibi, In fine. Mortuo.

CASVS. Conuenit inter Lęlium, & Flauium, vt illi huius domus locata esset pro decem aureis in annum vnũ: pecunia tamen nondum numerata est, neque domus introita: quæro an si neque stipulatio, neque scriptura interuenerit, tamẽ ius ciuile in Læliũ vinculum iniiciat, quod Flauio tradat: & vicissim in Flauium, quòd Lælio? non est id quidem dubiũ: contractus eñ iste solo cõsensu perficitur. Quid, si in tertii arbitriũ mercedem reiecerint? Si tertius definierit, perfectus est contractus: sin minus, pro nullo est. Sed ecce, Librario dedi Ciceronem compingendum: & pro mercede diximus, Perfecto libro, & compacto, facile conueniet inter nos. Quęro quale sit hoc negotium? Non est locatio. Sed Prætor, qui perspicit æquitatem istius conuentionis, quibusdam verbis, quibus factum cõpendiò narrabit, actionem iudiciúmque concipiet: de qua cognoscere iudicem iubebit. Corn. Vibul.

DE LOCAtione & conductione.

¶ Sicut emptio & vẽ... mulatque de pretio ... ctio quã primũ merces cõstituta est, quæ vsq; adeò emptioni similis est, vt eisdẽ regulis cõsistere videatur si locationi incerta merces interuene... tamen postea certifi canda, nõ propriè est locatio, sed innominatus contractus.

Locatio[f] * & cõductio proxima est[g] emptioni, & venditioni, iisdémque iuris regulis consistit*. Nam vt em-

Ex Caio. lib. 2. tit. 9.

* consistit.

Not. q contractus emptionis, & locationis æquiparantur, & quòd valet argumentum de vno ad alium. Item, quòd quando merces est incerta, agitur præscriptis verbis. Syluest.

f Locatio. Sic ff. eodem. l. ij. Accur.

g Proxima est. Quod ad tractatum, & quo ad sentemtiam.

ptio, & venditio ita contrahitur, si de pretio [a] conuenerit: sic & * locatio, & conductio ita contrahi intelligitur, si merces [b] constituta sit. & competit locatori quidem locati [c] actio, conductori verò conducti. Et quæ* suprà diximus [d], si alieno arbitrio [e] pretiū promissum fuerit, eadem & de locatione & cōductiōe dicta esse* intelligimus, si alieno arbitrio merces permissa * fuerit. Qua de causa [f], si fulloni [g] polienda curandáve, aut sarcinatori [h] sarcienda vestimenta quis dederit, nulla statim mercede constituta sed postea [i] tantum daturus, quātum inter eos conuenerit, non propriè locatio, & cōductio cōtrahi intelligitur, sed eo nomine [k] actio præscriptis verbis [l] datur.

¶ *Locatæ rei merces in numerata pecunia consistere debet. alioqui si in specie consistat, non locatio quidem, sed innominatus contractus est, ex quo præscriptis verbis actio oritur.*

¶ Præterea sicut vulgò quærebatur [m], an, permutatis reb⁹, emptio, & vēditio cōtraheretur*, ita quæri solebat de locatione, & conductione, si fortè rē aliquam vtēdam, siue fruendam tibi quis dederit, & inuicē à te v-

¶ a Si de pretio. Vt supra titul. j. §. pretium autem.

¶ b Si merces. s. certa, & in pecunia numerata: vt ff. deposi. l. prima. §. si q̄s seruū. & ff. de præscript. verb. l. naturalis. §. at cū do. Vnde partiarius colonus, q̄ partem domino reddit fructuum, impropriè dicitur cōductor, imò socius magis: vt ff. eodem. l. si merces. §. vis maior. Accur.

¶ Et agitur actione personali cōtra eū, vt vult ibi Bart. vide tamē text. in l. §. si q̄s seruum. ff. deposi. & Bal. in l. certi. in iiij. quæstio. C. eo. q̄ tenet, ꝙ agatur præscriptis verbis. Syluest.

ADDITIO. Et ideo tēpore cogetur stare tali colono. quod nota ꝓ limitatione not. in. l. emptorem. C. eod. Angel⁹.

¶ c Locatori quidem locati. Sicut vēditori ex vēdito, emptori ex empto actio cōpetit, vt s. titulo j. §. sed & certum esse pretium. in fine.

¶ d Suprà diximus. Vt s. titu. j. §. sed & certum esse. Accur.

¶ e Arbitrio. ff. eodem. l. si merces. primo responso.

¶ f Qua de causa. Quia dixi certum debere pretium interuenire.

¶ g Fulloni. Est autem fullo, qui lauat, siue tingit, siue polit. Accur.

¶ h Sarcinatori. Sarcinator est, qui fracta vestimenta resarcit: vt dicemus j. mand. in fin. & ꝓprius dixisset sartor, secūdum aliquos, à sarcio, sarcis.

ADDITIO. Fullo est qui curanda & polienda vestimenta accipit: Sarcinator, qui sarcienda: sarcire autem est integrum facere auctore Sex. Pom.

¶ i Postea. Nota, postea. nam prius, re nō secuta, id est nondū tradita ad captandam, actio non daretur: vt C. de rer. pmuta. l. explicato

¶ k Nomine. Quasi ex nouo cōtractu nominato, vt ff. de præscr. ver. l. j.

¶ l Præscriptis verbis. j. mand. §. fin. cōtra. sed distingue, aut certa merces interuenit, & tūc agitur locati: vt s. eo. in princ. aut incerta, & tunc præscriptis verbis agitur, vt hic: aut nulla, & tūc est mandatum: vt ff. de præscrip. verb. l. si tibi polienda. & in contrario.

ADDITIO. Intellige si res erat solita locari; aliâs secùs: vt l. naturalis. §. at cū do. ff. de præscrip. verb. Angelus.

¶ Præterea sicut. CASVS. Bouē ego vnicū habebam: vicinus meus alterū. Conuenit inter nos, vt per denos dies alter alteri bouem commodaremus, vt opus faceret. Bos deinde meus apud vicinum mortuus est. Quæro, formula actionis antiquitus cōstituta pro locatore, mihíne dabitur? nequaquam. non enim hęc locatio est: sed Pretor hoc factum certis, ac præscriptis verbis concipiet, de quibus cognoscere iudicem à se datum iubebit. Cor. Vib.

¶ Not. gratuitum debere esse commodatum. Syluest.

¶ m Vulgò quęrebat. s. ti. j. §. itē priū.

¶ a Com-

Colonus partiarius non est conductor.

*etiam.

* quod. Th.

*abest.

*promissa.

Fullo.

Sarcinator.

Merces quando que est certa, quando que incerta, quando que nulla.

*contrahitur.

tendam siue fruendam aliam rem acceperit. Et placuit non esse locationem & conductionem, sed proprium genus contractus: veluti, si cùm vnũ bouem quis haberet, & vicinus eius vnũ, placuerit inter eos vt per denos dies inuicem boues commodarent[a], vt opus facerent, & apud alterum, alterius* bos perierit[b]: neque locati, neque conducti, neque commodati cõpetit actio: quia non fuit[c] cõmodatum gratuitum: verùm præscriptis verbis[d] agendum est.

¶ ... stitutio (id est, cùm prædium perpetuò fruendũ annua pensione cõstituta, cuipiam conceditur) quę locatio est: sed speciem parit, in quã si de rei periculo nihil inter contrahentes actũ sit, totius rei interitus ad dominũ, particularis verò ad emphyteutam spectat.

¶ Adeò autem[e] aliquã[f] familiaritatẽ inter se videntur habere emptio, & venditio[g], itẽ locatio, & conductio[h], vt in quibusdam causis* quæri soleat, vtrùm emptio[i], & venditio contrahatur, an locatio[k], & conductio. vt ecce de prædiis, quæ perpetuò[l] quibusdam fruenda tra-

*abest.

*casibus.

¶ a Commodarent. Impropriè ponitur, vt sequitur.

¶ b Bos perierit. Sua culpa, aliàs non tenetur, cùm vtriusque gratia contractum sit: vt hîc. & ff. de prescr. verb. l. si gratuitam. §. si margaritas. & ff. cõmod. l. si vt certò. §. nunc videndum.

¶ c Quia non fuit. Bona ratio: vt s̃. quibus mod. re cõtrahi. obli. §. commodata.

Præscriptis verbis agitur tripliciter

¶ d Præscriptis verbis. Quæ cõpetit ex contractibus tribus innominatis, do vt des, facio vt facias, do vt facias: vt ff. de prę scri. verb. l. naturalis. §. j. ij. & iij. [In facto enim vt des, datur actio de dolo. & Bar. in d. l. naturalis. §. qđ si faciã. assignat rationem, quæ omnia sunt secũdum communes doct. sententias. vide tamẽ quæ disputãdo contradicunt Fort. in l. iurisgentium. §. & ideo. ff. de pac. & Prepos. Senens. in iiij. casu. quæst. vj. Syl.] Aliàs datur ex pactis incontinenti appositis, vt C. de rer. permuta. l. rebus. aliàs datur, quando dubium est de nomine cõtractus, vt ff. de præscrip. verb. l. j. §. fin. & l. naturalis. §. j. ij. iij. & iiij.

... Sed cur dicitur actio præscriptis verbis? an ꝙ in aliis negotiis essent certæ formulæ, vt Cic. scribit in orat. pro Q. Roscio: vbi autẽ nouum exoriebatur negotiũ, de quo non erat certa prescripta formula, nouam cõfingere oportebat, quam Prætor iudici præscribebat, ex quo præscriptis verbis agi dicebatur? sic videtur Hotomano in comment. in præd. orat. ex l. j. ff. de præscrip. verbis.

¶ Adeò autẽ. CASVS. Cornelius mihi fundum Tusculanũ hac lege fruendum tradidit, vt quandiu centum aureos quotannis pro eius pensione soluerem, tandiu mihi eum adimere non posset, neque ipsius hæredes. Quæro vtrũ emptio sit hic contractus, an locatio? Respondet neutrũ esse: sed tertium quoddam cõtractus genus, quod suo ac proprio nomine appellatur, nimirũ Emphyteusis. Quid autem si fundus ille aut ex parte perierit, aut in totum? puta si chasmate, aut alluuione aquarũ perierit. Distinguo. nã aut pacta de hoc facta sunt, & tunc pacta seruanda sunt: aut non sunt facta, & tunc rei totius interitus ad dominũ pertinet: partis verò, ad acquisitorem. Cornelius Vibulanus.

¶ e Adeò autẽ. Quia iisdem regulis & constitutionibus consistunt: multa ergo habent inter se communia.

¶ f Aliquam. Aliàs non est in litera aliquam.

¶ g Et venditio. s. ex vna parte.

¶ h Et condictio. scilicet ex alia.

¶ i Vtrum emptio. Quod videbatur, cùm talis datio alienatio sit: vt in authen. de non alienand. §. alienationis. quod locatio non facit: vt ff. eo. l. non solet. Accur.

¶ k An locatio. Quod videbatur, cùm mercedem soluere teneretur.

¶ l Perpetuò. Aliter accipitur. ff. pro socio. l. j.

duntur: id est, vt quandiu pensio [a], siue reditus [b] pro his domino præstetur, neque ipsi conductori, neque hæredi eius, cuíve conductor, hærésve eius id prædium vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit alióve quocunque * modo alienauerit [c], auferre liceat [d]. Sed talis contractus, quia inter veteres dubitabatur, & à quibusdam locatio, à quibusdam venditio existimabatur: lex Zenoniana [e] lata est, quæ emphyteuseos [f] contractus propriam [g] statuit naturam, neque ad locationem [h], neque ad venditio-

Emphyteusis datur ad varia tẽpora.

* quoquo.

¶ a Pensio. In pecunia.

¶ b Reditus. In specie, veluti si certa frumenti mensura in annos singulos constituta sit.

¶ c Alienauerit. Cùm multi sint modi alienandi: vt ff. de publicia. l. iij. iiij. v. & vj.

¶ d Auferre liceat. Interdum autem datur ad certũ tempus, interdum in tertiam personã, vel generationẽ, cum omnia pacta super hoc contractu habita valeant, vt j. proxi. §. sed ecclesia dat in emphyteusim vsq; ad tertiam generationem tãtùm: vt in auth. de non alie. §. emphyteusim. Vel vt puto, etiam in perpetuum dabit, vt quilibet priuatus, vt hîc, & in authent. de alien. & emphyt. §. licentiam. Accur.

ADDITIO. Tu dic de iure canonico, cui standum est, quod aut fit sine solennitate, de qua habetur xij. q. ij. sine exceptione. & in c. j. de rebus eccl. non aliena. in vj. & in c. nulli. extra eod. tit. & tunc non valet vllo modo. aut fit cum dicta solennitate, & valet: & ad omnes etiam extraneos transibit. Ange.

¶ e Lex Zenoniana. vt C. de iure emphyteu. l. j.

¶ f Emphyteuseos. Emphyteusis Græcè, Latine dicitur melioratio: hoc ideo, quia olim tantùm sterilia dabantur, vt meliorarentur: sed hodie non tantũ sterilia dantur, sed etiam fertilia, nisi in ecclesia, quæ dat sola ea, quæ congrua videntur œconomo & aliis gubernatoribus ecclesiæ. sic C. de sac. san. eccle. auth. perpetua quoque. Accursius.

[illegible] Emphyteusis nomẽ est Græcũ, ab ἐμφυτεύειν: id est, insero quemadmodum autem insitionibus ita arbor arbori inseritur, vt illi inhæreat, naturámque tamen suam proportione retineat: similiter hoc contractu res ita à domino in emphyteuticariũ perpetuò transfertur, vt priorem directíssimque dominum semper

respiciat, afficiátque commodo. Aemy. Ferr.

¶ g Propriam. Agitur ergo condictione ex lege ad omnia obseruanda quæ cõueniunt. Sed nunquid emphyteuta potest alii dare in emphyteusin? Resp. sic, vt in hoc §. in authen. de nõ ali. aut permu. §. alienationis. Itẽ nunquid illud vtile dominũ, quod solùm habet, trãsfert in eũ? Resp. sic, cũ rei vendicatio vtilis sibi detur, vt ff. si ager vect. l. j. & iij. Sed qualiter aget primus emphyteuta contra secundum, vt eum expellat? Resp. rei vendicatione quæ licet de iure sibi non competat, exceptio tamen opponi non potest: quia replicaretur, & sic non dominus dominum vincit: vt C. de trans. l. vbi de facto tantum agit, & vincit, & ff. de excep. rei iud. l. si quis. Vel verius aget præscriptis verbis, vel dic ex lege Zenonis ad mercedem.

Dominus vincitur à non domino.

¶ Communis docto. resolutio est, q si requisito domino primus emphyteuta fecit secundũ, & eum induxit in possessionem iuxta formam l. fi. §. necessitate. C. eo. tunc dominus agit condi. ex d. l. fin. si verò propria auctoritate, tunc dominus potest eum expellere, & agere rei vendicatione, non condictione ex lege: quia illa est actio personalis. §. sic itaque. j. de actio. Syl.

¶ h Neque ad locationem. Imò differt in septem. Nam hîc etiam in specie præstatur pensio: sed ibi in pecunia tantùm, vt hîc scripsimus. Item hîc possidet naturaliter, sicut fructuarius, vt ff. de acqui. posses. l. naturaliter, sed conductor non: vt C. commu. de vsucap. l. j. Item hic habet dominium vtile, sed cõductor non, vt ff. eod. l. non solet. Item hîc contractus fit in immobilibus tantùm, ille etiam in mobilibus: vt in authent. de alie. & emphyt. §. licentiam. Item agitur hîc condictione ex lege: ibi, ex conducto. Itẽ hic contractus iuris ciuilis est, ille natu-

Emphyteusis differt à locatione in septem.

naturalis, vt hîc dicitur. Item est hic in scriptura, ille etiam sine ea, vt C. de iur.emphy.l.j. & suprà de obligat. ex consen.& suprà eod.in princ.

¶ Hæc procedunt in conductione ad modicum tempus, sed in conductione ad lõgum tẽpus adhuc sunt differentiæ: quia in locatione ob sterilitatem remittitur pẽsio, in emphyteusi non. Item in caducitate: quia emphyteusis nõ cadit, nisi cessauerit per trienniũ à solutione, cõductor verò secus. Itẽ quod ad melioramẽta: quia colonus repetit, emphyteuta verò non: tradit Ias. in l. j. in gloss. C. eodem. Syl.

[a] natura talis.

nem[a] inclinantem, sed suis pactionibus fulciendam. & si quidem aliquid pactum fuerit, hoc ita statuit obtinere, ac si naturalis[b]* esset cõtractus: sin autem nihil de periculo rei fuerit pactum, tunc si quidẽ totius rei interitus accesserit, ad dominũ[c] super hoc redundare periculum: sin autẽm particularis[d], ad emphyteuticariũ huiusmodi damnum venire: quo iure

¶ a Neq; ad vẽditionem. Quia hîc pensio præstatur: ibi, res liberè transit. Item ob hoc res reuocatur, sed ab emptore, nõ per vẽditorẽ: vt C. de rei vend. l. in ciuile. Itẽ hîc vtile transit dominiũ, ibi directũ: vt s. de rer. diui. §. per traditionem.

¶ b Naturalis. id est iurisgentiũ, quod naturali ratione est inductum, vt s. de iur. natu. §. quod verò. hic enim est de iure ciuili, vt & alij: vt infrà de act. §. de constituta pecunia.

¶ c Ad dominum. Vt pensionem non habeat. Accursius.

¶ d Particularis. i. medietatis, vel minus, secundũ M. & Io. Arg. ff. de vsufr. l. etiã. & de verb. sign. l. nomen filiarũ. §. portionis. & ff. de dam. infect. l. inter quos. §. damni. & de cõtrah. emp. l. domum. Nos dicimus, si aliquid etiã parum remansit, damnum emphyteutæ esse. argu. huius §. & C. eod. l. j. De hoc dantur tales versus, Res periit tota: tunc nihil dabit emphyteuta. Si pro parte perit, non ita liber erit.

Emphyteutica res si pereat, cuius erit damnum.

¶ Alij dicunt iudicis arbitrio relinquendum, vt dicit hîc Christoph. Syl.

¶ e Vtimur. Sunt & duo alia naturalia siue tacita pacta in hoc contractu, vt de reiiciendo emphyteuta, si non soluerit pensionem per triennium: vt C. eo. l. ij. §. j. & in auth. de non alien. §. scire. [Hæc vera, nisi celeri satisfactione moram purgauerit. c. potuit. de loc. quæ arbitrio iudicis remittitur, attenta qualitate personarũ & tẽporis. Syl.] Itẽ & si velit emphyteuta vendere, quod domino primo denũciare debet: vt C. eo. l. fi. §. j. Acc.

Emphyteusis duo tacita pacta continet.

vtimur[e].

¶ *Conuentio vt ex ar- ... fiat, mercede certa constituta, venditio est: quòd si ex conductoris materia, locatio est.*

ADDITIO.

Quod dictũ est emphyteutam posse expelli, non soluta pensione per triennium, verum est in emphyteuta priuati, quoniã emphyteuta ecclesiæ cessans per biennium solutione, expelli potest. authen. qui rem. C de sac. san. eccl. & no. C. de iur. emphyt. l. ij. in gl. repellere. & extrà de loc. c. potuit. & in authen. de non alien. §. scire. in gl. hominum. Sed in simplici colono indistinctè biẽnium expectatur: vt ff. de loca. l. quæro. §. inter locatorem.

¶ Item quæritur, si cum aurifice Titius conuenerit, vt is ex auro suo[f] certi ponderis, certæque formæ[g] annulos ei faceret, & acciperet (verbi gratia) decem aureos: vtrùm em-

Item quæritur. CASVS. Conueni cũm aurifice, vt mihi ex auro suo annulũ faceret: eíque pro eo decem aureos promisi. Quæro vtrum emptio hæc, sit, an locatio? Quia suam materiam mihi dedit aurifex, apparet esse emptionem. nam perinde est ac si factum annulum in ipsius tabernæ emissem. Quid ergo, si aurum ei tradidi, quo annulum faceret? Tunc quia in materia mea operatus est, patet esse locationem. Cor. Vib.

¶ f Suo. scilicet, artificis.

¶ g Formæ. s. demonstratæ: sed quid si certa non est materia demõstrata? Respondet, non interest: vt ff. de contrahen. emp. l. conuenit. & l. Sabinus. Vel facies punctum in dictione, suo.

¶ Conductor autẽ omnia. CASVS. Quum venderem Aurelio meam domum, conuenit, vt donec pecunia

integrè persolueretur, Aurelius domum conductam pro duodecim aureis haberet. ante finem anni persoluit pretiū: quæro an mihi debeat integra duodecim? minimè. sed tot aureos, quot menses eam domū habitauit. Sequens §. est planissimus. Cor. Vibul.

¶ a Legē. id est pacta: vt ff. depo. l. j. §. si conueniat. Accur.

¶ b Ex bono, & æquo. Vt vsuras post moram vt C. eod. l. præses. Idem cōtrà: nā conductor agit, vt domus, & ostia sibi reparētur: vt ff. eod. l. ex conducto. in princip.

¶ c Diligentissimus. id est diligens, sic exponitur ff. eod. l. si merces. §. qui columnam. nā cùm vtriusque gratia fiat locatio, nō venit exactissima diligentia, vt ff. commod. l. si vt certo. §. nūc videndū. Alij propriè ponunt, & dicunt speciale in his rebus, quæ facilè possunt frangi.

ADDITIO.

Et hæc vltima videtur cōmunior: & ratio diuersitatis fundatur super facili harum rerū fragilitate: ideóque diligentior cura est adhibenda. cap. vbi periculum. de elect. libro vj. Christoph.

ptio, & venditio, an locatio, & conductio cōtrahi videatur? Cassius ait, materiæ quidem emptionem & venditionem contrahi, operæ autem locationē & conductionē. Sed placuit tantùm emptionem & venditionem contrahi. Quòd si suū aurum Titius dederit, mercede pro opera constituta: dubiū non est quin locatio, & conductio sit.

¶ *Quæ partiū expres[illegible] missa fuerūt nec[illegible], & quæ ex bono, & [illegible] bent (licet de iis cōuentū nō sit) hoc cōtractu seruāda sunt.*

¶ Conductor autē* omnia secundū legem[a] conductionis facere debet: & si quid in lege prætermissum fuerit, id ex bono & æquo[b] præstare.

*abest.

¶ *Cōductor de leui culpa [illegible].*

¶ Qui pro vsu aut vestimentorū, aut argenti, aut iumenti mercedē aut dedit, aut promisit: ab eo custodia talis desideratur, qualē diligētissimus[c] paterfamiliâs suis rebus adhibet: quam si præstiterit, & aliquo casu [fortuito eam] rem amiserit[d], de restituenda ea non tenebitur.

¶ *Contractus locationis ad hæredes trāsit cōductoris. Arc.*

¶ Mortuo conductore[e] intra tempora cōductionis, hæres eius eodem iure in conductione succedit[f].

TIT. XXVI.

DE SOCIETATE.

¶ *Et omnium bonorū, & certæ negotia[illegible] cietas: in qua quæ circa lucrū aut dānum pacta sunt, seruari oportet: quòd si nihil conuentū sit, æquas parteis & in lucro, & in damno, inuicem referre decet: in hac tamen [...] cū pacisci queūt, vt alteri plus lucri, alteri plus dāni ob[illegible]*

¶ d Amiserit. Vel damnum datum sit, quod præuideri non poterat, vt ff. eo. l. sed & de damno.

¶ Mortuo conductore. CASVS. Locaui Titio fundum meū ad decenniū: Titius post annū aut bienniū decessit, quæro an hæres eius possit meas ædes habitare vsque ad finē decēnij? maximè. Cor. Vib.

¶ e Cōductore. Proprietatis, secus in vsufructū: vt ff. de vsufru. l. si domina. Vel dic vt ibi. & de iure dotiū. l. si socius. in fin.

*Inclusa absunt.

¶ Et hæc vera vbi ius vsusfructus constituitur. secus, si fructus vsque ad certum tempus vendantur, vel locentur, vt hîc per doctor. Syl.

¶ f Succedit. Vt C. eod. l. viā. sed an moriēte scholari, vel recedēte, substituere potest? Respon. sic, de iure conductionis, sed ratio societatis prohibet, quæ præualet, vbi certa persona eligitur. vt j. titu. j. §. soluitur.

DE SOCIETATE.

¶ Iste titulus sic continuatur. Dictum est s. de quibusdam contractibus, qui fiunt consensu: verùm quia societas est etiam contractus, qui fit consensu, vt patet

pater ff. de obl. ex cōsensu. §. j. ideo sequitur titulus de societate: vnde dicit hîc Acc. Est autē societas (vt ait Marcus Tulli⁹) duorū, pluriúmve côuētio honestè cōtracta ad vberiorem quæstum, & cōmodiorem vsum.

Ocietatem. Totus iste titu. diuiditur in quatuor partes. Primò ponit in quib⁹ reb⁹ possit cōtrahi societas. Secūdò quæ partes possunt esse in lucro, & dāno, & si nō fuerint à partibus expresse, quæ intelligātur. Tertiò, quādo societas & quomodo finit. Quartò ad q.d socius tenet. Secūda ibi, Et quidem. Tertia ibi, Manet autē. Quarta ibi, Socius socio.

*Ex Ga. vbi suprà.

*κοινοπραξίαν.

vnus lucri partem ferat, de damno verò non teneatur.

¶ *Annota, id lucrum dici, quod omni damno deducto superest.*

SOcietatē* coire solemus, aut totorum [a] bonorum, quā Græci specialiter κοινοπραξίαν * appellāt: aut vni⁹ alicuius negotiationis, veluti mācipiorum vendendorū, emēdorúmque, aut olei, aut vini, aut frumenti emendi[b] vendendíque. Et quidem si nihil de partibus lucri & damni nominatim conuenerit, æquales [c] scilicet partes & in lucro, & in damno spectantur. Quòd si expressæ [d] fuerint partes *: hæ seruari debent. Nec enim vnquam dubiū fuit, quin valeat conuentio[e], si duo inter se pacti sint, vt ad vnum quidem duæ partes & lucri & damni pertineant, ad alium tertia[f].

*abest.

CASVS. Q. Roscius vult societatem coire cum C. Fannio: quæro, cuius rei pôt cōmunionē inire? Respōdet omnium, aut certæ negotiationis, si vterque velit. Coierūt societatē in vno seruo Panurgo histrione. hic Panurgus cātū aureos ex arte histrionica quotannis lucratur. quota pars lucri ad illos pertinebit? Distinguo. nā aut non sunt expressæ partes, & tunc æquales sunt: aut sunt expressæ, & illæ seruantur. Quod eodem modo de dāno iudicādū est. Sed ecce, pacti sunt inter se, vt Roscius haberet duas partes lucri, & damni: & si triginta lucraretur Panurgus, Roscius haberet viginti, Fannius verò tertiam tantùm. i. decē. valétne contractus? valet. Corn. Vib.

¶ a Totorum. id est, omnium, & expresse: vt ff. eo. l. j. §. j. & l. iij. §. j. Nam hoc nomen. s. totus, tota, totum, totitatem ad vnam rem signat.

¶ Omne verò ad plura, quod declara, vt per Dec. in l. omnia. in j. notab. ff. si cert. pet. Syl.

ADDITIO. Hoc verum, si ad vnam adiiciunt, aliàs si ad vniuersitatem, de illa tanquā de vno prædicat. Io. Fab.

¶ b Emendi. Itē duobus aliis modis. s. simpliciter, vt ff. eo. l. coiri. & l. nec adiecit. Item vnius rei: vt ff. eod. l. societas. Accur.

¶ c Aequales. Sic ff. de hæred. instit. l. quoties §. hæredes. & . ff. de hæredib. insti. §. si plures. & ff. eo. l. si non fuerint. & dic æquale fuisse capitale. Acc.

Vt ergo liqueat materia, dic, q quādoq; inter socios est côuētū de quota lucri, & dāni, & illud seruādū est, vt hîc: si modò ille, q. pl⁹ lucri ferre debet plus cōtulerit. l. si nō fuerint. ff. eod. Aliquandò est conuentū de lucro vel de dāno tātū, & cōuentio facta in vno habet locum in alio. §. illud j. eod. Aliquādo conuentū est, vt lucrū æqualiter diuidatur, & alter nullum damnum patiatur: & tunc aut is, q. operā posuit, est ille qui damnum pati non debet, & valet societas & conuētio. d. l. si non fuerint. §. ita coiri aut è conuerso: & communiter tenetur non valere, si quis vult non pati damnum, qui ponit tantùm pecuniam. Aliquando nihil est conuentum, sed vnus posuit pecuniam, alter operam, & habet locum. q. posita. in l. j. C. eod. ita declarat Saly. & bene, in d. l. si non fuerint. Syluest.

ADDITIO. Aliàs erat in arbitrio iudicis consideratis sociorum operis. Et nota, quòd sicut capitale, ita nec lucrum, durante societate, extrahi potest. Ang.

¶ d Expressæ. Etiam in solo lucro, vt j. eod. §. illud.

¶ e Conuentio. s. talis, vt sequitur.

¶ f Tertia. s. pars lucri & damni.

De illa. Roscius cum Fānio pactus est, vt duæ partes eius quæstus quem faceret Panurgus commu-

nis seruus, ad se pertinerent, dãni tertia. & cõtrà reliquæ partes ad Fanniũ spectarẽt: valétne societas? valet. Sed ecce, Cicero in oratione ꝑ Q. Roscio Com scribit Fanniũ quũ solus panurgum emisset, eũ tamen gratis cõmunem fecisse Roscij: valétne illa societas? maximè, q̃a Roscij opera in docẽdo Panurgo artẽ histrionicam pluris est, q̃ pretiũ empti Panurgi. Quinimò ita coita societas valet, vt Roscius lucri tantùm partem capiat, dãni verò expers sit: qđ tamẽ ex hoc themate intelliges. Societas erat centũ aureorũ. lucri factum est ad ducẽtos aureos, dãni ad viginti: lucrũ intelligetur demũ deducto dãno, ita vt ad centũ & octoginta ꝑueniat. qua de causa Roscius nonaginta tantùm aureos habebit: Fannius itidem nonaginta. C. Vib.

¶ a Ad Titium. Cõputatio hîc ita expeditã fiat, vt si lucrum in vna re, in alia verò damnũ contigerit, vt si deducto omni dãno lucrũ superest, Vnus in in duas partes, alius in tertiam partẽ admittatur eius lucri. Si verò tantum damnum superest: is, qui duas partes damni ferre debet in rebus, quæ supersunt, tanto minus, quàm alter accipiat quantum faciat tertia pars damni, vt ff. eod. l. Mutius.

* Sentit.

¶ *Valet conuentio inter socios, vt maiorẽ partem lucri ferat alter, quàm da[...] & contra: & etiã quòd lucrum participet alter, & damnum non sentiat. Et lucrum dicitur, quod superest, omni [...]*

¶ De illa sanè cõuentione quæsitum est, si Titius & Seius inter se pacti sint, vt ad Titium[a] lucri duæ partes pertineant, damni tertia: ad Seium duæ partes damni, lucri tertia: an rata debeat haberi conuentio? Quintus Mutius cõtra naturam societatis talẽ pactionem esse existimauit: & ob id non esse ratam habendam Seruius[b] Sulpitius (cuius sẽtentia præualuit) contrà sensit*: quia sæpe quorundã ita pretiosa est opera in societate, vt eos iustũ sit conditione meliore in societatem admitti. Nam & ita coiri posse societatẽ nõ dubitatur, vt alter pecuniã conferat, alter non cõferat, & tamen lucrũ inter eos commune sit: quia sæpè opera alicuius pro pecunia valet. Et adeò[c] cõtrà Quinti Mutii sententiam obtinuit, vt illud quoque constiterit posse conuenire, vt quis lucri partem[d] ferat, de damno nõ teneatur. quod & ipsum[e] Seruius conuenienter sibi[f] fieri * existimauit. Quod tamen ita intelligi oportet, vt si in alia * re lucrũ, in alia dãnum illatum* sit cõpensatione facta, solũ quod superest intelligatur lucro* esse.

¶ *[...] cta, in damno quoque adiecta videtur, & diuerso.*

¶ b Seruius. hîc Seruius sibimet cõtra dicere videtur, vt ff. eo. l. Mutius. sed non est verũ. nã ibi dicit de facto hoc esse non posse. s. vt damnum, & lucrũ sit in eadem societate, cùm damnum lucro, &ècontrà lucrũ, damno deducto, intelligatur vt ibi dicitur. & ĩ. eo. verũ. & adeò.

¶ c Et adeo. Hæc pacta inæqualia tunc demũ locũ habẽt, quãdo alter plus contulit operæ vel industriæ, quã alter: vt ff. eo. l. si non fuerint. in prin. ibi, si verò placuerit secũdũ Azo. cum societas sit fraternitatis ius: vt ff. eo. l. verũ. in fi. j. resp. Ioã. cõtra, & subaudit in l. illa. si nõ fuerint, maximè. Alij idẽ, quod Ioan. sed tali ratione, quia iure conuentionis valent, non societatis. ff. de pollici. l. j. §. si cõuenerit. Accur.

ADDITIO.

Ista cõmuniter approbatur: vt ꝑ Christo. hîc Et hæc vera intellige, quãdo vel de vtroque, vel de altero tantũ aliquid inter partes cõuentũ est. Si verò nihil, sed simpliciter tantùm sit cõtracta societas: dic vt per. Ang. hic.

¶ d Partem. Non totum: aliâs esset Leonina, vt dicitur in fabula Aniani vel Aesopi, & ff. eo. l. si non fuerint. §. fi. & l. si vnus. §. sed si pretium. in fine.

¶ e Qđ & ipsũ. s. dictũ hoc ꝓximo casu.

¶ f Conuenienter. id est conueniens suæ

* abest
* aliqua
* lucri
* ad ſatã

suæ sententiæ, quã dixit s.eo.§.de illa.
¶ a Seruari. Nota eãdem esse rationẽ contrariorum. sic ff.de legat.iij.l. fin. §.fin.ff.fam.erciſc.l.ſi filia.§.Papinianus.Arg.cõtra.ff. de lib.& posth.l.cõmodissimè.&ff. loc.l. ea lege.§. respon. & ff. de neg ge. l.si quis negotia.

ẽ.l.verũ.§.pen.incipit societas. Item cùm ab alio stipulor animo nouandi, vel iudicium cũ aliquo dicto animo nouandi: vt ff.eo.l. actione.§.respon.
¶ Soluit adhuc. CASVS Ponamus exemplũ in ver. itẽ si nã cætera plana sunt. Coieramᵒ societatẽ librorũ deportãdorum in Hispaniã. deinde inter Gallos & Hispanos bellũ ortũ est: dissoluitur societas. Cicero societatem omniũ bonorum contraxerat cũ Attico. deinde Cicero exilio mulctatus est, eiúsque bona omnia publicata, id est, cõfiscata: dissoluit societas. Fiscus enim Ciceroni successit. Cor.Vib.

Illud expeditum est, si in vna causa pars fuerit expressa: veluti in solo lucro, vel in solo dãno: in altera verò omissa: in eo quoque* quod prætermissum est, eandẽ partem seruari[g].

*abest.

¶ Renuntiatione soluitur societas, quò fit, vt quæ post renuntiationem obuenere, communicanda non sint: nisi callidè quis societati ideo renuntiarit, vt solus expectatum lucrum consequeretur.

¶ Manet autem societas eousque, donec in eodem consensu perseuerauerint. At cum aliquis renũtiauerit[b] societati, soluitur societas. Sed planè si quis callidè[c] in hoc renuntiauerit societati, vt obueniens aliquod lucrum solus habeat: veluti si totorum[d] bonorum socius, cùm ab aliquo hæres esset relictus, in hoc renuntiauerit societati, vt hæreditatem solus lucrifaceret, cogitur hoc lucrum communicare. Si quid verò[e] aliud lucrifaciat, quod non captauerit[f]: ad ipsum solùm pertinet. Ei verò cui renuntiatum est, quicquid omnino post renunciatam societatẽ acquiritur, soli conceditur.

¶ Adiiciuntur quatuor modi, quibus finitur societas, scilicet morte socii, negotio & bonorum cessione.

¶ Soluitur adhuc societas etiã morte[h] socii, quia qui societatem contrahit, certam personã sibi eligit*. Sed & si consensu plurium societas contracta sit, morte vnius socii soluitur, etsi[i] plures supersint.

*eligit.

¶ Solut. ex distinct. Bart. in l.inter stipulantem. §.sacram. ff.de verb.obli. & dic vt per Ang.hîc.Syl.
¶ b Renũciaueris. Præsenti socio, nõ absenti: vt ff.eo.l. sed & socius. §. si absenti.
ADDITIO. Vel eius procuratori, aliàs nõ tenet, nisi in preiudiciũ renunciantis. Ang.
¶ c Callidè. Idem & si intempestiuè renunciet: item & si expediat nõ renuntiari: vt ff.e. l.actione. §.Labeo. & l. sed & si socius. §. fin.
¶ d Totorũ. id est, omniũ, hoc expresso: vt ff. eo.l.iij.§.j.aliàs cõtrà: vt ff.eod. l.nec adiecit.
¶ e Si quid verò. Aliàs siquidem. sic ff. ex quib. caus. in pos.ea.l. Fulcinius. § quod si aduersus. sic. ff. eo.l. actione.§. diximus.
¶ f Non captauerit. id est, non præcogitauerit.
ADDITIO. Nec quæquam o ueri oportet, q̃ similis huic ali⁹ titulus supra lib. ij. sit posit⁹: q̃a ibi de acquirẽdis reb⁹ corporalibus & aliis, præter obligationes: hĩc specialiter de his acquirẽdis p materia subiecta tractatur.

Expositis. Totus iste titu. diuidit in tres partes. Primò ostenditur, quo modo nobis acquiritur per illos, qui sunt in totum in dominio, vel potestate nostra. Secundò, quomodo per illos in quibus habemus aliquod ius, vel qui seruiunt nobis bona fide. Tertiò, quomodo acquiritur per illos, qui sunt in dominio nostro pro parte. Secunda ibi, Item per liberos. Tertia ibi, Communem.

CASVS. Quero, nũquámne ius ciuile permittit, vt quisquã nobis obligatus sit, nisi cui nosmetipsi vincũlũ iniecimus? Imò verò. nã siue seruus, siue filius noster vincũlũ alicui iniecit, id nobis ius ciuile in manũ tradit: si tamẽ sit filius, traditur nobis vinculum quatenus tãtùm vsusfructus est: nã proprietas, vt sæpe diximus, ad filiũ pertinet. Cornel. Vibul.

relicta sunt: quæ si indebita soluãtur, non repetuntur.

TIT. XXIX.

PER QVAS personas nobis obligatio acquiritur.

Obligatio acquiritur etiam per seruum vel filium: per seruum quidem in totum, per filium autem, quo ad commodum vsusfructus. Aretin.

Expositis generibus obligationum, quæ [a] ex contractu, vel quasi ex contractũ nascuntur: admonendi sumus acquiri nobis non solùm per nosmet ipsos, sed per eas quoque personas, quæ in nostra potestate sunt. velũti per seruos & filios nostros: vt tamen [b] quod per seruos nostros * nobis acquiaitur [c], totũ nostrum fiat: quod autem per liberos, quos in potestate habemus, ex obligatione fuerit acquisitum hoc diuidatur secundùm imaginem [d] rerum proprietatis, & vsusfructus, quã nostra decreuit* constitutio [e]: vt qđ ab actione cõmodũ perueniat, huius vsumfructum quidẽ habeat pater, proprietas autem filio seruetur*, scilicet patre actio

a Quæ. scilicet obligationes. Sed quid differt hic titu. à supertori s. per quas pers. nob. acqui? Resp. illic dicit de rebus acquirendis: hic autem de obligatione. vt ibi dixim⁹. Itẽ quid differt iste ab alio s. de stipul. ser. cùm ibi de obligatione dicatur? Resp. ille specialis est in obligationibus quæsitus p stipulationem: hic autẽ in omni genere obligationũ loquitur acquirendo p filiũ, vel p serũ: præter q̃ si sint ex castrensi peculio vel quasi: quibus casibus nec ad proprietatẽ, nec ad vsum fructũ patri acquiritur: vt C. de bo. quæ libe. l. cùm oportet. §. ij.

b Vt tamen. Alias est, attamen. alias, vt quod. & hic similiter subauditur tamen.

c Acquiritur. Nisi ab alio possideatur seruus: q possessori nec domini nec possessione quærit, si non ex re eius cõparauit, vel ex opera sua: nec domino, si ex re bonæ fidei possessoris: vel opera sua acquisiuit: q̃a eum non possidet vt ff. de acquirendo rerum dominio. l. si seruus. primo responso. & l. homo liber. §. finalis.

d Secundùm imaginem. Quasi dicat, fiat hæc diuisio imaginariè & intellectualiter. nam visibiliter fieri nõ potest, cùm sint incorporalia, quæ non diuiduntur. : vt ff. de acquir. rer. domin. l. seruus. §. incorporales. & s. de rebus corpo. & incorp. j. respon. & s. de vsufruct. in princ.

e Constitutio. Vt C. de bon. quæ lib. l. fi. §. vbi autem. Accu.

* abest.

* discreuit.

* referuatur.

Ii.iiij.

Filiofamiliàs olim v. actiones competebant ratione proprietatis quas tamen non exercebat.

Item per liberos homines[c], & alienos seruos, quos bona fide possidemus, acquiritur nobis: sed tantùm ex duabus causis, id est, si quid ex operis* suis, vel ex re nostra aquirant. Per eum quoque seruum in quo vsumfructum[d], vel vsum habemus, similiter ex duabus istis causis nobis acquiritur.

Liberi & serui alieni bona fide possessi, & serui vsufructuarii & vsuarii acquirunt nobis ex re nostra, & ex opera ipsorum. Aret.

*operibus.

Cōmunem seruum pro dominica[e] parte dominis acquirere certum est: excepto eo, quòd nominatim vni stipulando, aut per traditionē accipiendo, illi soli acquirit: veluti cū ita stipulatur*, Titio domino meo dare spondes? Sed

Seruus cōmunis acquirit dominis communiter pro portione dominica: nisi vni, vel iussu vni⁹ fuerit stipulat⁹. Areti.

*stipulatur.

a Actionem. Proprietas tamē ipsius actionis est filii., vt hîc dicitur. & hoc obtinet hodie in omnib⁹ aduentitiis. Sed olim tātùm quinque actiones filiofamiliàs cōpetebāt ratione proprietatis: vt iniuriarū, quod vi aut clā, depositi, cōmodati, & actiones in factū: vt ff. de act. & obl. l. fili⁹ familiàs: & l. in factū. [Itē de dote. ff. sol. mat. l. ij. & in glo. in l. si lōgius. §. j. in vers. dignitatē. ff. de iud. Syl.] Has tamē pater exercebat vel su⁹ procurator, non filius: vt ff. de iniur. l. sed si vni⁹. §. ait Pretor. & §. filio. & l. pater. in fi. nisi pater, abesset: vt ff. de iudi. l. si longiùs. §. j. qđ etiā in mutuo erat: vt ff. si cer. peta. l. cùm fili⁹. Sed hodie ex omni causa aduētitia acquiritur ipsi filio proprietas, vt hîc dicitur.

Aduentitiorum proprietas filii est.

nem[a] mouente secundum Nouellæ nostræ constitutionis diuisionē[b].

ADDITIO. Dic vndecunque dictę actiones in factum descendunt: vel ex dictis Prætorum, vel ex interdictis. & est ratio quia Prætor vsus est æquitate: & illa tantùm motus: & in illis non tātùm quæritur patri: quādo aliquid non remanet penes filium: vt l. j. cum ibi not. C. qui admit. ad bon. pos. ergo non mirum, si omnes actiones in factum filiofa.. competebant: & ita dicit Bar. in d. l. in factum. Ang.

b Diuisionē. Quā diuisionē longum esset hîc dicere, sed dicitur plenè per ordinem, in d. l. C. de bon. quæ libe. l. fin.

c Per liberos homines. Not. quòd liber homo quandoque bona fide possidetur, vt quando possessor credit eū seruum esse, & suū: & quandoque mala fide, vt quando credo eum seruum esse, & scio meum non esse: vt ff. de acqui. pos. l. j. §. sed & per eum. quandoque nullo modo possidetur, licet detineatur, vt quando scit liberū esse: vt ff. de acqu. pos. l. qui vniuersas. §. j. & ff. de prob. l. si quis liberum.

Liber homo quādoque bona, quandoque mala fide possidetur.

d Vsumfructum. in quibusdam libris est in litera, vsumfructū, vel vsum: & secundum hoc videtur, quòd per eum seruum in quo habeo vsū, ex duabus causis acquirā. Sed cōtra: ff. de vsu, & habi. l. per seruū. in prin. Sol. dicūt quidā illud corrigi. Vel dic, secūdū Ioā. quod illud verbū, ex duabus, referatur ad solum vsumfructū, alterū verò, si ex re, ad vsuariū, & sic erit in litera confusio: sicut C. de col. l. illam. & s. qui da. tut. pos. §. si quis. Sed in aliis libris non est, vel vsum: & tunc planum est, & nullum est contrarium. Accursius.

Seruus vsufructuarius querit nobis ex re &, operis: sed vsuarius ex re tantùm.

ADDITIO. Tu dic, secundum docto. vsuarium posse vti operis serui in suis fundis, non autem eas alteri locare. Angel.

ADDITIO. Eg. Baro putat seruo vti posse ad stipulandū, & alioqui contrahendum, nō vsque ad cōpendium: sed ad vsum sibi, & familiæ necessariū l. plenum. ff. de vsu, & habitatio.

Communem seruum CASVS. Panurgus seruus erat Fannii ex octo partibus, Roscii ex quatuor. Acquisiuit aureos duodecim. Octo debebuntur Fannio, quatuor Roscio. Quid, si dixerit, Roscio heredi meo duodecim dare spōdes? Cùm ius ciuile soli Roscio promissorem alligatum tradit. Quid, si solius Roscii iussu sibi ipsi stipulatus sit? Idem. Cor. Vib.

e Pro dominica. nisi cum propria nomina eorum stipulationi inseruit. vbi

vbi pro virilibus portionibus acquirit: vt ff. de sti. ser. l. si cōmunis seruus. ¶ a Stipulatus. s. simpliciter vel sibi, vel domino iubenti, vt statim sequit. aliâs nullū esset dubium: vt s. de stip. seruo. §. pen.

¶ b Supra dictū est. s. de stipu. seruo. §. penult.

si domini vnius iussu seruus fuerit stipulátus[a], licet antea dubitaretur, tamen post nostram decisionem res expedita est, vt illi tantùm acquirat, qui hoc ei facere iussit, vt suprà dictum est[b].

QVIBVS modis tollitur obligatio.

¶ Visum est s. de obligatione inducēda, sequitur videre de obligatione dissoluēda, siue tollenda: quia nihil tam naturale est, quàm vnumquodque vinculo, quo ligatur, dissolui posse. l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur. h. d. Areti.

Ex Gaio lib. 2. tit. fi.

TITVL. XXX.

QVIBVS modis tollitur obligatio.

Tollitur Totus iste tit. diuiditur in quatuor partes. Primo ponit, qualiter tollat obligatio solutione. Secūdo, qualiter acceptilatione. Tertiò qualiter nouatione. Quartò, qualiter, cōsensu. Secunda ibi, Itē per acceptilationem. Tertia ibi, Præterea obligatio. Quarta ibi, Hoc amplius.

CASVS. Quintius stipulāti Titio cētum promisit, & ita sibi vinculum iniecit. Cupit nunc ab isto vinculo solui ac liberari. qua ratione id poterit? Si cētum illa tradiderit, aut aliud quidquā Sextio cōsentiēte. Quid autem, si Septimius p eo vel ignorāte, vel inuito tradat? liberabitur tamē. Nā ius ciuile vinculū dissoluit. Quintius centū promisit, Titiúmque fideiussorem dedit. vterque obligatus est. quòd si alteruter soluerit, vtriusque vinculum dissoluitur: & ambo liberātur. C. Vib.

¶ Not. quòd solutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio. Itē, quòd aliud pro alio, inuito creditore, solui non potest: sed eo cōsentiēte sic. Item, quis potest soluere pro alio sciente, & ignorante, & inuito: quia naturalis simul & ciuilis ratio dictāt, vt quis possit alterius conditionem facere meliorem. l. soluēdo. ff. de neg. gest. Itē, qđ quāuis principalis, & fideiussoris duæ sint obligationes, tamen vnica solutione dissoluūtur: quia altera est accessoria, & sublata principali etiam ipsa tollitur. Syluest.

¶ *Eius, quod debetur solutio, à debitore vel à quouis ipsius nomine facta, omnem obligationem perimit: quo fit vt solutione principalis euanescat fideiussoria obligatio, & versa vice idem dicito.*

ADDITIO. Sed quæret aliquis, cur hic titulus hoc loco sit positus ante tract. de obl. ex malefi. quum aliquot modi in eo exponantur, quibus ipso iure tolluntur obligationes etiam ex maleficio, vel quasi maleficio venientes. vt furti, rapinæ, &c. Acc. Baro respondet, quoniam iam satis excreuisse hic liber videbatur, communem hunc titu. hîc incertum, & obligatiōes ex malefi. reiectas in librū 4. vbi de actionibus tractatur post res corporales & incorporales, inter quas sunt obligationes omnes. §. fin. s. de vsu & habitatio.

Tollitur [c] * autē omnis obligatio [d] solutione eius qđ debetur: vel si quis

* soluitur.

¶ c Tollitur. Aliâs tollitur, aliâs soluitur. Si tollitur ergo non renascitur decetero. vt ff. de sol. l. qui res. §. aream. ver. in perpetuum. & de nox. l. si alienus. & C. de remis. pig. l. cùm ex causa. & de sen. pas. l. si debitor. vbi magis suscitatur solutio eius quod debetur, quàm tollatur, vt ff. de nox. l. electio. §. fin. Sed ibi æquitatis ratione nec sublato dicitur l.

¶ d Omnis obligatio. Siue re, siue verbis, siue literis, siue consensu. nam de his. s. dictum est à tit. de obli. vsq; huc. Sed nunquid est idem in iis, quæ ex maleficio sunt vel quasi? Resp. sic. [Hæc vera quoad pœnam parti applicandum: secus in applicanda fisco. l. ius publicum. ff. de pact. Syluest.] Itē hec sunt vera, siue ciuilis & naturalis fuerit obligatio simul, siue naturalis tantùm: vt hîc, & ff. ad leg. Fal. l. si pupillus. in princ. Sed nunquid ciuilis tātum tollitur solutione eius quod debetur? videtur quòd nō: vt ff. de sol. l. qui hominem. §. fin. & hoc quidā di-

cunt. Sed cōtradico. si enim sciēs me debere ciuiliter tantum, sicut econtra si nudo pacto tibi decem debeam, & soluā causa meæ fidei implēdę: quare non liberor: vt ff. de condi. indebi. l. fideicōmissum? Quod autem in d. l. qui hominem. dicitur: ideo est, quia aliud operatꝰ solutio, quā crederet soluens. s. repetitionē: cū errabat credēs se teneri naturaliter, nō ergo mirum, si nō facit quod credebat soluēs. s. liberationē. [Produceret eñ cōtrarios effectꝰ. s. liberationem, & obligationē cōtra. l. cū his §. j. ff. de cōdi. inde. Syl.] Item est contra ad hoc. j. resp. in authen. vt ii q. ob se hab. per. res. §. si verò tacuerit. col. vj. Sol. illud speciale est. Item cōtra. ff. de sol. l. si rē meā. Itē cōtra. ff. de ver. ob. l. Iulianus. §. q. fundū. Itē cōtra. ff. cōmo. l. iij. §. si reddita. Sed his legibus licet fuerit facta solutio, nō tamen fuit facta sicut debuit fieri: vnde ꝑ non facta, quātum ad hoc, habetur. Item cō ira id quod subiicit, ꝙ demum sciēte creditore soluitur ꝑ alio. ff. de leg. j. l. non amplius. §. fi. & l. si domus. §. ij. & iij. & ff. de auro & arg. le. l. j. §. fi. & C. de don. l. si q.s argētum. ff. de sol. l. qui hominem. & ff. de verb. ob. l. inter stipulantē. §. penul. & l. si seruus. In quibus legibus dicitur, ꝙ liberatur quis soluendo aliud pro alio. Sed hæc specialia sunt, hoc autem regulare.

¶ Quia hæc materia videnda est ab omnibus iuuenibus necessario in lectura ordinaria. in l. ij. §. j. ff. si cer. pet. ideo remittimus ad locum ordinarium. Syl.

¶ a Consentiente creditore. Interdū tamen etiam aliud pro alio soluitur creditori etiam inuito: vt diximus in authen. de fideiuss. §. pen. in glo. coactum. col. j. & quosdam ex his notauimus. s. proxi.

¶ b Solutio fiat. Patet hîc, ꝙ beneficium cōfertur inuitū. Sed cōtra. ff. de reg. iur. l. inuito. Sol. illa regula priuilegiis loquitur. hæc autē in aliis. Vel dic, quod non potest directo, potest tamen per medium. prima verior est. Sed nunquid ècontra potest fieri alii solutio inuito creditore? Re. nō: vt ff. de no. l. si Stichū. §. fi. nisi creditori creditoris soluatur, vt ff. de nego. gest. l. si liber. vel procuratori creditoris: vel ei cui extiterit heres creditor, vel futuro debitori, vel similibus personis, quæ numerantur ff. de sol. l. solutā. & ff. de pig. act. l. solutum. §. solutam.

¶ c Interuenerūt. Vt sūt fideiussores, & mādatores, & spōsores, vt ff. de exc. l. omnes. & C. de nō nume. pecu. l. iiij.

¶ d Ipse solus liberatur. s. fideiussor. & si quidē soluat nomine suo, liberatur ipso iure, reum autem liberat per exceptionē: vt ff. man. l. si quis. in fin. & l. Papinia. & ff. de peti. hæred. l. si quid possessor. in princi. Si verò nomine rei, liberat ipso iure reum: vt ff. de neg. gest. l. soluendo. & ff. de noua. l. si Stichum. in fi. Sed si hoc verū est, quòd liberatur reus soluente fideiussore, quomodo cedet actionem creditor fideiussori, quod facere debet. vt ff. de sol. l. modestinus. & ff. de fideiuss. l. fideiussoribus. quæ sunt contra hanc legem? Respond. illud potest fieri ante solutionem, scilicet cessio, vel etiā postea, hoc acto prius: quia videtur inesse. probatur hæc solutio ff. de fideiuss. l. cùm is. [Tu dic secundum Christoph. quòd illa iura locuntur, quòd ille cui soluitur, debet cedere actiones soluenti, quando soluenti non esset prouissum de alia actione: sed hîc erat prouisum de actione mādati: ergo, &c. Syl.] Item not. hîc vnam solutionem parere plures liberationes. & facit s. de duo. reis. §. ex huiusmodi. & ff. de arb. l. si duo. Accur.

consentiente creditore[a], aliud ꝓ alio soluerit. Nec* interest, qui soluat: vtrum ipse qui debet, an alius pro eo. liberatur enim & alio soluente, siue sciēte, siue ignorante debitore, vel inuito eo solutio fiat[b]. Item si reus soluerit, etiam ii, qui pro eo interuenerunt[c], liberantur. Idem ex contrario contingit, si fideiussor soluerit. non enim ipse solus liberatur[d], sed etiam reus.

*tamen.

¶ *Acceptilatione (id est, imaginaria quadam & ficta solutione, mutua interrogatione & responsione concepta) verborum obligatio tantùm tollitur: reliquæ, ve-*

¶ Item per acceptilationē. CASVS. Quum in codicem meum ac tabulas

rò obli ... tract.e, non antea solvuntur, quàm in ... pulationem, id est, ... vt sic demum ac- ...

Item per acceptilationem tollitur obligatio. Est autem acceptilatio, imaginaria [a] solutio. Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, id (si velit Titius remittere;) poterit sic fieri vt patiatur [b] hæc verba debitorem dicere: Quod ego tibi promisi, habésne acceptum? & Titius respondeat, Habeo. Sed & Græcè [c] potest acceptilatio fieri: dummodò sic fiat, vt Latinis verbis solet exigi *. ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; ἔχω λαβών. Quo genere (vt diximus [d]) tantùm eæ soluuntur obligationes, quæ ex verbis consistunt: non etiam cæteræ [e]. Consen-

rei familiaris retulissem ac scripsissem, Numerius mihi centum debet ex causa emptionis, postea debitum mihi soluit. continuò scribo in eod. C. Centum quæ mihi Numerius debebat, hodie accepi. Hoc propriè dicitur Acceptum ferre, & Acceptilatio, quia refert in tabulas. Quod si debitum illi condonassem, ac nihil accepissem, tamẽ cõsuetudinis causa scripsi hoc ipsum, me scilicet accepisse. Hæc quoque dicitur Acceptilatio. Sed factum est, vt quasi duæ species eius essent, prima speciale nomen inuenerit, dictáq; sit Solutio: vt s. dictum est. Altera verò generis nomen retinuit: dictáque est acceptilatio, quæ verbis fit, ac stipulando hoc modo, Quæ tibi debeo, eá habésne accepta? Olim autẽ hac stipulatione liberabantur tãtùm ii, qui verbis obligati erant: postea Galli Aquilii formula omnes qui siue re, siue literis, siue verbis, siue consensu debebant, soluti ac liberati sunt. Cor. Vib.

a Imaginaria. id est ficta. sic ff. de regul. iur. l. imaginaria. Vel dicitur imaginaria, i. per momentum duratura. sic in auth. quomodo oporteat episco. circa princ. §. neque enim idiota. in glos. nec imaginariam. & in Psal. in imagine pertransit homo, &c.

ADDITIO. Ipsa tamen acceptilatio habetur pro solutione: vt l. si ex pluribus. ff. de accepti. vt in simili etiã dicimus de iuramento, quod habetur loco solutionis inter deferẽtem & iurantem: non tamen etiam est propriè solutio: vt l. duobus. §. j. & ibi gloss. in verbo, solutionis. & doctor. ff. de iurefurand. Angel.

b Vt patiatur. Et etiam respondeat ei, vt suprà eodem §. est autem. in fin. §. nam sola patientia non prodest.

c Sed & Græcè. Non solùm Latinis, sed etiam Græcis verbis, duntamen aptis ad hoc, vt sequitur. & facit suprà de verb. oblig. §. vtrum. & ff. de verbo. obl. l. j. §. fi. Accur. Porrò Græcorum quæ hîc adiecta sunt is est sensus, Tot denarios acceptos habes? acceptos habeo.

d Vt dixim⁹. s. e. §. ibi, quod enim ex verborum. Accur.

e Cæteræ. s. quæ sunt de iure gentium: cum acceptilatio, quæ est ciuilis actus, vt ff. de reg. iur. l. actus. non possit iura gen. tollere: vt s. de leg. agna. tu. §. fi. quę sunt vetustiora, & firmiora: vt s. de rer. diui. §. singulorum. Sed nunquid alias obligationes iuris ciuilis tollet acceptilatio, vt literarum, & emphyteusis, & similes, vt diximus s. de iure natu. gen. & ciui. §. Ius autẽ? Resp. non, cùm solam obligationem verbis inductã tollat, vt hîc dicitur. Sed certè licet nõ possint tolli iure acceptilationis, s. obligatio iuris gentium, & aliæ ciuiles, tamen possunt iure pacti etiam acceptilatione facta secundum Io. vt ff. de rescind. vendi. l. emptio. & l. cum emptor. Quod generaliter etiam dicebat M. quòd vbicunque fieret acceptilatio inutilis, quòd habeat vim pacti: & facit pro eo. ff. de pac. l. si vnus. §. pen. vbi de hoc. At B. totum contrarium, & erat pro eo ff. de accepti. l. an inutilis. j. respon. & ff. de const. pec. l. j. §. eũ qui. Sed nos dicimus idem, quod M. vbi fuit inutilis ratione rei, vt dictum est. Item idem quod Bulg. vbi est inutilis ratione conceptionis: & facit pro nobis ff. de acceptila. l. si acceptolatum. Accurs.

Et est ratio: quia defectus formæ circunscribit consensum: secùs in de-

*abest.

Acceptilatio inutilis ratione rei, habet vim pacti: secus si est inutilis ratione conceptionis ineptæ.

fectu materiæ. Syluest.

ADDITIO. Et est ratio diuersitatis: quia minus est peccatū, quod prouenit ex alieno facto, vt in primo casu, quàm quod prouenit ex propria culpa, vt in secundo casu. Ioan. Fab.

nunquid vnū solum ex his duobus scilicet dare, vel facere sufficit, scilicet dare, cum solum quod erat dādum, in hanc stipulationem deducitur: vt infrà ibi, tantam pecuniam, &c. Resp. sic arg. ſ. de verb. oblig. §. sed hęc solēnia. & C. de donatio. l. fi.

taneum [a] enim visum est, verbis factam obligationē aliis posse verbis dissolui. Sed & *id, quod alia ex causa [b] debetur, potest in stipulationē deduci, & per acceptilationem dissolui [c]. Sicut autem quod debetur, pro parte rectè soluitur [d]: ita in parte debiti acceptilatio fieri potest. Est autem prodita stipulatio, quæ vulgò Aquiliana appellatur: per quam contingit, vt omnium rerum obligatio in stipulatū deducatur: & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renouat * omnes obligationes: & à Gallo Aquilio ita cōposita est [e]. Quicquid te mihi ex quacunque causa dare [f] facere oportet, oportebit vel præsens, in diem ve, aut sub conditione, quarumcunque * rerum mihi tecum est actio [g] * quæque aduersus te petitio [h], vel aduersus te persecutio est, vel erit, quódve tu meum habes, tenes, possides *, [doloue [i] malo fecisti, quò minus possideas:] quanti quæque earū rerum res [k] erit, tantam pecuniam dari stipulatus [l] est Aulus Agerius,

*abest. *nouat. *quacunque. *quæque. *possedisti. *inclusa absunt.

a Consentaneum. Et facit ad hoc ĵ. eod. §. fin. & ff. de reg. iur. l. nihil est tam. & C. quando lic. ab empt. disce. & ff. de pact. l. ab emptione.

b Ex alia causa. Quā verbis.

c Dissolui. s. ipsum debitum. Et nota mirabilem proditionem. nā cùm nō pateretur cōtractus alius tolli suo cōtrario actu, s. per acceptilationē, decipitur. & deducitur in quendā non prorsus cō trarium actum, vt in stipulationem; quod est obligatoriū, & sic fit nouatio indistinctè iure isto: vt ĵ. eod. §. præterea. & ff. de act. & obl. l. obligationum. ferè. §. fin. & ipsa stipulatio patitur se tolli per acceptilationem: vt hîc dicitur.

Solutio particularis an creditore inuito possit fieri.

d Rectè soluitur. volēte scilicet creditore. Sed nunquid eo inuito debiti pars soluitur? Resp. aut confitetur de toto debitor: & tunc non potest soluere nisi totū, vt ff. de vsur. l. tutor. §. Lucius. quę est huic contraria, nisi volenti creditori, vt hîc dicitur: aut differtur, & tunc pars confessata tātùm recipiatur ab inuito: vt ff. si cert. petat. l. quidam existimauerunt. & hoc etiam casu potest intelligi quod hîc dicitur.

e Ita posita est. i. his verbis, quæ sequuntur, quicquid te, &c. Idem habes. ff. de acceptila. l. & vno. §. eius rei. Et not. quòd non potest sic legi, quin aliqua verba sint hîc superflua. Item

ADDITIO. Aquiliana dicta est à C. Aquilio Gallo, auditore Q. Mutii Pont. Maxi. vt refert Pomp. in l. ij. ff. de orig. iur. Seruii Sulpitii in iure pręceptor, vt Cicero tradit in Bruto: clarus iuris ciuili scientia, à quo de dolo malo formula prolata est, quā Cicero euerriculum malitiarum omniū appellat in lib. de natura Deor. iij. & de offi. iij. & alia de instituendis posthumis nepotibus, de qua in l. Gallus. ff. de lib. & posth.

f Dare. Vbi debet dominiū transferre: vt ĵ. de act. §. sic itaque. & ff. de verb. obliga. l. vbi autem non apparet. §. fin.

Persecutio continet actionem & petitiones.

g Actio. In personam, at petitio in rem, persecutio vtrunque continet: vt ff. de acti. & obligatio. l. actio in personam.

h Petitio. In rem.

i Ve. Pro vel.

k Res. id est, æstimatio.

Actio realis tractatur in stipulationem deduci.

l Stipulatus. Nunc mutat personas: de secunda enim transit ad tertiam. Et not. quòd etiam realis actio deducitur in stipulationem facta rei æstimatione: & ipsa pecunia siue rei æstimatio deducitur in stipulationem & in acceptilationem. Nam ipsa res non potest. cùm nemo rem suam possit sibi stipulari sibi dari: vt suprà de inut. stipulat. §. ij. Sed quomodo deducam æstimatio-

mationem, cùm non debeatur? Resp. imò quasi debita est: liberatur enim exceptione quasi à rei vendicatione, si præstat æstimationem: vt ff. de rei vendi. l. eius rei. & l. seq. Si autẽ ipsam rem in acceptilationem deducam: valet iure pacti, secũdum B. vt diximus s. eo. §. quo genere. Accurs.

ADDITIO. Tu dic, quòd quanuis actio realis nec obligationem necofficiũ iudicis præsupponat: præsupponit tamen quandam æquitatem, ex qua datur actio: & illa æquitas nouatur per acceptilationẽ. An.

¶ Prætereanouatione. CASVS. Qui Titius mihi centum deberet, ea ego à Septimio stipulatus sum. Ius ciuile Titiũ liberat, & eius vinculum transfert in Septimium: nouáque ideo nascitur obligatio. vnde hæc transferendi vinculi ratio, Nouatio appellatur. Quid verò, si ea centũ à pupillo sine tutoris auctoritate stipulatus sim? Euanescit obligatio. Nã ius ciuile vinculũ adimit Titio, pupillo verò nõ iniicit. Quid si à seruo? Ius ciuile Titio non adimit vinculũ, itaq; semper obligatus manet. Quid si ab ipsomet Titio stipuler, quæ antea mihi debebat? Modo aliquid præterea sit adiectũ, veluti, dies, aut conditio quæ extiterit: & professi sint se animo prioris vinculi tollendi hoc nouũ inducere, tunc fit nouatio: alioqui Titius vtroque vinculo obligatus erit, & priore, & hoc nouo ac recenti. Cor. Vib.

Not. quòd promissio eius, quod ali[9] debebat, ipso iure obligat promittentem. Item, quòd ex inutili obligatione fit nouatio antiquæ obligationis efficacis. Item, quòd si secunda obligatio est penitus nulla, prima non nouatur. Item, quòd obligatio cõditionalis ita demum nouat primam cõditione existente. Item, quòd hodie non fit nouatio, nisi expressè. Syl.

¶ a Præterea. Non solùm solutione, vel acceptilatione, vt dictũ est suprà.

¶ Et quia doct. passim dicere solent, quòd naturalis obligatio tollitur per ius ciuile in hoc casu, scilicet per stipulationem, aduerte: quia non intelligunt, quòd naturalis obligatio tollitur per ius ciuile, id est per solennem stipulationem. Nam considerandum est, quòd etsi naturalis obligatio trãsfundatur in stipulationem, vel tollatur stipulatione: tamen ius ciuile, vel solennis stipulatio non tollit obligationem naturalem: à iure enim ciuili tolli non potest. l. eas obligationes. de capit. deminutio. sed tollitur vinculum naturale ex alio naturali, quód inest ipsi stipulationi. Quia in stipulatione est conuentio, & quælibet conuentio habet vinculum naturale. l. prima. ff. de pac. Itaque ius ciuile non tollit ius naturale: quia stipulatio inquantum est solennis contractus à iure ciuili introductus, non tollit ius naturale: sed inquantum est conuentio, quæ ab eodem iure naturali habet vinculum. Et ideo ius naturale tollit naturale, non ciuile: & ita declares. Syluest.

¶ b Nouatione. Si fiat per stipulationem, vt subiicit, siue per iudicium: vt si aliquis nomine meo iudicium suscipiat animo nouandi: vt ff. de solutio. l. solutionem. & ff. de in rem verso. l. si pro parte. & ff. de verborum obligationi. l. scire debemus. in fin. primi responsi.

spopondit Numerius Nigidius. Itẽ ex diuerso Numerius Nigidius interrogauit Aulum Agerium. Quicquid tibi hodierno die per Aquilianam stipulationem spopondi, ídne omne habes acceptũ? Respondit Aulus Agerius, Habeo, acceptúmque tuli.

¶ *[illegible] prioris debiti in aliam o- [illegible] fusio: quo fit, vt [illegible] sublata; noua con- [illegible] nouæ personæ inter- uentu (etiam quæ [illegible] obligari posset) inducebatur: eadem verò interueniente persona, ita demum nouatio facta erat, si quid priori obligationi posterior adiiceret, vel detraheret: hodie autem nunquam inducta [illegible] expressim à contrahentibus hoc agatur; aliâs anterior firma manet, & [illegible]*

¶ Præterea [a] nouatione [b] tollitur obligatio, veluti

si id, quod tibi Seius debebat, à Titio dari stipulatus sis. Nam interuentu nouæ personæ[a], noua nascitur obligatio: & prima tollitur, translata in posteriorē: adeò, vt interdum licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima nouationis iure tollatur: veluti, si id quod Titio debes*, à pupillo[b] sine tutoris auctoritate stipulatus fueris: quo casu res amittitur. Nam & prior debitor liberatur, & posterior obligatio nulla est[c]. Non idem[d] iuris est, si à seruo quis fuerit stipulatus. nam tunc prior perinde obligatus manet, ac si posteà nullus stipulatus[e]

*debeas

a Nouæ personæ. Etiam si hoc non agitur, vt fiat nouatio iure isto, hodie contrà: vt infrà eodem. §. sed cum.

b A pupillo. Qui naturaliter tenetur: vt ff. de nouatio. l. prima. in fin. si est maior infante. aliàs nec naturaliter: vt ff. de actio. & obligatio. l. pupillus.

Et est ratio: quia sequens obligatio est penitus nulla, ideo non potest habere locum nouatio: quia cessat subiectum, in quod prior obligatio transfundatur. Syluest.

c Nulla est. Sed nūquid restituitur creditor in priorem debitorem? Quidam dicunt quòd sic: vt C. de repudi. l. prima. §. primo. & ff. de fideiussor. l. si Titius. §. huic. quæ est cōtra. & quòd hîc dicitur res amittitur, scilicet, iure cōmuni: sed non per restitutionem, vt dictum est. Alij, vt Placen. dicunt hanc in impubere (quasi stultè acceperit hîc creditor tam paruulum) illam in pubere loqui. Vel verius refert, an minor iuuetur, vt non teneatur per beneficium restitutionis: & tunc etiam restituitur creditor in veterem debitorem, vt ibi. An verò non restituatur: quia non est necesse, cùm tantùm naturaliter sit obligatus: vt ff. de nouatio. l. j. in fin. & tunc nec creditor restituitur, vt hîc: nec etiam tunc quāndò dolo creditoris minor fuit obligatus: vt ff. de fideiussor. l. si Titius. §. fina. [Vnde huic doloso non succurritur, quia frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem. ff. de minorib. l. auxilium. in fine. & l. si ex causa. §. nunc videndum. & ad Velleianum, si decipiendi.] Quod etiam in muliere distinguitur: nam restituitur in primum debitorem actio, ea subducta per Velleianum: vt C. ad Velleianum. l. si mulier. nisi fuerit dolo inducta: vt ff. ad Velleianum. l. quidam. & d. l. si Titius. in fin. At secus esset, vbi nulla esset secunda obligatio, vt in ser

Hæc clausula Vnde &c. vsque ad illam Quod etiam. non est Acc.

uo subiicitur: quia non potest etiam naturaliter teneri fideiubendo vel intercedendo quoquo modo: vt ff. de fideiussor. l. seruus inscio. & l. sequen. Idem etiam in infante dicatur, qui secundò se obligauerit. Nam quum nulla sit, non tollitur prima, cùm non habeat in quem transeat. Quidā tamen dixerūt naturaliter seruum teneri, etiam fideiubendo, quod falsum est: nā nec aliter tenetur, nisi naturaliter: cuius occasione dominus tenetur de peculio: at hîc nō tenetur: vt ff. de peculio. l. iij. §. si filius. & facit ad hunc §. ff. de fideiuss. l. si Titius. §. huic similis.

Seruus non potest obligari fideiubendo.

Et hæc glos. communiter approbatur secūdum Christophorū hîc. quod intellige vt non obligetur naturaliter quo ad effectus naturalis obligationis, sed quoad ipsas obligationes essentialiter obligatur: quia inspecto iure naturali est liber, & habet consensum. l. quidam. ff. de pact.

d Non idem. Sed quæ est ratio diuersitatis inter hunc §. & superius responsum? Respon. quia ibi saltem naturalis obligatio fuit, hîc nulla in seruo, vt ibi diximus. Itē hoc ideo: quia pupillus potuit obligari naturaliter & ciuiliter cum authoritate tutoris: & per eum, scilicet creditorem, stetit: quare sibi imputet. Vnde prior actio tollitur, & posterior non manet. Seruus autem nullius auctoritate potest obligari ciuiliter: ideóque non imputatur. scilicet creditori: vnde etiam actio prior durat.

ADDITIO. Dic quòd seruus non potest esse fideiussor alicuius, nisi ex causa peculiari: vt l. iij. §. filiusfamiliâs. ff. de pecu. Ang.

e Stipulatus. i. interrogatus. Stipulor enim, i. interrogo, secundum Priscianum, sic accipitur. ff. de condi. indeb. l. si non sortem. §. si decem.

Stipulor significat interrogo.

Hæc expositio non est necessaria, cùm

cùm possit referri ad interrogantem propriè: vt suprà de verborum obligationib. §. j. in glos. in versi. stipulantium. Sylvest.

Nouatio triplici iure fit.

¶ a Nouatio fit. Nota hic tria iura circa nouationē, antiquissimum, vbi etiam si nihil noui interueniret, fiebat tamen nouatio: vt ff. de actio. & obligatio. l. obligationum fere. §. final. Item nouum, vbi nouatio presumptiuè fiebat quoties noui quid interueniret: & semper intelligebatur hoc agi: vt hic, & ff. de nouat. l. ij. Item tertium, quando hoc expresse diceretur: vt C. de nouatio. l. final. Vel dic tantum (& verius) duo esse: primo fiebat si hoc agebatur expresse vel tacite: vt ff. eo. de nouatio. l. ij. & nouo iure (si id exprimatur: vt j. eo. §. proximo. & in d. l. obligationum fere.) nouum interueniebat, s. stipulatio pœnalis. & facit ad hoc s. quib. mod. testam. infir. §. j. & ff. de re iudicata. l. iiij. §. si ex conuentione. & §. sed & si pignora.

*delenda, quia subdidit eadem verba.

ADDITIO. Et not. quod casus in quibus olim ex verbis expressis insurgebat tacita coniectura nouationis, hodie nō corriguntur: quia in illis fit nouatio saltem ope exceptionis. Angel.

¶ b Quod autem. Facit ff. de noua. l. quoties.

¶ c Cum nouādi. Expressè, vel tacitè.

fuisset. Sed si eadē persona sit, à qua persona stipuleris ita demū nouatio fit [a], si quid in posteriore stipulatione noui sit: fortè si conditio, aut dies, aut fideiussor adiiciatur, aut retrahatur. Quod autem [b] diximus, si conditio adiiciatur, nouationem fieri: sic intelligi oportet, vt ita dicamus factā nouationem, si conditio extiterit: alioqui, si defecerit, durat prior obligatio. Sed cùm hoc quidem inter veteres constabat, tunc fieri nouationem, cùm nouādi [c] animo in secūdam obligationem itum fuerat: per hoc autem dubium erat, quando nouandi [d] animo videretur hoc fieri, & quasdam de hoc præsumptiones alii in aliis casibus introducebant [e]: ideo nostra processit constitutio [f], quæ apertissimè definiuit: tunc solùm nouationem [*prioris obligationis] fieri, quoties hoc ipsum inter contrahentes expressum fuerit, quod propter nouationem prioris obligationis conuenerunt: alioqui & manere pristinam obligationem, & secundam ei accedere [g], vt maneat ex vtraque causa obligatio, secundum nostræ cōstitutionis definitionem, quam licet ex ipsius lectione apertius cognoscere.

¶ *Contractus qui consensu contrahitur, [illegible] re non secuta dissol- [illegible]*

¶ Hoc amplius, eæ obligationes, quæ consensu [h] cōtrahuntur, contraria voluntate dissoluuntur. Nam si Titius & Seius inter se consenserint, vt fundum Tusculanum emptū Seius haberet centū aureis: deinde re nondū secuta, id est, neq; pretio soluto [i], neq; fundo

¶ d Quando nouandi. s. tacitè.

¶ e Introducebāt. Et alii in aliis: vt quia fortè aliquid noui in obligatione erat adiectum: vt s. eo. §. vers. sed si eadem.

¶ f Cōstitutio. vt C. de nouatio. l. fi. Accurs.

¶ g Accedere. Fit tamen exactio tantùm semel de eo, vt ff. de reg. iur. l. bona fides.

¶ h Quæ cōsēsu. s. solo. sed quæ sunt hæ? Respō. enumerantur s. de obl. ex cōsensu. Itē in quibusdam ex maleficio, vt nudo cōsensu etiā tollātur ipso iure, vt iniuriarū, item furti, & similes: vt ff. de pac. l. si tibi decē. §. quædā actiones. aliē nō ipso iure tolluntur consensu, s. pacto de non petēdo, sed per exceptionē: vt ff. de pactis. l. si vnus. §. pactus. Accurs.

¶ i Neque pretio soluto. Sed quid si partem pretii soluat? Respond. non est res integra, & ideo non receditur nudo cōsensu, sed ita demum, si hinc inde facta sit retro traditio: vt C. quādo lice. ab empt. disce. l. j. & ff. de pac.

l. ab emptione.& est ratio vtrobique, quia nihil est tam conueniens naturali æquitati, quàm eodem genere quodque dissolui, quo ligatum est: vt de regul.iur.l.nihil.

tradito, placuerit inter eos, vt discederetur ab ea emptione & vēditione: inuicem liberantur. Idem est in conductione & locatione, & in omnibus contractibus, qui ex cōsensu descendunt: sicut iam dictum est[a].

a Dictum est. s.eod.§.Et not. in fin. huius tit. xij. esse modos per quos tollitur obligatio tā ciuilis, quàm naturalis ipso iure, vt nullæ madeant reliquiæ. Per solutionem: vt suprà eod. in princ. Item per acceptilationem: vt suprà eod.§. item per acceptilationem. Item per nouationem voluntariam: vt s.eo.§.præterea.& s. proxi.§. Item per nouationem necessariam, vt per sententiam, & contestationem litis, vt si alius meo nomine subeat pro me iudicium animo nouādi & liberandi me: vt ff.de noua.l.delegare.j.§.j.& l.aliam. Item per compensationem: vt j.de act.§.penul.& §. in bonæ fidei. Item per delegationem: vt ff.de noua.l.delegare.j.resp. Item per confusionem debiti: vt ff.de fideiuss. l. si debitori creditor. Item per oblationem, consignationem, & depositionem: vt C.de sol.l.obsignatione.& etiam ipso iure: vt ff.depositi.l. j.§.si pecunia.in fin.§.Item per interitum speciei: vt ff.de verb.oblig. l.si ex legati. Item maleficio suo, mora non præcedente, vt per cōstitutionem, si quis in tantam, vel per edictum diui Marci: vt C.vnde vi.l.si quis in tantam. & ff. quod met.cau. l.extat. & ff.ad leg. Iul.de vi priua.l. pęa. Item nudo consensu quandoque: vt in hoc §. Item nudo pacto, vt in maleficiis. Sed & aliis modis tollitur nō vtraque. scilicet, ciuilis & naturalis, sed interdum ciuilis tantùm, & remanet naturalis, vt per sententiam: vt ff. de condit.indeb.l.Iulianus. Item remanet ciuilis, & tollitur naturalis, vt per pactum, & chirographi redditionem, & iusiurandum: vt ff.de solut.l. Stichum.§.naturalis. Ipsa etiam ciuilis sic eliditur, vt nō habeat vigorem: vt j.de except. §.præterea. Item sunt & alij modi, quibus tollitur obligatio per exceptionem: quos habemus j.de except.per totum. Accur.

Institutionum Imperialium Libri
tertij Finis.

DE OBLIGATIONIBVS quæ ex delicto nascuntur.

Cótinuatio est facilis & aperta ex ipso textu, sed diuisus hic liber ab Imperatore nó satis cómodè videtur: quū præsertim ei' magna pars ad obligationū tractatū pertineat. Sic tamen à Theophilo distinct* est. Quidā testatur se vidisse librū antiquū, in quo lib. 3. incipiebat à tit. de obligatio. liber vero 4. ab actionib'.

Vm fit. Totus iste titul. in nomen partes diuidit. Primò cótinuat istū librū ab librū præcedētē. Secūdò ponit definitionē, allusionē, & diuisionem furti: ibi, Furtum est cótrectatio. Tertiò ponit duo genera furtorū, eorum pœnā annectēdo: ibi, Manifestum est. Quartò, in quibus rebus fiat furtū, & quādo fur excusetur: ibi, furtū autē fit. Quintò, quādo quis præstat opē: ibi, Interdū furti. Sextò, quando illi, q. sunt in potestate alterius, domino vel patri furantur: ibi, Hi qui. Septimò, cui competit actio furti: ibi, Furti autem actio. Octauò, an impubes committens furtum teneatur: ibi, In summa. Vltimò ponit, quæ sit vera pœnā furti manifesti.

*Ex Ga. lib. 2. tit. fin.

INSTITVTIONŪ siue elementorum D. Iustiniani sacratissimi principis,

Liber IIII.

TITVLVS I.

DE OBLIGATIONIBVS quæ ex delicto nascuntur.

Omnis obligatio ex delicto, nascitur ex re id est, ex maleficio.

CVm * sit expositum libro superiore de obligationibus ex contractu[a] [& quasi ex contractu[b]]: sequitur, vt de obligationibus ex maleficio[c], [& quasi ex maleficio] dispiciamus. Sed illæ[d] quidem (vt suo loco tradidimus) in quatuor genera diuiduntur[e]: hæ[f] verò vnius generis sunt. nā omnes ex re nascuntur, id est, ex ipso maleficio: veluti * ex furto, rapina, damno, iniuria[g].

CASVS. Cognoui quemadmodum ciuile vinculū iniiceret obligationis propter cótractū, aut quasi cótractū. nunc aueo ex te intelligere, quemadmodum idem vinculum iniiciat propter delictū. Magna (inquit Imperator) inter vtrunque similitudo est, nā vt cótractus quatuor sūt species, sic itidē delicti quatuor itidē species reperiuntur: sed in eo differūt inter se, quia hæ quatuor delicti species cōtinentur vna specie aliarum quatuor specierum: nimirum Re. atque id esse videtur, quod obscurissimè Dominus Imperator exponere voluit. C. Vib.

a Ex contractu. Vt s. de oblig. ex cótractu, vsque, ad tit. de obliga. ex quasi contractu.

b Quasi ex cótractu. Vt s. de oblig. quæ ex quasi cótractu. Accur.

c Ex maleficio. Caue tibi: q̄a licet hîc promittat dicere de omnibus his, nó tamen dicet in hoc titul. de iis quæ sūt ex quasi maleficio. sed dicet j. de obl. ex quasi malefi. Nec etiam de omnib' quæ ex maleficio, sed de solo furto agitur in hoc tit. sicut & aliās rubrica est generalior, q̄ sit text. vt ff. si certum peta. & de có. cer. & C. de rebus credi. & iureiur. Nam non dicit ibi de rebus credi. sed in sequentibus titu. post illum.

*inclusa absunt.

delēda putat. Cuiaci inclusa.

*aut.

ADDITIO. Not. quòd non est inconueniens, quòd rubrica sit aliquādo generalior text. de quo dic, vt dictū est supra in rubri. prooemii. Ang.

d Sed illæ. s. quæ sunt ex contractu: non autem repetit eas, quæ sunt ex quasi contractu.

e Diuiduntur. s. re, verbis, literis, & consensu: vt s. de oblig. §. fin.

f Hæ. s. quæ sunt ex maleficio, vel quasi.

g Iniuria. Sed nōne fit iniuria verbis, & conuicio: vt ff. de iniur. l. j. §. iniuria. Item literis infamatoriis: vt ff. de iniur. l. lex. Cornelia: §. si quis librum. & j. de iniur. §. j. Sed certè & tunc ex maleficio sit, & sic re fit: quia maleficium fit verbis vel literis: & sic habet locum, quod hîc dicitur. Acc.

1 Furtū &c. CASVS. Definitio vix recipit exemplum. conabimur tamen exponere. Trium, inquit, rerū fit furtum: aut corporis ipsius, aut vsus eius, aut possessionis. Verres candelabrum ex gemmis factum, quod erat regum

Syriæ, ipsis inuitis apud se habet: furtũ facit corporis. Cõmodaui tibi meũ equũ, vt, cõficeres iter bidui: tu cõfecisti quatridui, furtũ facis vsus. Locauerã tibi colono fundũ meũ, tu interuersa causa possessionis ꝓ domino possidere cœpisti, eúmq; vẽdidisti: furtũ facis possessionis: vt apud Gelliumlib. xj. ca. xviij. Corn. Vibul.

¶ *Furtum latius clariusque sic definitur: furtum est contrectatio rei alienæ, inuito domino, fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius, vel possessionis.*

¶ Furtum est contrectatio [a] fraudulosa [b], lucri faciendi gratia, vel ipsius [c] rei [d], vel etiam vsus [e] eius, possessionis [f] ve: quod lege naturali [g] prohibitum est admittere. Fur-

¶ a Furtum est contrectatio. &c. Et facit extrà de elect. c. dudum. ij. circa princip. in versi. retinendo. & ibi gloss. furtum. hæc exigigitur in furto, & sine ea non fit furtum: licet voluntas, vel alia verba, vel scriptura interueniat: vt ff. eodem. l. si quis vxori. §. si quis asinum. & l. infitiando. in princ. & l. j. §. sola. Quãdoque tamen sine cõtrectatione, vt in charta rasa: vt ff. eod. de furt. l. qui tabulas. §. fina. & l. si quis vxori. §. si quis asinum. Sed certè ibi contrectatio intercessit, cùm generaliter contrectationem accipiamus: licet non fuerit ibi amotio, Accur.

ADDITIO. Anton. Augustinus lib. emend. 4. c. 4. legit ex Pandect. Flor. contrectatio rei fraudulosa, &c. quam scripturam vetus codex Germani Colladonii iurisconsulti doctissimi confirmat.

b Fraudulosa. Hoc ideo dicit, quia si credat sibi licere, non facit furtum: vt ?. titu. j. §. quia tamen. Item si credat dominum permissurum, non facit furtũ, ?. eo. §. placuit. In duobus tamen casibus videtur furtum fieri etiã sine fraude furandi: vt in eo qui saccum pecuniæ subripuit. Nã etiam sacci nomine furti tenetur: licet saccum non proposuerit furari, sed pecuniam: vt ff. eod. l. qui saccum. Sed certè licet non principaliter, secundariò tamen voluit saccum subripere. Alius casus est: vt ff. de condi. cau. da. l. pen. §. sed si tuus. in gloss. fin. Item subaudi ad definitionem, quæ sit inuito domino: nam, eo volente, non potest committi furtum, vt ?. eod. §. placuit.

c Vel ipsius. scilicet rei, id est, proprietatis ipsius rei.

¶ d Rei. subaudi mobilis. nam de immobili non potest fieri furtum: vt suprà de vsuc. §. quod autem. nisi in casu, vt in creta. Sed certè iam illa est mobilis: vt ff. eod. de fur. l. si cretæ. Item subaudi, corporalis. nã de incorporalibus non fit furtum: cùm nec contrectatio in his esse possit: vt ff. de acqui. rer. do. l. seru°. §. incorporales. Item subaudi, alienæ: quia rei meæ non facio furtũ, in eo quod est meum, sed secus in communi: vt ff. eodem. l. si socius. Idem & si est nullius: vt hæreditariæ rei, non fit furtum: vt ff. eodem. l. hæreditariæ: & ideo dixi subaudi, alienæ.

¶ Declara totam definitionẽ, vt pulchrè per Gand. in tract. de malefic. in c. de furibus. Syl.

¶ e Vsus. Vt habes exemplum ?. eo. tit. §. furtum autem fit. Sed qualiter quadruplicatur hic? Respõ. vsus æstimatio tãtùm quadruplicabitur, vt nõ plus extendatur pœna, quàm delictũ: vt C. de pœn. l. sancimus. in fin. & facit ff. eod. l. vulgaris. in fin. & l. si quid fur. primo respon. §. j. & §. ij. & l. verum est. Alij dicunt etiam ipsam proprietatem debere æstimari: quia non potest separari vsus à proprietate: vt ff. eod. l. qui iumenta. & l. si vendidero. §. cum autem. Prima tamen verior est: vt not. in l. ij. C. de ser. fugi.

ADDITIO. Dic primam opinio. quòd vsus tantùm quadrupletur, tenet gl. in l. ij. C. de ser. fug. & ibi Cyn. & docto. in gloss. in l. qui furtum. ff de condictio. furti. & istam opinio. sequitur Bart. in dict. l. qui iumenta. ff eodem. Angelus.

¶ f Possessionis. Ex hoc dico ipsã possessionem duplicari, cùm aliud sit pretiũ rei, aliud possessionis: vt ff. vti possi. l. si duo. §. fina. & subaudi quod hoc fecerit animo lucrandi, aliâs non est furtum: vt ff. eodem. l. j. §. j. Accur.

¶ g Lege naturali. id est, diuina. vnde illud, Non facies furtum, &c. Item illud, Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris.

ADDITIO. Id etiam patet ex. l.

probrum.ff.de verb.sign.quam tamen Alciatus conatus calumniari meritò reprehensus est ab Anton.Angel.libr. iiij.emenda. cap.iiij. Sed quam regulam sequemur in his disputationibus? hanc opinor, vt quoties q̃d humanam societatē dissoluit, eique aduersatur, id contra ius naturæ esse affirmemus. nihil enim tam naturę consentaneum est, quàm humanę societatis cōseruatio.

non essentialis, sed accidentalis. Coruel. Vibulanus.

d Species. id est, casus. Accurs.

e Apparebit. Vt j. eo. §. conceptum. & §. oblatum. Accur.

tum autem vel à furuo, id est, nigro dictum est, quòd[a] clàm, & obscurè * fit, & plerūque nocte: vel à fraude: vel à ferendo, id est, *auferēdo[b] vel à Græco[c] sermone, quo φῶρας appellāt fures. Imò & græci ἀπὸ τῦ φέρειν, φῶρας dixerunt.

¶ *Qui cum re furtiuæ antè, quàm eò peruenerit, quò furtum perferre destinaret, [illegible] prehensus fuit, fur est manifestus: qui si locum destinatum iam aduentarit, etiam si demū cum re deprehendatur, non manifestus dicitur.*

Furtorum autē duo sunt genera: manifestum, & nec manifestum. Nam conceptum, & oblatū species[d] potiùs actionis sunt furto cohærentes, quàm genera furtorum: sicut inferiùs apparebit[e]. Manifestus fur est, quem Græci ἐπ' αὐτοφώρῳ appellant: nec solùm is, qui in ipso furto depræhēditur, sed etiam is, qui in eo loco deprehenditur, quo* furtū fit, veluti, qui in domo furtum fecit, & nondum egressus ianuam deprehensus fuerit: & qui in olíueto, oliuarum, aut in* vineto, vuarum furtum fecit, quandiu in eo olíueto, aut vineto deprænhensus fuerit. Imò vlterius furtū manifestum extendendū est, quam diu eam rē fur tenens visus, vel depræhēsus fuerit: siue in publico, siue in priuato, vel à domino, vel ab alio[f] ante quàm eò peruenerit quò deferre*, vel deponere destinasset[g]. Sed si pertulit quò destinauit, tametsi depræhendatur cū re furtiua, non est

*obscuro.

*&

a Quod. id est, quia.

b Auferendo. Quia fur aufert

c A Græco. Phor Græcè, dicitur fur Latinè, & phoras, id est, fures. & epautophoro, id est, manifestus fur, s. qui cū re deprehenditur: & est indeclinabile: nam apud Græcos aduerbium est: aliàs dicitur autophoros.

Furtorum autem &c. THEMA. Post definitionē diuisio sequitur. Furtū aliud est manifestū, aliud nec manifestū. Manifesti tres sunt gradus. primus si fur in facto deprǽhēsus sit: alter si in loco vbi furatus est: tertius, si vbi libet, antequàm eò peruenerit, quò rem deferre cogitabat. Nec manifestus ergo dicetur, qui in nullo istorum deprǽhensus est. Sunt enim contraria contrariis consequentia. Hæc autem diuisio, est rei in sua accidentia distributio: id est

ADDITIO. Quod autem sequitur, ἐπ' αὐτοφώρῳ significat in ipso furto, siue in ipso actu, dū rē auferret.

f Ab alio. Per hoc videtur infringi regula, per liberā personā nihil adquiri, vt C. per quas pers. nob. acqui. l. j. quod falsum est: quia magis ex delicto suo pprio, quàm alterius facto hoc euenit: vt ff. de vsu. l. si quis solutioni. §. fin. & ff. qđ vi aut clā. l. prohibere. Et sunt hæc vera, nisi in casu, s. cùm se occultauit ille, cui fiebat. Nam licet fur visus fuerit tamē est fur nō manifestus: vt ff. de fur. l. si quis in seruitute. §. cæterū.

g Deponere destinasset. Intātum secundum Hug. vt si vltra mōtes perferre destinasset: tamen si deprehēdatur ante, erit fur manifestus.

Dic tamen, ꝙ in sequestri casu, quādo. s. pertulit, iam, licet nō dicatur manifestus fur, est tamen fur, & furti actione tenetur: quod tamen non procederet in honesta persona, vt declarat Dec. in l. qui accusare. versic. hoc tamen limitatur. C. de edendo. Syluest.

*quo fit qui domi furtū fecit.

*abest.

*perferre ac.

a Nec manifestū.s.quia contrariorū eadem est disciplina, vt s.de his qui sui vel ali.iur.sunt. §.j.& facit ad hūc §.ff.eo.l.ij.iij.iiij.v.vj.vij.& viij.

Disciplina eadē est contrariorum.

Conceptum furtum &c. THEMA.

Enumerat quatuor actiones, quæ antiquitus in vsu erāt, Concepti, Oblati, Prohibiti, Non exhibiti: quas ita dilucidè explicat, vt nihil aperti⁹ dici possit. Sed cur manifestus quadruplo, nec manifestus duplo tantùm punitur, quum æquè fures sint, ac fortasse hic altero improbior? An quòd nunquam ita certū sit nec manifestum, furem esse, ac manifestū: ideóq; grauior in eum de quo non dubitatur, quàm in eum de quo dubitari potest pœna cōstituta est? Cor. Vib.

¶ Nãq; si cui. Hic tractat̃ de actionib. prętoriis realibus: & primò de Publiciana, in qua qualiter formet̃ libell⁹, est videndũ. Vnde sciendũ est, ꝙ actio Publicia cõpetit, quãdo res aliena traditur ex iusta cã, vnde si cadet à possessione aliquo casu, poterit hac actione agi cõtra possessorẽ, nisi sit dominus, qui possidet: vt ff. de Publ. l. j. §. pen. & fin. & ĩ. e. §. prox. ver. ecce plerunque. Formabis ergo sic in hac actione libellũ: Dico ego A, cõtra B, ꝙ ipse detinet rem mihi traditam ex causa emptionis, quã quasi vsucepi, vnde proponẽdo Publicianam cõtra ipsum B, peto ipsam rẽ iure quasi dominii mihi adiudicari, & eũdẽm B, ad eius restitutionem condemnari. In hoc libello licet nomen actionis proponatur, sufficit vt causa edatur, quæ talis est: Vnde cùm ipsam rẽ quasi vsuceperim, peto, &c. vt in prædicto §. ecce plerunque. vel potest assignari pro causa hoc, Vnde cùm ipsa fuerit mihi tradita ex causa emptionis, peto &c. & est eadem prima cum ista. quia traditio ex iusta causa parit vsucapionẽ: vt ff. de Pub l. l. j. ij. iij. & iiij.

¶ Nãque si cui ex iusta causa[a] res aliqua tradita[b] fuerit, (veluti ex causa emptionis, aut donationis, aut dotis, aut legatorũ) & necdum eius rei dominus effectus[c] est: si eius rei possessionem casu[d] amiserit, nullam[e] habet in rem directam[f] actionem ad eã rẽ persequendam: quippe ita proditæ sunt iure ciuili actiones, vt quis dominiũ suum vendicet[g]. Sed quia sane durum erat, eo casu[h] deficere actionẽ[i]: inuenta est à Prætore actio[k], in qua dicit[l] is, qui pos-

¶ a Ex iusta causa.i. ex aliquo cõtractu, qui descendit ex iusta causa. i. ex affectione vtriusque partis: vt ff. eo.l. in omnibus rebus.ad fi.ti. quam affectionẽ iustum est seruari: vt s. de rer. diu.§.per traditionem. Et hoc dummodo talis titulus fuerit aptus dominiũ trãsferre, licet non transferat: quia traditio non plus transfert, quàm fit apud eum, qui tradit: vt ff. de acq. rer. domi. l. traditio. Et nominatur huiusmodi cõtractus.ff. de Pub. l.j. in fi. & l.ij. iij. iiij. v. vj. & vij. si verò contractus non est habilis transferre dominium, non competit Publiciana: vt ff. de Publi.l quicunque.§.j.& fin.

¶ b Tradita. A non domino.

¶ c Dominus effectus. Per vsucapionem. Nam per traditionem dominus factus non fuit. Si autem altero istorũ modorum factus dominus fuerit, Publiciana ei non datur, sed directa rei vend. vt ff. de Publ. in rem actio.l.j.in princ.& §.j.

¶ d Casu. imò & si quocunque modo. Nam & si per furtum, vel rapinã, vel aliam vim amiserit: nõ tamẽ habet in rem actionem directam, sed hanc: licet habeat & alias actiones, vt furti, vel vi bonorum rapto.& similes, vt s. de obl. quæ ex delict. §. sed & bonę fidei.& s. vi bonorum raptorum.§. fin.

¶ Et sic not. ex hac glos. quòd furtum non connumeratur inter casus fortuitos: de quo latè disputat hic Hispan. Syluest.

¶ e Nullam. De aliis autem realibus constat: sed de hac rei vendicatione dubitatur.

¶ f Directam. Sed nũquid Publiciana competit ratione vtilis dominij? Quidam dicunt quòd sic. dicentes, ꝙ vtile dominium habet, cui Publiciana competit: & dicunt hanc esse causam Publicianæ, sicut directum dominium est causa directę actionis in rẽ: vt ff. de rei vendica. l. in rem actio. in princip. Alij dicunt, quòd nec vtile

dominium habeat, cũm ille, qui vtile dominium habet, etiam contra dominum agat: vt ff. si ager vectig. vel emphyt. pet. l.j.ij. & iij. quod non est in Publiciana: vt ff. de Pub. l. pen. & fin.

¶ g Vendicet. Hoc videtur falsum. nã aut habeo dominiũ, & tũc nõ vẽdico, qđ habeo: si non habeo, nec tũc vendico: vt ff. de rei vẽdi. l. in rẽ actio. l. j. j. respõ. Itẽ dominiũ est ius, & res incorporalis: quomodo ergo vendicatur? Sed dic dominium, i. rationẽ dominii.

¶ h Eo casu. s. isto supradicto.

¶ i Deficere actionem. Quod erat secũdum ius ciuile.

¶ k Actio, s. Publiciana, vt statim subiicit: aliàs nisi Prætor actionis nomẽ diceret, in factũ daretur, sicut ex ciuili obligatione noua dat̃ condictio ex lege, si nõ caueatur de nomine actionis: vt ff. nau. caup. stabu. l. & ita §. ait Pretor. in gl. ij. & ff. de cõd. ex leg. l. j. ADDITIO. Nota gloss. secundum Dyn. quam tene menti pro regula, quæ actio comperat ex remedio ciuili, vel prætorio: pro qua facit text. ff. de adul. l. quod ex his. Sed contra hoc opponitur de l. sed & si possessori: in princip. de iureiurand: coniuncta gloss. in verbo, dandam; vbi actio in factum, & Publiciana videntur esse idem. Sed tu responde, vt ibi per glos. & docto. Ang.

¶ l Dicit. Et sic videtur, quòd Prætor permittit mentiri: quod Placen. concessit: & idem in sequentibus casibus tribus. & facit. C. de bon. mat. l. j. vnde sic libellum formabat, Peto talem rem quam possides, & quam emi vel alia simili iusta causa habui à non domino: quia dico me vsucepisse. Nã licet hæc verba, quia dico me vsucepisse, &c. directam rei vendicationem magis videantur inducere: tamẽ ex adiunctis Publicianam signãt. Alij dixerunt ita esse formãdum, Peto talem rem quam dico meam: sed quia fortè non possim probare meã, pro-

pone

pono Publicianam. Alii dicunt vtranque alternatiuè proponi, scilicet, rei vend. & Publicianam: hoc modo, Peto talem rem iure directi, dominii, vel quasi: & hanc approbat consuetudo. Sed certè duæ primæ nõ placent: quia quomodo diceret rem suam se vsucepisse, cùm hoc non sit verum? sic enim peieraret in sacramẽto calum. vt C de iur. propter calum. dam. l.j. Sed illi respondent: quia hoc facit lege permittente: vnde non peierat. ff. qui satisd. cog. l. fin. Sed hæc vltima placet: quia vnã debet eligere, & nõ pluribus agere actionibus: vt ff. de regu. iur. l. nemo. §. quoties. [Et iste modus approbatur ꝑ Dyn. Angel. & Iaso. Syluest.] Dic ergo quartò esse formandum in hunc modum libellum, Peto rẽ talẽ mihi restitui iure quasi dominij, perĩde ac si vsuscepissem. Verbũ enim quasi, positũ s. eod. §. aliæ, hic repete, & similitudinariè ponatur, non affirmatiuè, id est, dicere, sicut vẽdicare quo ad effectũ re verè vsucapta: ita nũc quasi vsucapta: & ita in sequẽtibus casibus. Ex ꝑdictis patet, quòd quinq; sunt necessaria, vt detur Publ. scilicet traditio, vel quasi. quod dico propter res incorporales, quæ tradi non possunt: vt ff. de acquiren. rer. domi. l. seruus. §. incorporales. ff. de Publi. l. j. & l. traditionẽ. §. j. Secundò, quòd ex titulo apto ad mutationem dominii, vt hìc dicit, vt ex venditione, vel similibus. Item quòd à non domino accepit. Nã aliàs dominium esset translatum. ff. eo. de Public. l. j. in prin. ibi, à non domino. & ibi not. Item quartò, quòd bona fide acceperit: vnde crediderit se dominum factum esse tunc: vt ff. de Publ. in rem acti. l. eũ qui furioso. §. Prætor. Quintò, quòd credat se dominum hodie non esse, cùm proponit eam: aliàs esset sibi cõtrarius. Sed tãtùm duo prima ex his quinque sunt difficilia agẽti, scilicet probatio traditionis, & tituli: rei qua consistunt intellectu agentis, cùm sint de sua conscientia, quæ per testes probari non possunt. Sed quid, si dubitat hodie vtrũ actor fuerit dominus vel nõ? Respon. salua fide proponat, quod sibi melius videtur, vel rei vẽdica. vel Publ. Sed quando penitus est in dubio, ꝓponat Publicianam: & in ea obtinebit, nisi aduersarius probet actorem huius dominum fuisse: quod si probet, dabitur ei rei vendica. qui enim egit actione Publ. & succubuit, nõ repellitur à rei vendi. directa, Idem ècontra: vt ff. de euictio. l. minor. §. si seruus. licet quidam dixerunt cõtrarium in vtroque casu: quia ius suũ vndecunque & qualecunque in primo indicio deduxisse videtur: vt ff. de exceptio. rei iudica. l. si mater. §. eandem. Sed expone vndecunque, & qualecunque, id est siue de iure ciuili, siue de iure gentium, dum modo directum: vt ff. de rei vendicatio. l. in rem actio. in princip. At illi dicebant, siue directum, siue vtile: & ita patet, quòd cum sint cõtrariæ rei vendicatio directa, & Publicia. vno libello proponi nõ possũt. vt C. si ser. ext. l. j. sed ex cõsuetudine contrarium seruatur. Nam vtraque simul proponitur: licet super vna probationes tãtùm inducat, ne sibi contrarius sit. quod certè est cõtra d. I.C. & regulã illam. ff. de regu. iur. l. nemo. §. quoties. & hoc ex parte actoris. Ex parte autem rei spectamus, an possideat, vel dol. desierit possidere: vt in rei vendicatione diximus. Nam contra omnem possidentem datur, præter quàm contra dominum: vt ff. de Pub. l. pen. & l. fina. Sed etiam contra dominum datur in sex casib⁹. Primus est, si à nõ domino emi, qui postea vero domino successit, & ad eum possessio redierit: nã licet sit fact⁹ dominus, tenetur tamẽ Publ. vt ff. de rei vẽd. l. si à Titio. Secũd⁹ est, si rem à nõ domino emi, & postea ver⁹ domin⁹ voluerit à me vẽdicare: sed ego fui absolutus: & postea res ad illũ rediit, agat Public. & si excipiat de dominio, ego replicabo: quia quandoque eo agẽte fui absolutus: vt ff. de excep. rei iudi. l. si quis rẽ. Terti⁹ est, si egi noxaliter contra bo. fid. poss. serui, & ipse dedit mihi eum pro noxa: siue enim contra me possidenten verus dominus agat, siue eo possidente, ego agam Public. obtineo: vt ff. de noxa. l. & generaliter, & l. præced. in fine. Quartus est, si ego fui missus in possess. vicinæ domus, quam aliquis bona fide possidebat, possessore non cauente: & postea verus dominus inueniatur possi-

* quasi.

sessionem amisit, eam rẽ se* vsu cepisse, quàm vsu nõ

cepit, & ita vendicat suam esse, quæ actio Publi-

dere vi fortè,& vnde vi interdictum, & Public.habeo:vt ff.de damno infe. l.damni.§.si pupillus. versic. non solùm. Quintus etiā adiicitur, vt si rem possideo,& eam non dolo, sed culpa desii possidere: & sic litis æstimationem tantùm,secundum ius vendicanti prestitit, vt ff. de rei vend. l. qui restituere. si postea res ad dominū redeat, agam Publ. contra eum: vt ff.de rei vendi. l. si culpa. Vel expone. l. illā, vt habeat vtilē actionē,quā actor directā haberet quasi nomē emisse videatur,Sextus adiicitur: si me mādante rem meā vendidisti: sed me prohibente tradidisti emptori: hac act. vel exceptione defenditur. Præterea etiam contra me dominū hac actione agit: vt ff.de Publ.l.Papiniam.

ADDITIO. Not.hāc glos.quæ ponit casus,in quib⁹ datᷓ Publi.cōtra dominū.Item not. gloss.in l.fin.ff.eodē. Et aduerte,quòd licet Ange. in d.l.fi. addat casus Papian⁹.ff.eodē.secundū lectu.Dyn.ibi,quòd ꝓcurator vendidit rē domini:tamē nō est opus,quòd addatur:quia habes hic glo. ordi. dū dicit,Sextus adiicitur si,me mandante,rē meā vēdidisti.pondera ibi meá, & sic mandantis. Angelus.

ADDITIO. Quod autem dicitur Publiciana dari quasi domino, sic intellige,quòd Quasi dominus dicitur, non qui fermè dominus est, sed qui perinde habetur, ac si dominus esset, eodémque iure vtitur,quo,si domin⁹ esset, vteretur. Hæc ex Franci\sc.Hotom.

¶ a A Publicio. Sicut ab Aquilio Aquilia fuit inducta: vt suprà de lege Aquilia.§.ex hoc tamen capite.

¶ Rursus. Iste §.diuiditur in duas partes.Primò ponit de restitutione danda præsenti contra absentem. Secundò addit,& extendit ad alios multos casus.Secunda ibi,Quod genus.

CASVS. Flauius rem meam bona fide emptam possidebat. quum eam nondum per idoneum tempus vsu cepisset, in legationē missus est. Ego interea certior de re mea factus, volo illum interpellare. sed quia aberat nō possum. itaque accidit, vt dum abesset, tēpus impleretur vsucapionis. In reuersum agere volebam:sed in re ciuili mihi actio in rem deerat. datur enim illa dominia: ego autem dominus non sum. Quoniam tamen Prætor quidam Paulus perspexit id iniquum esse, me propter alterius absentiā vsucapionem interrumpere non potuisse,actionē cōstituit:quia perinde mihi licet dicere: Aio hanc rē meá esse, ac si Flauius nō vsucepisset. Cor.Vib.

ciana appellatur: quoniam primùm à Publicio a Prætore in edicto proposita est.

¶ *Quemadmodum Publiciana pro re nondum vsucapta recuperanda [illegible] tur, ita ex di[illegible] rescissoria actio pro re, quæ vsucapta est à parte rehabenda: si quis e[illegible] [illegible] habuit, quavis causa [illegible] tis vsuceperit, domino concessum est, reuerso possessore (impetrata prius rescissione vsucapionis) statim intra annū [illegible] que rem petere, atque si vsu nunquam capta fuisset.*

LIBELLVS IN ACTIONE rescissoria.

¶ Hic tractatᷓ de actione rescissoria, in qua qualiter formetur libellus, est videndū. Sed primò sciendum est, ꝙ actio rescissoria locū habet, cùm absens causa reipub.vel captus ab hostibus,vel ex alia causa necessaria,vel ꝓbabili vsu cepit rē præsentis, vel præsens rem absentis ex causis præmissis, vt in hoc.§.rursus.& ff. quibus ex causis maior in integ.rest·tuā.l.j.& ij.vnde reuerso absente formabitur libell⁹ in hunc modum: Dico ego A, contra B,quòd ipse in absentia mea rem meā vsucepit: vnde supplico vobis domine iudex, implorādo officium vestrū, quatenus rescindatis vsucapionem,vt ea rescissa, possim rem meam petere, quasi eam non vsucepisset: quo impetrato, poterit agere vtili rescissoria rei vendicatione. Nec erit proprium nomen actio hoc quod dico, rescissoria,sed adiectio quædam:& illa, quæ primò erat directa, dabitur vtilis: vt C.quibus ex causis maiores in integr. restituantur. l. prima.& C. de post limin.reuer.l.ab hostibus.iij.

Rursus

Rursus ex diuerso, si quis cùm Reipublicæ [a] causa abesset [b], vel in hostiũ [c] potestate [d] esset, rem eius, qui in ciuitate esset [e] vsu ceperit pmittitur domino, si possessor. Reipu-

Rursus ex diuerso. id est, cõtrario. Nam suprà affirmando, & se vsucepisse dicit: hic negando, & aduersarium non vsucepisse dicit. Accur.

a Reipublicę. scilicet ciuitatis Romanæ: vt ff. de verbor. significat. l. eum qui. Idem tamen ex generali clausula posita ff. ex quib. cau. ma. l. j. in fin. Idem in cæteris ciuitatibus dicendũ est: vt ff. ex quib. cau. ma. l. sed & si per Pręto rem. §. penul. Idem etiam si causa municipij alicuius: vt ff. ex quib. cau. ma. l. legatis.

b Abesset. Aliâs absens esset. Iste qui abfuit Reipublicę causa rẽ pręsentis duob. modis potuit vsucapere, scilicet per se: & quia rẽ illã secum detulit, siue domi dimisit, & animo possedit: vt dicitur de eo qui ad nũdinas profectus est: vt ff. de acquirend. poss. l. clã possidę. §. qui ad nũdinas. Item per alium scilicet per filium vel seruum, vt statim in captiuo dicemus.

c Vel in hostium. Qui sint hostes, dicit ff. de capt. l. hostes. & ff. de verb. significa. l. hostes. scilicet, quibus populus Romanus bellum publicè indixit, vel qui populo Romano bellũ indixerunt. Si ergo ab alio quis capiať, nunquid hoc locum habebit, quod hîc dicitur? Credo quòd sic: sicut quando abest causa alicuius ciuitatis, vel municipij, vt s. dictum est. In hoc autẽ differunt, quia non fiunt serui talium hostium: vt ff. de cap. l. hostes. & sic poterit facere testamentum, quod aliàs nõ posset, cùm esset seru⁹: imò & eius obsses non posset: vt ff. de testa. l. eius, qui. & l. obsides. Accur.

ADDITIO. Idem si princeps vel Papa, siue eius legatus de commissione Papæ, alicui ciuitati subditæ ecclesiæ bellum indixerit: quia capti efficiuntur serui, & eorum bona efficiuntur capientium: & sic in omnibus his habebit locum fictio postliminij: quod not. perpetuò.

d Potestate. id est seruitute, aliâs accipitur pro iurisdictione, vt cũ dicimus, potestas habet homines de districtu in potestate, id est iurisdictione. Item ponitur pro obedientia in qua potestate est monachus sub abbate, & clerici sub prælatis. Item ponitur pro dilectione siue pietate. & hæc patria potestas dicitur: vt ff. de verbo. signi. l. potestatis. Sed quomodo iste ab hostibus captus poterit vsucapere, cùm ipse ab alio possideatur: vt s. de iur. per sona. §. serui. ergo ipse posside re nõ potest: vt ff. ad legem Iuliã. de adulte. l. sic eueniet. ibi, in sua enim &c. ff. de acquir. rer. domi. l. homo liber. §. quicquid. ergo nec vsucepere; vt ff. de vsucapio. sine possessione? Respon. vsucapit per filium, vel per seruum in re peculiari: vt ff. ex quib⁹ cau. maio. l. itẽ ait Prætor. §. hęc autem. & l. denique. & l. ait pretor. §. hi planè. & ff. de vsucap. l. iusto. §. fin. Sed nec videtur, quòd per seruũ possit captiuus vsucapere: vt ff. de vsuc. l. neque seruus. Sed dic, quòd illa loquitur in causa peculiari: quod verum est. vel loquitur ipsa veritate inspecta: hîc autem de iure postliminij, inspecto, quod præualet veritati: vt s. quib. mo. ius pat. pote. solui. §. si ab hostibus.

ADDITIO. Doct. communiter sequũtur glos. & Iac. reprobat hîc Ang. quem videas. & dum textus noster dicit, quòd captus ab hostibus potest vsucapere. Iac. exẽplificat de actione personali, in qua currit præscriptio, non ex possessione præscribentis, sed ex solo cursu temporis, negligentia non petentis. vide hîc per eum.

e In ciuitate esset. Quasi dicat, qui non abest. Quid ergo, si vterque abest, & alter alterius rem vsucapit? Respond. & tunc habet locum hæc restitutio: vt ff. ex qui cau. ma. l. fi. videť autem desinere abesse, cùm domum rediit vel redire potuit finito negotio, pro quo erat absens: & tunc diciť desinere abesse, nisi iusta causa impeditus fuerit in redeundo. statuuntur enim ei xx. milliaria diurna: vt ff. ex quib. cau. ma. l. si cui. §. tandiu. Et sic patet, quod de necessaria absentia tunc intelligitur, aliâs contrà: vt ff. ex quib cau. ma. l. hi. qui. & l. seq. sed verbum desierit, hîc positum, strictius ponitur, id est, quod possit conueniri. Itẽècontra, si præsens rem absentis vsucepit: vt ff. ex qui. cau. ma. l. j. §. verba. & tunc siue completa est tota vsucapio in præsentia, id est, intra

blicæ causa abesse desierit, tunc intra annum[a], rescissa[b], vsucapione eam petere: id est, ita petere, vt dicat, possessorē vsu non cepisse[c], & ob id suam rem esse. Quod genus actionis[d], & aliis quibusdā[e] simili æquitate motus Prætor accommodat: sicut ex latiori Digestorū, seu Pandectarū volumine intelligere licet.

¶ *Quæ in creditorum fraudē alienata sunt, reuocanda à quibuscunque possessoribus per creditores prius*

modicum tempus: siue in absentia, siue postea parum, idem est: vt ff. eodē. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter.
¶ Communis resolutio est, ꝙ si vsucapio sit ꝑ maiori parte cōpleta in absentia, & finita in præsentia ꝙ ille absens restituatur tantùm ad tēpus absentię: reliquū verò temporis cedat ad cōmodū vsucapiētis. Ita doctō. in l. qđ tempore: C. de restit. mil. Syl.
¶ a Annū. s. vtilē, qui cōstat ex ccclxv. dieb⁹: vt ff. de statuli. l. cū hæres. §. Stich⁹. In quibus actor habebit facultatem agendi: nec impeditur per se, nec per reum, nec per iudicem. Nam hæc tria necessaria sunt, vt vtilis dies, aut annus currat: vt ff. de diuer. & tempo. pręsc. l. j. [Communiter tenetur, quòd in dispositionē prætoria annus sit vtilis, in ciuili cōtinuus: vt per doct. hic. Syl.] Hodie verò in omnibus restitutionibus quadriennium continuum computatur: vt C. de temp. in integ. restit. l. fi. & ita not. hic, quòd hic liber corrigitur per C. in hoc anno vtili generaliter secundū quosdam. Sed dico contrà: quia illa tantùm in restitutionibus dicit vnde in illis remanet vtilis annus.
¶ Et hæc cōmuniter approbatur opinio in d. l. fin. Syl.
¶ b Rescissa. Per in integrum restitutionem petitam à iudice viuo: vt subducatur tempus vsucapionis, quo fuit absens: vt C. de restit. mili. l. iiij. sicut & minores petunt: vt ff. de except. l. exceptiones, quæ personæ. in fin. Et hoc ipsum scilicet, ꝙ postulare possunt, à mortuo Prætore conceditur eis: vt ff. eod. l. j. per totum. Restituit ergo eos Pretor viuus, vt sic agant antiqua actione, ac si res non esset vsucapta, vel actio præscripta. & ideo actio ad quā restituitur, dicitur rescissoria, non quòd sit nomen proprium actionis, sed quę erat primò realis, siue personalis directa, nunc dicitur vtilis: vt C. ex quib. cau. ma. l. fin. & de cap. l. ab hostibus. iij. Alij dicūt ꝙ statim eo reuerso habet rescissoriā: & dicunt esse propriū nomen actionis: & sic dicunt, ꝙ maiores iure actionis, sed minores officio iudicis restituuntur. Dicūt tamen, ꝙ hæc rescissoria actio efficaciam non habet, antequam iusufflet in eam Prætor spiritū vitæ, dando restitutionem, qđ satis recidit in primā opinionem. Nam semper verum est hoc, quod à Prætoris mortui edicto fit: & auctoritate Prætoris viui.
¶ Et ita cōmuniter tenent doctor. ꝙ rescissoria non competit, nisi prius pręcedat iudicium rescindens. Syl.
ADDITIO. Actio rescissoria est, per quam vsucapio resciaditur, cuius explicationē vide hic per Fran. Hot.
¶ c Vsu non cepisse. Et sic videtur cōcedere mentiri, quod P. confitetur. Sed dic quòd non mentitur: sed dicit sibi restituendum, acsi vsucaptum nō esset: vt ī. proxi. §. diximus.
¶ d Actionis. s. rescissoriæ supradictę. Accur.
¶ e Quibusdam. Vt si rem absentis vsucapiat præsens. Item si absens fuit ꝓbabili causa, vt studiorū. Item in vinculis positus: vt ff. ex qui. cau. maio. l. j. & l. sed & si ꝑ Prætorē. in fi. & l. seq. & de illis legib. infrà facit mentionē, cùm dicit de volumine Digestorum.
¶ Item si quis. Diuiditur in duas partes. Primò ponitur dictum, ex quo tacita quæstio. Secundò determinatio quęstionis. Secunda ibi, Permittitur.
CASVS. Milo ille ære alieno nobilis, quum multis se debere videret, suaque omnia breui à creditoribus dilaceratum iri, animo fraudandi creditores domum suam vendidit, eiusque dominium per traditionem in alium transtulit. Creditores à Prætore postulant bonorum possessionem. impetrant. cùm emptor defenderet se possidere, isti creditores contra eum actionem non habebant à iure ciuili proditam. Prætor autem Paulus id iniquum esse ratus, actionem eis dedit in factum, qua petent eius domus possessionem, vtpote quæ in debito-

ris

ris bonis fit. si emptor suã esse defendat. creditores contrà, eam in bonis debitoris mansisse contendent. quod ꝓbabunt, quia in fraudem eorũ alienata sit. alienatio autem in creditorũ fraudem facta ꝓ nulla habetur. Cor. Vib.

in bonorum debitoris possessionem missus reuocari possunt, atque si tradita [illegible]

LIBELLVS in actione in factũ, q. & Pau[illegible]

¶ Hîc de alia prætoria, & personali tangitur: & illa datur creditori ad reuocandum ea, quæ in fraudem eius sunt alienata: & appellatur. Pauliana, siue in factum. de qua ff. de vsur. l. videamus. ij. §. in Fauiana: & ff. quæ in frau. cred. l. hæc in factum. Et ponitur hæc actio inter reales, propter quãdã similitudinem quã habet cũ rescissoria: q͞a sicut ꝑ illã rescinditur vsucapio, ita & ꝑ hanc traditio, vt in hoc §. itẽ si quis. & forma in ea libellum sic: Dico ego A, cõtra B, ꝙ debitor meus alienauit, & vẽdidit ei in fraudem bona sua, & ꝙ ego iussus fui ex sententia præsidis possidere: bona ipsius debitoris, vnde ꝓponẽdo cõtra ipsum Paulianã actio. peto possidere illa bona, acsi nõ essẽt tradita ipsi B. & bon. posse. in me trãsferendam adiudicari peto. Causa istius act. est hæc: Et quia in fraudẽ alienauit, peto. &c. & sufficit ꝙ loco act. ponatur causa sic, Vnde cùm in meã fraudẽ debitor alienauerit, peto, &c. Et datur ista Paul. ad reuocanda corporalia, actio. verò in factum dat̃ ad incorporalia, secundum quosdam. Sed dicas, quòd Paul. non est propriũ nomen actio. sed quædam adiectio: & datur act. in factum, tam pro corporalibus, quàm pro incorporalibus.

ADDITIO. Vis autem & effectus Paulianæ hîc est: vt qui possidẽt, possidere desinãt: & res in debitoris possessione, qui iam condemnatus est, ita restituatur, vt qui alia priore sentẽtia missi erant in eius bona, possidere iã incipiant. per hanc enim (ait Paulus) actionem, Prætor id tantùm agit, vt perinde sint omnia, atque si nihil alienatum esset. l. videamus. ij. ff. de vsur. Hæc ex Hotom.

[illegible]

Fauiana.

¶ Actio verò Fauiana datur patrono ad reuocandum ea, quæ libertus in eius fraudem alienauit. & eodem modo formabis libel. sicut in Paul. vel in actio. in factum. de qua est hîc proxim. dictum.

scriptum debitoris [illegible] *sunt.*

¶ Item si quis in fraudem a cre-

LIBELLVS [illegible]

[illegible]nisiana.

¶ Caluisiana verò actio datur vtrique, scilicet tam creditori, quàm patrono: in qua eodem modo forma libel. sicut in predicta actione.

¶ a In fraudem. Not. ꝙ vterque tã debitor, q͞ receptor oportet ꝙ fraudem participet, quãdo titulus nõ est lucratiuus. [hoc verum in creditore: secùs in alienatis in fraudem patroni. l. j. §. si quis in fraudem. ff. si quid in fraudẽ patro. Item non procedit in debitore ciuitatis. l. ij. C. de debitor. ciuita. lib. xj. Sylue.] Si autem est lucratiuus (puta donationis: vt si dedit: & hoc intellige ad hoc, vt creditor possit reuocare alienationem) tunc sufficit fraudẽ debitoris tãtùm interuenire: vt C. de reuoc. iis, quæ in fraud. creditoris. l. penult. & ff. quæ in fraudem credit. l. qui autem. §. hoc edict. & §. similíque modo. [Que tamen non requiritur in casu. l. ait Prætor. §. si debitorem. ff. quę in fraud. cred. Syl.] Et de hac fraude. no. bonam distinct. q͞a aut adhibetur à debitore alienante inter viuos, aut in vltima voluntate, vel à liberto in fraudem patroni similiter inter viuos. vel in vltima volũtate: si in vltima voluntate, tunc aut per legata, aut per libertates: & si per libertates, aut directas aut fideicommissarias. Si debitor in fraudẽ alienet inter viuos, vno casu præsumitur fraus: scilicet quãdo omnia alienauit: vt ff. eodem, quæ in fraud. cred. l. omnes. §. Lucius. Si autem non omnia, nõ præsumitur: sæpe enim de facultatibꝰ suis ampliùs quàm in eis est, sperant homines: vt suprà, qui manu, non pos. §. in fraudem. debet ergo eam probare creditor. Et hæc distinctio per omnia seruatur, etiam in patrono: vt ff. de probation. l. patronus. & l. quoties. §. qui dolo. In vltima voluntate, si legatum, vel fideicommissum in fraudem creditoris reliquit, solùm euentum inspicimus, licet fraus interuenerit, vt in donatione causa mortis: vt C.

de iur. de lib. l.fin. §. si verò creditores. cùm legata non debeantur, nisi deducto ære alieno: vt ff.eod. quæ in fraud. credi. l. qui autem. §. penult. & ad Trebel. l.j.§. is qui quadringenta. Idem in patrono per omnia, si libertus in fraudem legauit, vel fideicommissum reliquit, vel donauit causa mortis. nam solum euentum inspicimus; vt ff. si quid in fraud. pat.l.j.in princ. & §. j. in libertatibus autem in fraudem relictis, distingue directas à fideicommissariis in primo enim casu consilium & euentum, in secundo euentum tantùm inspicimus: vt C. de iis, qui man. non pos.l.j.& l.fin.

Rationes diuersitatis ponitur per glos.in l.fin.C.qui manumit.non pos. quarum vltimam approbant doc.sed Ias.hìc assignat meliorem, quam ego aliàs sum secutus.Syl.

a Creditorum. Largè accipe pro omni eo, cui aliquid debet: vt ff.de verb. signifi.l.creditorū, & l.creditores.l.si cui.&in auth.de fideius.§.penul.col.j

Conclude cum hac gl. quòd creditoribus etiā largè sumptis, etiam ex delicto competunt actiones reuocatoriæ. Item & creditoribus futuris, quoties ex coniecturis constare posset alienationem factā fuisse in fraudem, vel quando futuri creditores successissent in locum priorum creditorum.l. ait Prætor.§. ita demum. ff. quæ in fraud.credit.Syl.

b Rem suam. scilicet corporalem, ex eo quod dicit, tradiderit. Idem tamen est in incorporalibus, vt patet per multa exēplā. ff. quę in frau.cred.l.j. ij.& iij.vsque ad l.qui autem.

ADDITIO. No.singu. illam legem in princip. quòd si debitor repudiat hereditatē vel legatū, vel alio modo & titulo poterat acquirere,& nō vult imò repudiat etiā in fraudem, & despectum creditorum: an habeat locū ista materia? Dicitur ibi, quòd non: quia dummodo non deminuat de suo patrimonio, non habet locum dispositio huius §. quod nota bene.Ang.

c Possessis. id est, possidere iussis: nec enim re ipsa à creditoribus fuerāt possessa bona debitoris, cùm ipse alienauerit. Vel dic possessis, quæ remanserant, & non sufficiebant: vt ff. eod.l.ait Prætor,quæ Lucius.

d Præsidis. Putà quia fuit condemnatus,& non satisfecit condemnationi intra tēpus, vnde missus fuit actor in posses. bonorum.

e Permittitur. scilicet intra annum vtilem: vt ff. quæ in fraud. cred. l. j. primo responso de eo tamē quod peruenit ad eū,vel qđ dolo fecit, quo minus perueniret, perpetuò datur: vt ff.eodē.l. ait.Prætor,quæ Lucius.§.hæc actio.

ADDITIO. De ista materia excussionis vide hìc latè per doct.& refert hìc Ias. casum singu. in authent. contrà, rogatus quis.C.ad Trebel.vbi etiam in rei vend.est necessaria excussio bonorum.

f Eam rem petere. Sed qua actione? Respon.Pauliana,quæ datur creditori ad reuocanda corporalia,sed in factum ad reuocanda iura: vt ff. de vsur. l. videamus, ij.§. in Fauiana. & ff. eo. quæ in frau. cred.l.hac in factum. Vel veriꝰ dic quòd nulla dicit Pauliana, nisi adiectiuè: quia à Paulo fuit inducta: sed in factū Pauliana dicitur, quæ ad reuocāda corporalia & incorporalia cōpetit, & datur cōtra accipientem & hæredē eius in quantū ad eos peruenit, etiam nō restituto ei prętio: vt ff.eo.l. ait Prętor, quę Lucius. §.fi. & l. seq. & l.si debitor. & l.ex his. In eum autē q. in fraudē alienauit, actio non datur, cùm nudus sit, nisi ita fraudulēter dispersit, vt res apparere non possit: quo casu etiā in carcerē detrudetur: vt ff.eo.l.fi.§.fin. Est & Fauiana, quæ datur soli patrono ad reuocāda ea quæ libertꝰ in fraudē patroni alienauit inter viuos, vel in vltima voluntate, quo minus patronus habeat tertiam: vt ff.si quid in frau.patro.l.j. in prin. & §.j. ꝯ. de succ.lib.§. sed nostra constitutio. Est & Caluisiana, & ipsa tam patrono, quàm creditori cōpetit: vt ff. si quid in frau.patro.l.Fauiana. Quidam tamen dicunt contrà in eo, quod de Fauiana dictum est. arg.ff.de vsur.l.videamus. ij.§. in Fauiana. Sed certè ita dicit ibi litera, per quam. & sic refertur ad proximā tantùm, scilicet Paulianā. Et iste duę imitantur naturam superioris in factum

---

(Textus:) ...ditorum a rē suam b alicui tradiderit bonis eius à creditoribus possessis c, ex sententia Præsidis d permittitur e ipsis creditoribus rescissa traditione, eam rem petere f, id est dicere

Etum Paulianæ. ſed quæro, quare ſunt hic hæ poſitæ inter reales prætorias, cum ipſæ perſonales ſint: quod probatur per id, quod dicit litera, in Fauiana quoque: vt ff. de vſur. l. videamus. ij. §. in Fauiana. Nam proximè dixerat de perſonalibus: vnde continuat eam cum perſonalibus, & probatur ff. ſi quid in fraudem patroni. l. j. §. hæc actio. Sed reſpondeo: quia ſimilitudinē habet cum ſuperioribus duobus caſib⁹ in eo, quod ſicut ibi permittitur aliquid dicere, quod non ſit, vel eſſe faciēda aliqua ac ſi non proceſsiſſent, quæ processerunt: ſic & hîc. Item ſicut ibi fit reuocatio, ita & hîc: ergo ſecundum hęc ita dici debent hæ reales, ſicut ſuperiores: quod quidā conceſſerunt. Sed reſpon. hîc non petitur quod meum fuerit: vt in ſuperiori caſu, nec quaſi meum, vt in Publicia: vt ſ. eo. §. aliæ. Nec obſtat j. §. prox. quia hypothecaria eſt in rem: nec tamen meū petitur vel quaſi, quia ibi quod peto, peto quaſi meū, id eſt poſſeſsionem per hypothecariā actionem, vel Seruianam. Hîc autem neque poſſeſſio, neq; dominium eſt meū, nec fuit: imò in accipientem tranſiuit, licet in fraudem ſit alienatum: vt ff. de cōtrahen. empt. l. ſi ſciens. in fi. & prædictæ tres actiones reuocatoriæ dicuntur. Sed vnde oritur hæc actio? Reſpon. ex quaſi maleficio: quando dolus fuit in vendente & emente. Si autem in vendente tantùm, tūc poteſt dici ex quaſi contractu, ſi agitur contra illum poſſidentem. Sed nūquid habet retentionem, vt ab eo nō reuocetur, ſi vult ſoluere, quod ſibi creditori reuocare volenti debetur? Quidam negant: vt arg. ff. re. amot. l. ſi cùm dos. §. fina. & l. ſequenti. Sed contradico inſtar poſterioris creditoris, ſi vult ſoluere priori quod ſibi debetur, poteſt habere retentionem: vt ff. de euict. l. euictus.

eam traditam non eſſe, & ob id in bonis debitoris manſiſſe a.

¶ *Seruiana quoque & quaſi Seruiana, quæ etiam hypothecaria dicitur, in rē [illegible] locatori competit, in res inquilini, vel coloni ædibus, vel [illegible] [illegible] as: quæ pro mer[illegible] [illegible] cationis (e[illegible] tiam ſi nihil conuenerit) tacitè hypothecatæ ſunt: altera verò reliqui creditores pignora & eorum hypothecas perſequuntur: nec [illegible], an id cuius nomine experiuntur, pignus ſit, i. in re mobili tradita, an verò hypotheca, id eſt, iure ſoli conſiſtens: vtique enim hypothecariæ ſun[illegible]*

quod dic: vt ff. quæ in fraud. cred. l. ait Prætor. §. illud.

¶ a Manſiſſe. Videtur ergo quòd permittat mentiri: quod non eſt verum. ſed ita petit, acſi mā ſiſſet in bonis debitoris: vt ſuprà eo, §. aliæ. & §. rurſus.

¶ Item Seruiana. Diuiditur in tres partes. Primò quod actio Seruiana vel quaſi Seruiana eſt prætoria. Secundò, quæ ſit differentia inter act. Seruianam vel quaſi. Tertiò, quæ ſit differentia inter pignus, & hypothecam. Secunda ibi, Seruiana autē. Tertia ibi, inter pignus.

CASVS. Titius fundū meum conduxit, meūſque eſt colonus factus, ea lege, vt mihi quotannis centum aureos mercedis perſoluat. is in eū fundum equos, boues, ſeruos, & cęteras res induxit, pactis legibus vt eæ mihi nomine mercedis, ſiue vectigalis, pignori oppoſitæ eſſent. Accidit vt mercedem mihi nō ſolueret, quęro an poſsim res illas, quæ in tertij manū peruenerunt, à poſſeſſore tanquā meas petere? Iure ciuili nulla actio prodita eſt. nā cùm obligatus mihi nō ſit tertius, perſonali agere non poſſum. cùm res mea nō ſit, in rē agere non poſſum. Prætor tamen actionem mihi concedet, quæ tametſi in rem ſit, ſolam tamē earū poſſeſsionem petet. Quoniā de Seruiana dixiſti, volo audire de quaſi Seruiana. Cùm Seruiana datur, ſed non eo caſu propter quem inſtituta eſt, verùm in ſimili, actio dabitur, quaſi Seruiana: veluti, Cùm à me pecuniā mutuò acce piſſes, quaſdā mihi res pignori oppoſuiſti. ceſſas poſteà ſoluere. quæro an poſsim aduerſus poſſeſſores actionē illā Seruianā intendere, ſicuti cùm colon⁹ res ſuas obligauit? nequaquā. Seruiana enim illo caſu cōcluditur, iiſq; quaſi finibus circunſcripta eſt. Verùm quoniā iſti caſus ſunt adeò gemini, ac ſimiles, ideo quaſi à colono facta eſ-

set illa obligatio, ita Seruiana conceditur: Cor. Vib.

¶ Not. ex hoc text. quòd dictio item, est continuatiua. Item, quid sit actio Seruiana, & quid actio quasi Seruiana. Item, quòd actio quasi Seruiana & hypothecaria pro eodem supponũt. Item, quid differat pignus ab hypotheca. Itẽ, ꝙ Seruiana datur pro pensione fundi rustici vel vrbani: vel deuastatione eiusdem ex tacita obligatione. Item, ꝙ quasi Seruiana competit cuilibet creditori cõtra quencunque. Item, quòd actio Seruiana capit subsistentiam ab edicto Prætoris, id est validitatem & robur: quia aliàs ista pignora conuentionalia oriuntur ex pacto. l. si tibi. §. de pignore. ff. de pactis. Ea enim dicũtur pignora Prætoria, quæ dantur à iudice viuo propter cõtumaciam, vel vt legata seruentur. Item, quòd dicuntur istæ actiones Seruiana & quasi Seruiana à seruando: quia per eas seruantur obligationes. Syl.

¶ Item Seruiana[a], & quasi Seruiana, quæ etiam Hypothecaria vocatur, ex ipsius Prætoris iurisdictione substantiam capiunt*. Seruiana autem experitur quis[b] de rebus coloni[c], quæ

LIBELLVS IN ACTIONE Seruiana, & quasi Seruiana.

¶ Hic tangitur de Seruiana, & quasi Seruiana, quæ etiã hypothecaria vocatur, in quibus qualiter formetur libellus, est videndum. Sed primò sciendũ est, ꝙ Seruiana datur domino fundi in rebus coloni, quæ pignoris vice, vel iure pro mercedibus fundi eidem tenentur, vt in hoc §. item Seruiana. & ff. quib. ex cau. pig. taci. contrahi. l. ij. Formatur ergo in hac actione sic libellus: Dico ego A, contra B, ꝙ bona quæ sunt illata & inuecta in fundum meum, sunt mihi obligata pro mercede fundi; vnde proponendo Seruianã siue hypothecariam contra ipsum B, peto illa pignora mihi tradi, & eundẽ B, ad restitutionem eorundem pignorum mihi condemnari. Causa autem pro ista actione poterit poni, hæc scilicet: Vnde cùm bona illa vbicunque sint, ipso iure tacitè mihi sint obligata, peto, &c. Eodem modo for. libel. in actio. illa hypothecaria, siue Seruiana, quę datur domino domus in bonis inquilini in eandem domum illatis. Quasi Seruiana siue hypothecaria datur creditori ad pignora sua prosequenda: vt s. de act. §. Seruiana. & sic for. libel. in ista quasi Seruiana: Dico ego C, cõtra D, ꝙ ipse detinet equum meũ, quem ipse mihi obligauit pro decem lib. vnde proponendo cõtra ipsum hypotheca. peto dictum equũ mihi tradi, & ipsum ad restitutionem ipsius equi cõdemnari. Et causa erit in hoc libello, quam sufficit proponere: scilicet hęc, Vnde cùm dictus equus sit pro decem lib. mihi obligatus, peto, &c. Hæ verò act. scilicet Seruiana, & quasi Seruiana, quæ hypothecaria vocatur, sunt in rem: vnde dantur contra quemlibet possidentem.

*capit.

¶ a Item Seruiana. Quasi dicat, nõ solùm Publiciana & rescissoria reales sunt & Prætoriæ, de quibus dictũ est: sed etiã duæ istæ capiunt vim ex Prætoris iurisdictione, id est prætoriæ sunt: vt hîc, & ff. de pac. l. si tibi. §. de pignore. Accur.

¶ b Quis. s. dominus fundi: siue sit partiarius, siue nummis colat. Item etiã pro deterioratione domus: vt ff. in quib. cau. pig. vel hypothe. taci. contrahi. l. ij. licet ex locato sit actio: vt ff. loca. l. qui fundum.

¶ c Coloni. Sub. inquilini. nam & eius res sunt tacitè obligatæ: vt ff. in quib. cau. pig. vel hypo. taci. cõtrahi. l. ij. Et est colonus in villa, inquilinus in ciuitate: vt ff. de acq. poss. l. res pignoris.] Intellige, ꝙ inquilinus non dicitur in ciuitate, nec respectu ciuitatis: sed respectu prædij quod colitur. Colonus ergo est, qui rusticũ prędium colit, inquilinus, qui vrbanũ. l. re pignoris. ff. de acq. pos. Syl.] Differentia tamen est inter has duas tacitas obligatiões. nã in rusticis ita demũ, si dominus sciat inducta & illata: in vrbanis, siue sciat siue non. Et est ratio, quia sancta rusticitas omnia palàm habet: sed inquilinus multa etiã clàm apportat, quę locator ignorat: vt C. loca. l. certi iuris. [Vide Fortu. Hisp. in l. item quia. ff. de pact. & in v. coll. vbi reprobat hãc rationem: Syl.] Ita tñ in vtroq; si eo animo sint inducta, vt ibi sint perpetuò, non ad tempus: vt ff. de pig. l. debitor. & ff. in quib. cau. pig. vel hypoth. taci. contra-

contra.l.in prædiis.§.j.
¶ a Pignoris.scilicet,taciti.
¶ b Fundi.Vel domus:vt s.dictũ est.
¶ c Quasi. Hęc dictio ponitur ad differentiam superioris, vtraque tamen Seruiana dicitur à seruando fortè dicta, cũ omne ius aut in acquirēdo, aut in seruādo, aut in amittēdo cõsistat: vt ff. de leg. & se.con. l. fin. Sed quę est differentia inter Seruianam actio.& Saluianum interdictũ cùm illud ad idem competere videatur: vt j.de inter.§.interdictũ? respõ. quia in Seru.oportet ꝙ creditor probet debitorem fuisse dominum tempore obligationis:vt ff.de pig. l. & quę nondũ sunt.§.j.Sed in Saluiano sufficit,quòd probet eum possedisse: vt colligitur ff.de Sal.interdi.l.j.in princi.& diximus infrà de interdi.§.interdictum.

ADDITIO. De hoc dic:vt j.declarabimus.d.§.interdictũ.vbi vide hanc differentiam.

¶ d Nihil interest. Nisi in sono vocis: vt ff.de pign.l.res hypothecæ.§.inter pignus. imò & etiam quantum ad actionem videtur interesse. Nam prescriptio habenti pignus non currit, cùm possideat:secùs in hypothecaria, cui currit prescriptio interdum x.interdum xx. interdum xxx. interdum xl.annorum: vt C.si aduer.cred.l.j. & ij. & de prescript. xxx.vel xl. annor. l.cùm notissimi.& de anna. except.l. j.§.j.

¶ e De qua re. Mobili vel immobili: tradatur creditori vel non : corporalis vel incorporalis sit, excepta tamē vrbana seru.quæ non potest obligari, ne ruinis ciuitas deformetur : vt ff.de pig.l.si is qui.§.fi.& l.sequen.

ADDITIO. Dic quòd attēta ratione gl.si esset seruitus vrbana, quę non esset deformatio ciuitatis,posset obligari:vtputà,obligo tibi seruitutem altius non tollendi: donec pecunia non soluatur. nam tunc valeret : ita dixit Bar.in d.l.si is qui.§.fi.Ang.

pignoris a iure pro mercedibus fundi b ei tenentur. Quasi c Seruiana autem est, quâ creditores pignora, hypothecásve persequuntur. Inter pignus autē & hypothecam (quantum ad actionem hypothecariā attinet*) nihil interest d. Nam de qua re e inter creditorem, & debitorem conuenerit, vt sit pro debito obligata: vtraque hac appellatione f * continetur: sed in aliis differentia est. Nā pignoris appellatione eam propriè rem contineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori, maximè g si mobilis sit:at eam, quæ sine traditione si nuda cōditione tenetur, propriè hypothecæ appellatione contineri dicimus.

* abest.
* actione.

¶ *Hactenus de prætoriis in rem, nunc de iis quæ sunt in personam, quæ quamuis innumeræ sint, [illegible] hîc disseritur.*

¶ f Hac appellatione.scilicet hypothecaria: vt hac actione peti possit à quolibet possessore.

¶ g Maximè. Hoc abundat: vt C.de test.ma. l.fi.§.ij. Duo enim oportet interuenire, vt sit pignus,& quòd tradatur creditori, vt hic: & ꝙ mobilis sit: cùm pignus à pugno dicatur: vt ff.de verbor. sig.l.plebs.§.pignus. Si autem mobilis est, & non tradatur: item si immobilis est, tradatur vel non, hypotheca est. Patet ergo, quòd quatuor sunt pretorię actiones in rem, scilicet, Publiciana, & rescissoria, & Seruiana,& quasi Seruiana.Item alię duę reales preiudiciales:vt j.eod.§.preiudiciales. Est & alia quę datur superficiario,quando quis ad non modicum tempus conduxit: vt ff.de superfi.l.j. in fi.j.respon.§.quod ait.& l.fi.& ff.de rei vend.l.superficiario. Est & octaua actio in rem: vt quę datur metum passo.nam illa pretoria est in rem : vt ff. quod met.cau.l.metũ.§.volenti. Sunt & alię.s. bon. possessoria hereditatis petitio, item fideicommissoria hereditatis petitio.Prima datur ei qui succedit per Pretorem. Secunda ei, cui per Trebellianum hereditas restituta est:vt ff.de bon. poss.her. pet. l.j.& ij. & ff.de fideic.her.pet.l.j.ij.& iij.& sic x.sunt pretorię in rem.

¶ In personam. Iste §.vsque ad §.poenales. tractat de tribus act.personalibus,iisdémque pretoriis.Et hoc principiũ vsque ad §.actiones autem,diuiditur: quia in principio premittit de actione de constituta, & de peculio.

Item & de iuramento in genere, & ſecundò in ſpecie: & de vnaquaque dicit. Secunda ibi, de conſtituta. Item prima ſubdiuiditur: quia primò ponit qualiter olim erat in actione conſtituta, & receptitia: hodie verò ſunt omnia redacta ad cõſtitutã. Secunda ibi, ſed ex noſtra.

CASVS. Quoniam explicaſti actiones in rem à Prætore inſtitutas, velim mihi nunc in perſonam actiones ex eodẽ iure ortas demonſtres. veluti, Debebã ego tibi cẽtum Calẽd. Septembris. ea quum à me peteres, conſtitui me tibi ſoluturum Calẽd. Maii proximis: neque huiuſce rei vlla tamen ſtipulatio eſt interpoſita. Calẽd. præteritis, quęro an poſsis aduerſus me agere? minimè. nã ius ciuile ex nudo pacto nõ peperit actionem. Sed Prætor quidam æquitati naturali fauens conſtituta ex cõſenſu facta cuſtodit: quia graue eſt fidẽ fallere: Actionem ergo tibi in perſonã tribuit, per quam dicere poſsis, Aio te mihi dare centũ oportere. Erat enim olim in vſu receptitia, ſimillima Cõſtitutitiæ, quę concedebatur ei, cui Argentarius ſiue Trapezita ſe ſoluturum conſtituerat. & ea erat frequentiſsima: quia olim qui pecuniam ſoluebant, ſæpius ex argentarii menſa, quàm ex domo, & arca pecuniam dabant. Cor. Vib.

¶ Not. Prætorem induxiſſe actiones perſonales. Item, ꝙ iure antiquo fuit actio Receptitia, quæ plenior erat: quippe in qua veniebant etiã nudo pacto omnia, ſiue in genere ſuo functionem reciperent, ſiue non: vbi in actione de conſtituta ſolum veniunt ea, quæ functionem recipiunt. Quæ antẽ fuerint de actione Receptitia trãsfuſa in Conſtitutam pecuniã, videre potes in l. receptitia. C. de conſti. pecun. Item not. quòd quamuis aliquid ſit de Receptitia transfuſum in conſtitutam, non per hoc amiſit proprium nomen conſtitutæ. Item, quòd lex correcta non eſt amplius reputanda, nec allegãda in numero legũ. Itẽ, ꝙ actio de peculio & iuramenti eſt Prętoria. Item not. qui teneãtur de conſtituta. Et ꝓ intellectu huius text. in ver. de conſtituta, vide Hiero. Verium Senen. in repetitio. rubr. ff. de verb. oblig. col. xlv. Syl.

¶ *Collige, vbi ...*

... non eſſe extraordinario locum

¶ In perſonã[a] quoque actiões ex ſua iuriſdictione propoſitas habet Prætor, veluti de pecunia[b] conſtituta: cui ſimilis[c] videbatur Receptitia. Sed ex noſtra conſtitutione[d] (cũ &* ſi quid plenius habebat, hoc in actionẽ pecuniæ conſtitutæ trãsfuſum eſt) &* ea[e] quaſi ſuperuacua iuſſa eſt cum ſua auctoritate à noſtris legibus recedere. Item Prætor[f] propoſuit actionem de peculio ſeruorũ, filiorúmque familiarum, & eã ex qua quæritur an actor iurauerit, & alias[g] complures.

*abeſt.

*abeſt.

¶ ...

...ctione de conſtituta conueniri poteſt.

¶ De conſtituta

¶ a In perſonã. Quaſi dicat, dictum eſt de realibus prætoriis, ſequitur de perſonalibus prætoriis, licet & de quibuſdam perſonalibus ſ. interpoſuerit. §. Item ſi quis.

b De pecunia. vt ff. de conſtit. pecu. l. j. in princip.

ADDITIO. Eſt autem conſtituere (vt docet hic Hotomanus) id quod iã debetur, daturum facturúmve pro ſe, vel pro alio promittere, quod Græci dicunt κατατάξασθαι.

¶ c Cui ſimilis. ſ. quo ad quædã, quia vtraque dabatur, vbi quis cõſtituebat ſe ſoluturum pro ſe, vel alio: ſed & diſſimilis videbatur: quia actio de conſtituta pro his tantùm rebus in conſtitutione deductis competebat, in quibus mutuũ conſiſtit. ſ. quæ pondere, numero & menſura continentur: ſed Receptitia, quando aliç res in cõſtitutione deducebãtur, ſed hodie pro omnibus competit actio de conſtituta, cùm omnes res appellatione pecuniæ contineantur: vt C. de conſti. pec. l. ij. §. pen.

d Conſtitutione. vt C. de conſtitu. pec. l. ij.

e Ea. ſcilicet, Receptitia. Accurſ.

f Item Prætor. Hæc capitula exponuntur infrà, proxim. §. Et ideo hic non dicas.

g Et alias. De quibus dicet infrà §. ponales.

¶ a De

De constituta autē pecunia a cū omnibus b agitur, quicūque * pro se, vel pro alio soluturos se constituerint c nulla d, scilicet, stipulatione interposita. nam alioqui, si stipulanti promiserint, iure ciuili e tenentur.

Pro filij vel seruo contractu catenus pater aut dominus ... quatenus peculij vires patiuntur.

* vel.

a De constituta autem pecunia. id est, hac act. quæ sic vocatur.

b Cum omnibus. scilicet aptis. alias obligari pro se interuenit constitutio: vel aliis, vbi pro aliis interuenit constitutio. sic ergo furiosus, cùm nec pro se, nec pro aliis obligetur. nec constituere se debere pōt. idem in prodigo & similibus. Item, mulieres, cum aliàs pro se tantùm obligentur, & hæ constituent pro se tantùm, & non pro aliis: vt ff. de constit. pec. l. j. §. j. & ij. Accur.

c Constituerint. Vt puta p hæc verba. Cōstituo me soluturū, qđ ego vel ille debet, & similia: vt ff. de cōst. pec. l. q. autē. in fin. & l. seq. & hoc ita, si sit debitū qđ præcedat, siue ciuile, & naturale simul, siue naturale tātùm, siue prætoriū: sec⁹ si ciuile tātùm: vt ff. de cōstit. pec. l. j. §. pen. & fin. & l. iij. §. j.

d Nulla. Ergo ex nudo pacto oritur actio hîc. quod est contra ins cōmune positū. ff. de pac. l. iurisgentiū. §. sed cū nulla. & §. quinimo. & §. vt puta. versic. idē Marcellus. & ver. idem respōsum. & C. de pact. l. legem. Et est hoc ideo fortè speciale: qa sicut vnū p eo, q. constituit, inducitur: vt nō teneatur, nisi elapsis decem diebus: vt ff. de consti. pecu. l. promissor, cùm aliàs statim teneatur: vt ff. de ver. obli. l. eū, qui Kalendis. §. quoties. & de verbo. signifi. l. cedere diem. sic & aliud cōtra eum, vt ex nudo pacto teneatur: argu. ff. de iureiur. l. eum qui. in princip. Sunt & alii adhuc sex casus, in q. bus ex nudo pacto oritur actio: vt ecce, in donatione hodie, licet olim fuerit necessaria stipulatio: vt C. de dō. l. si q.s argētum. §. si autem. Item si mulier dotem sine stipulatione dare marito conuenit: vt C. de do. promis. l. ad exactionē. & de rei vxo. actio. l. vnic. §. j. Item si quis ob honorem decretū, vel decernendum palàm pollicitus fuerit, id est sine interrogatione: vt ff. de pollici. l. j. §. j. & l. pactum. idem in nautico fœnore: vt ff. de nautico fœnore. l. periculi. in fin. Item in accessiōe frumēti, vel vini, vel olei, vel hordei: vt C. de vsur. l. frumēti. Item in vsuris ciuitati promissis: vt ff. de vsur. l. etiam. Aliàs autem propter sui frigiditatem nudum pactum actionem parere non potest.

... Adde alios casus, vt puta in curia mercatorū. argu. l. Quintus Muti⁹, ff. mand. & ibi Bar. item, si fieret in iudicio: qa tūc fingitur stipulatio. Itē, quādo p pactū nudum aliquid abest parti, si nō seruet promissa quia cōtra non seruātem datur actio de dolo: vt est tex. not. in l. eleganter §. seruus. ff. de dolo. vt hîc per doct.

e Iure ciuili. Vel actione ex stipulatu, vbi certū est in stipulatione: vel cōdictione certi, quę ex stipulatione oritur, vbi est certum: vt s. de verb. obli. in prin. quæ stipulatio est à iure ciuili inducta, vt hîc: cùm de iuregētium ipsa non fuerit: licet alii contractus fuerint de iure gentium, vt s. de iur. na. gen. & ciui. §. ius autē. Non autem dicitur ideo de iure ciuili, q non habeat in se vinculum naturale: imò habet, quia sine consensu non valet, qui consensus est de iure naturali: Vt ff. de pact. l. j. §. pen.

Adde, q Albe. & Oldr. fuerūt in opinione per hūc text. q in stipulatione nō in esset cōsensus naturalis, nec haberet naturale vinculum: tamē cōtrarū verius est, vt dicit hîc. glos. & ad hūc tex. dic, q non negat, quin etiam stipulator naturaliter teneat, licet dicat iure ciuili teneri: & si fortius induceretur, q tex. hic voluerit facere differentiā inter contractū de constituta & stipulationis: & sic q in primo sit naturalis æquitas. l. j. ff. de constit. pecu. in stipulatiōe ergo nō sit. Resp. q noluit facere talē differētiā, prout cōmuniter tex. hic intelligit. sed voluit ponere differentiā inter actionē prætoriam, & ciuilē: de qua facta fuit diuisio s. in §. sed istæ. quam prosequitur etiam in hoc §. dicendo, quòd actio de constituta est prætoria, nisi interueniat stipulatio: nam tunc est ciuilis. Et sic intellige verba tex. aliter. quàm ab aliis intelligantur, scilicet vt dicatur, iure ciuili tenet, ergo non prætorio: non ergo non naturale

& hūc puto verū sensum hui⁹ tex. Syl.

LIBELLVS IN ACTIONE de constituta pecunia.

¶ Actiones autem de peculio [a] ideo aduersus patrem[b], dominúmve [c] cōparauit Prætor: quia licet ex cōtractu filiorū, seruorùmve ipso iure [d] non teneantur, æquū tamen est peculio tenus (quod veluti patrimoniū est filiorum filiarúmque, item seruorum) condemnari eos.

¶ Hic tangitur de actionibus prætoriis personalibus: in quibus qualiter formetur libellus est videndū. Et primò de act. de consti. pec. est videndum. Et nascit̄ ista act. quoties aliquis constituit se soluturum, quod ipse debet, vel alius: vt ff. de constit. pecu. l. qui autem. in fin. & l. sequendū tamen sit debitum ciuiliter, & naturaliter: vel naturaliter tantum: secùs si ciuiliter tantum: vt l. j. §. penulti. & l. iij. §. j. in d. titu. Vnde sic formabis lib. Dico ego A, contra B, ꝙ ipse cōstituit se soluturum decem libras, quas ipse mihi debebat causa mutui: vnde proponēdo act. de consti. pe. cōtra ipsum B, peto eundem mihi in dictis decem libris condemnari. Et erit causa istius act. hæc scilicet, Quia constituit se mihi soluturū, quod debet mihi, ideo peto &c. Sed si pro alio constituit se decem libras tibi soluturum, formabis in narratione sic libellum: Vnde cùm ipse pro tali constituerit decem libras mihi soluturum: peto &c. Et eodem modo formabis, si ex alia causa, quàm ex mutuo debeatur.

¶ Actiones autem. CASVS. Pāphilo filiofamiliàs centum dedi mutuo. nunquid ius ciuile vinculum obligationis ipsius patri iniicit, vt cogatur ea mihi soluere? nequaquā. nam xij. tabulæ aspernātur cōtractus, qui cū filiisfamiliæ fiunt, si quidē ad eos obligādos facti sint. Sed Prætor quidā intelligens iniquum esse, si vllum sit peculium me frustrari: quandoquidem peculium ex re patris nō est, sed filij, propterea actionē instituit: qua possim à patre Pamphili petere, quatenus peculium filii ferre possit. Quod eodem modo de seruo qui peculium habet, iudicandum est. Cor. Vib.

¶ Not. quòd actio de peculio est prætoria. Item, quòd peculium dicitur quasi patrimonium serui vel filii. Item not. figuram loquendi ibi, peculio tenus. Syluest. Ald.

¶ Hic tāgitur de act. de peculio, quæ datur contra dominum ex contractu sui serui: vt j. ꝙ cū eo, in princ. & etiam datur cōtra patrē nomine filii. Formabis ergo in ea sic lib. Dico ego A, cōtra B, ꝙ vēdidi D, seruo suo equum ꝓ decē, quare ipse de peculio serui sui D, mihi tenetur, vnde ꝓponēdo cōtra ipsum B, act. ex vendito, peto quatenus est in peculio ipsius serui sui D, vsque ad quantitatem illorū decem ipsum B, mihi condemnari. Et aduerte, q̄a hæc dictio. de peculio, nō est ꝓprium nomen act. sed est quædā adiectio: sicut exercitoria, institoria & tributoria, arg. l. iij. §. Iullianus. ff. de pec. Et erit causa in hac act. talis. s. Quia vēdidi, quā sufficit ꝓponere loco act. scilicet sic: Vnde q̄a ꝓ decem vendidi, peto &c. Similiter cōtra patrē ex cōtractu filii potest sic formari libellus: dico ego A, cōtra B, ꝙ vendidi C, filio suo, quē ipse habet in potestate, equum pro decem &c. De filio in potestate feci mētionem: quia qui sui iuris est, peculium habere non potest: vt C. de inoffi. test. l. fin. in fine.

¶ a De peculio. Volunt quidam dicere hæc esse propria nomina actionū, scilicet, de peculio, & de in rem verso, & quod iussu: item exercitoria, & tributoria, & institoria, ex eo quòd leges plerunque appellant eas actiones: vt híc. Sed verius est, vt adiectiuè ponantur. sic enim dicitur mandati actio de peculio: vt ff. de pecul. l. iij. §. cui congruit. Accur.

¶ b Patrē. scilicet respectu filii. Accu.

¶ c Dominúmve. scilicet, respectu serui: sunt enim correlatiua.

¶ d Ipso iure. s. ciuili: quod non vult. vt alter ex alterius persona obligetur: & sic pater non debet teneri pro filio, inspecto iure ciuili, sicut, eo inspecto pro seruo nō debet teneri dominus: quia seruus pro nullo est inspecto iure ciuili: vt ff. de regu. iur. l. quod attinet. Sed tamē Prætor æquitatem considerat: vt quía peculum quasi

Seruus pro nullo reputatur.

quasi patrimonium est filii, vel serui, vt subiicit: quia peculiũ est, quod sibi q̃s parcimonia quærit: vt ff. de pecu. l. peculium. in princ. verè tamẽ nõ est patrimonium filii peculium: vt C. de inoff. testa. l. fin. in fin. Item nec serui: vt ff. de ver. ob. l. liber homo ij. in fin. j. respon. Ideo tamẽ quia quasi patrimonium est, patrẽ ꝓ filio, dominum pro seruo teneri dicit. Diligenter tamẽ distingue, vtrum cõtrahat filius vel seruus: vel quasi cõtrahat. Itẽ vtrũ delinquat, vel quasi. Si cõtrahat quilibet illorum: dominus vel pater actione ex eo cõtractu tenetur in peculiũ. In cuius cõdẽnatione deducit̃ ex ipso peculio quicquid seruus naturaliter domino debuit: vt q̃a domin⁹ seruo mutuauit: vel aliâs secum cõtraxit. Item deducitur q̃d debetur iis, qui sunt in potestate domini: vel tutela vel cura: cùm videatur dominus præuenisse, vt ff. de pec. l. sed si damnũ. §. j. & ij. obligatur enim seruus domino naturaliter: vt s̃. de fideiuss. §. j. & sunt hæc cõmunia in seruo & filio, excepta causa mutui: ex qua nec filius nec pater tenetur: secus in seruo. vt j̃. ti. j. §. illud. & C. ad Maced. l. pen. Item quæ dicta sunt, quãdo cõtrahit filius vel seruus: eadẽ & quãdo quasi cõtrahit: vt si alterius negotia gessit: vt ff. de neg. ges. l. filiusfamil. Præter hãc actionem de peculio adhuc pater, vel domin⁹ quãdoq; tenetur de in rem verso. quando scilicet filius in rem patris, vel seruus in rem domini conuertit: & est insolidũ vsq; ad quãtitatem versam: vt j̃. tit. §. in rẽ Azo. de peculio agit̃, quatenus peculium durat: vt j̃. eod. §. sunt præterea. & j̃. tit. j. §. in rem autem. Item est actio, q̃d iussu, quę est in solidum, quando filius vel seruus iubẽte domino vel patre cõtraxit: videtur enim cõtrahi cum ipso patre, vel domino: vt ff. quod iussu. l. j. §. fin. Itẽ sunt alię tres, scilicet exercitoria, quæ datur contra dominum nauis qui pręposuit magistrum nauis seruũ suum, & eius rei gratia cõtractum fuit. Et ideo dicitur exercitoria: quia exercitor dicitur dominus nauis. Item institoria, quæ habet locum, quãdo aliquis seruum suum tabernæ, vel stationi præposuit. Itẽ tributoria, quæ agitur ita quòd dominus vocatur in tributum: vt j̃. tit. j. §. introduxit. & §. institoria. & §. j. In delictis autẽ, & quasi delictis idẽ olim seruabatur in filio & seruo, vt pronoxa dari posset: vt j̃. de noxa. in fin. tit. Sed hodie pro seruis tãtùm agitur noxaliter: vt ibi dicitur, & pro delictis, vt j̃. de noxal. in princ. & ff. de noxa. l. j. & in quasi delictis: vt si seruus habitãs cum domino, habuit suspensum vel appensum, vel effudit aliquid q̃d alicui nocuit: vt ff. de iis, qui deiec. vel effud. l. j. §. si seruus. & l. si verò. §. Prætor. nisi in duobus casibus: vt ff. de iis, qui deiec. vel effud. l. j. §. cum seruus. vbi non habitat cum domino. & ff. de mino. l. quod si minor. §. si seru⁹. Porrò licet in delictis, & quasi agat̃ noxaliter, tamen & de peculio agitur si locupletatus est dominus, inquãtum id peculium locupletius est: vt ff. de iudi. l. tam ex contractibus. ff. de pecu. l. licet. §. ex furtiua causa.

Patres pro filiis & domini pro seruis, an teneatur actio. de peculio

Actio tributoria.

¶ *Aduersario iuramentum deferente, si quis in iudicio iurauerit omissa quæstione, iuranti ex sacramento actio datur.*

¶ Item si quis po-

¶ Item si quis postulante. CASVS. Quum iudicium tibi ostentarem, denuntiarémque me breui litem aduersus te intentaturum, quòd te mihi cẽtum debere dicerem, iusiurandũ mihi detulisti. Iuraui ego te mihi centum debere: quæro an propter hòc iusiurãdum ius ciuile vinculum tibi iniecerit obligationis, mihíque actionem cõcedat, ꝓ quã cẽtũ abs te petere possim hoc solo nomine, q̃ iurauerim ea te mihi debere? nequaquã. Prætor tamen quidã qui magnã esse vim iuramenti iudicabat, vinculum iniecit, actionémque constituit. Corn. Vibul.

¶ Not. q̃ iuramẽtũ litis decisiuum habet vim plenæ probationis. Item q̃ ex eo oritur actio in factum. Item quòd pręstatur altero ex collitigãtibus deferente & non aliter. Item, quòd stastim est iurandum secundum aliquos. Item virtutem hanc iuramenti. Syl.

LIBELLVS IN ACTIONE

¶ Hic tangitur de iureiurando præstito ex delatione iudicis: vel partis aduersæ, ex quo oritur actio in fa-

factum, si iuretur non adiecta causa, ex qua dicat sibi deberi, scilicet, si iuret informiter: si autem adiiciat causam, ex qua dicat sibi deberi, Veluti ex mutuo, vel similibus, oritur actio ex illa causa: & tunc dicitur iurasse formiter, quasi forma siue causa adiecta: vt l. si duo. §. si quis iurauerit. ver. si idē dicemus. & §. Marcellus. ff. de iureiuran. Et ideo forma in illa libellū sic:

stulante[a] aduersario, iurauerit[b] deberi[c] sibi pecuniā, quam peteret, neque ei soluatur, iustissimè[d] accommodat ei talem actionē[e], per quā nō illud quæritur[f], an ei pecunia debeatur, sed an iurauerit.

¶ [illegible] vel patroni [illegible] sine venia, & exi-

Dico ego A, contra B, quòd cùm peterem ab ipso decem causa mutuit, ipse detulit mihi iuramentum: & ego simpliciter iuraui, quòd ipse mihi debebat illa decem, vnde proponendo actionem in factum ex iureiurando prouenientem, peto dictum B, indictis decē libris mihi cōdemnari. Causa in isto libello erit talis. Quia iuraui. quæ poterit poni loco actionis. Si autem iuraui formiter. i. adiecta causa: vt scilicet quia ex causa mutui debebat, tunc dicam: Vnde quia proponendo condictionem certi, quæ nascitur ex mutuo, iuraui ex causa mutui mihi deberi, peto, &c.

ADDITIO. Putat autem Francis. Hoto. hic Prætoris edictum non nisi in eo iuramento locum habere, quòd conuentionale ad exemplum stipulationum conuentionaliū dicere possumus, hoc est, quod ex pactione vtriusque partis quasi iudicis, ac disceptatoris officio fungitur.

¶ Itē si quis. scilicet actor. Accursius.

¶ a Postulante. id est petente reo, vel deferente. si enim sine volūtate aduersarii iuraret, nihil proficeret iuramētum, vt ff. de iureiuran. l. iij. in prin.

¶ b Iurauerit. Vel ei remissum fuerit: vt ff. de iureiuran. l. nō erit. §. fi. & l. sequēti. & Cod. de reb⁹ credit. l. actori.

ADDITIO. Idē si post acceptatū iuramētū etiā antè, q̄ iuretur, pœniteat deferētem, quia habetur pro remisso.

¶ c Deberi. sic simpliciter, scilicet non adiecta causa, quare debeatur, quod informiter dicimus. si autē cum forma, veluti, quia vendidi, tunc agitur actione vtili ex eo contractu, nata ex sacramēto: cū pro veritate accipiatur: & aduersario similiter actionē tribuit, ac si verè contractus præcessisset. Idem est in aliis contractib⁹: vt ff. de iureiurando. l. si duo. §. si quis iurauerit. & §. idem dicim⁹. & §. Marcellus. Item circa actionem realem, si rem suam esse iurauerit: dat actio in rē vtilis, præterea in factum contra deferentem tantùm, vel heredem: vt ff. de iureiuran. l. nam postea. §. fi. & l. sequen.

Et ita actori interdum datur in factum, interdum vtilis ex eo contractu, & vtilis in rem. Ex parte autem rei, si iurat in actione personali: tunc exceptionem tantùm parit. Si autem in actione reali, tunc distinguitur, an iurauerit rem petitoris non esse: quo casu exceptio tantùm datur, an suam esse: quo casu etiam actio, si res ad actorem redeat non contra alium. & hoc quod dixi in actore, habet locum, si iuratur ex sacramenti delatione: sed si iuratur ex traditione facta occcasione iurisiurandi, tunc Publiciana datur contra quemlibet, cùm sit iusta causa traditionis: vt ff. de iureiur. l. nam postea. paragrapho. fi. & l. quia. & l. seq. & de Publ. l. j. in fin. vsque ad l. eum qui. Nec obst. in eo. tit. de iureiurand. l. eum, qui §. si parēti. quia ibi verbum, duntaxat, dominum tantùm excludit, contra quem Publiciana non datur, vt ff. de publicia. l. penul. & fin.

Iuramētum rei quandoque exceptionē, quandoque actionē parit.

ADDITIO. Hæc glos. in ista parte fina. communiter reprobatur. vide hic ad longum Ias.

¶ d Iustissimè. Quia propter sacramentum datur.

¶ e Actionem. In factum. C. de reb. cred. l. actori.

¶ f Non illud quæritur. Etiam si periuriū vellet probare: quia sufficit diuina vltio: vt ff. de dolo. l. quòd si deferente. & l. seq. & C. de reb. cre. l. iij. nisi in casibus: vt C. de reb. credi. l. fi. & ff. de iureiu. l. admonendi. Et not. q̄ hoc sacramētum quod est de re: vt ff. eo. de iureiur. l. quoties. id est de veritate: vt ff. ad l. Corn. de fal. l. j. §. qui in rationibus, triplex inuenitur. Voluntar-

luntarium, quod ex volũtate datur, suscipitur, & recusatur, & extra iudiciũ fit: vt ff. eod. de iureiur. l. iusiurandum quod. Item necessariũ, quod necessitate imposita à iudice defertur & suscipitur: vt arg. ff. de in lit. iur. l. fi. Nec enĩ potest hoc sacramentum referri, vel recusari, nisi prætendatur iusta causa recusationis, vt C. de reb. cred. l. generaliter. §. finautem. Item iudiciale, quod sic dicitur à iudicio: quando s. pars parti sacramentũ in iudicio defert. quod nõ est necesse subire: sed potest recusari, & referri: vt C. eod. de reb. cred. l. delata. & l. generaliter. §. finautẽ. sed iure veteri nõ poterat recusari: vt ff. eo. l. manifestæ. Sed secundum P. ita demũ actio in factũ datur ex sacramento, si sententia non subsequatur, aliâs quare oriretur actio in factũ, cum ex sententia eadem nasceretur: vt C. de reb. cre. l. actori. Sed nos cõtra, licet enim duæ sint, & ad idem, & eodem, nomine, non nocet: vt ff. de act. empt. l. non est nouũ. & ff. de fideiuss. l. hæres à debitore. semel tamen fiet exactio tantùm: vt ff. de verb. obl. l. qui bis. & de reg. iur. l. bona fides.

... mens dolo aliquem vocatum in ius, vel eximi faciens, tenetur actiõe prætoria. Azo.

¶ *Adnota, Hîc de tertio prætoriarum actionum genere, quas ideo pœnales appellamus, quia ... rei persequendæ cau...*

¶ Pœnales quoque. CASVS. Superioribus actionibus persequimur ipsã rem, quæ nobis debebatur, aut nostra erat. Alias quoq; actiones Prætor introduxit, quæ pœnã aliquã persequũtur. veluti, Solebant Prætores Romæ edicta sua publicè promulgare atque proponere, vt ab omnibus legerẽtur. Aliquis edictum discidit, aut quoquo modo corrupit. Prætor statim vinculũ obligationis in illũ iniicit, actionẽmq; cuiuis de populo cõcedit, qua ab illo quinquaginta aureos pœnę nomine petere possit. Item filius emãcipatus iure ciuili poterat patrẽ in ius vocare, vt libertus quoq; patronum. Pretor id nõ sine sua venia fieri iussit, alioqui pœnã quinquaginta aureorũ constituit. Si ergo vel filius patrẽ, vel libertus patronũ in ius sine Prætoris venia vocarit, actio in eum iure Prætorio dabitur, qua pœnam illam soluere cogetur. Item quum quis in ius ducitur: si à quopiam vi eximatur, similis actio à Prætore conceditur, per quam pœna exigitur. Cor. Vibul.

¶ Not. Pœnales actiones differre ab iis, quæ sunt rei persecutoriæ, quę plus fauoris habent, quam pœnales. Item, ꝙ dictio multa, est apta nata cõprehendere infinitatem. Cùm enim sint plurimæ actiões pœnales descẽdentes ex iurisdictione Prætoris, voluit simpliciter Imperator multas dicere: sed cùm tẽperamento illius verbi, pené. Item, ꝙ nemini impunè licet corrumpere albũ Prætoris, vel edicta in eo affixa. Item secun. Ang. ꝙ literis sculptis aut scriptis in muro, vel lapidibus fides habetur. Item, ꝙ non sufficit petitio veniæ, nisi impetretur. Itẽ, ꝙ paria sunt eximere, vel dolo facere, ꝙ alius eximat. Item, ꝙ filius non potest parentes venia nõ petita in ius vocare: quod non intelligas in filiis natis ex damnato coitu: & parentes intellige in infinitũ. Item quòd si quis aliquem vi eximat, qui in ius vocetur, tenetur ad pœnam quanti actor in litem iurauerit. Item, quòd dictio innumerabilis, supponit pro eo quod est, de facili non numerabilis. Syl.

LIBELLVS CONTRA CORrumpentem album Prætoris.

¶ Hîc de act. pœnali tangitur: & primò de illa quæ datur de albo Prætoris corrupto. Erat enim album Prætoris, dealbatio quædam posita in eminenti loco, in quo erat scriptum de citando aliquem, vel de aliquo præcepto generali, vel speciali: vt ff. de ali. scri. l. j. & ij. Et est pœna 50. aureorum statuta contra corruptorum malitiã: vt ff. de iur. omn. iud. l. si quis. Forma ergo in hac act. sic libellum: Dico ego A, cõtra B, quòd ipse corrupit album Prætoris: vnde proponendo contra ipsum B. actionem in factũ, peto ipsum B. in 50. aureos nomine populi mihi cõdẽnari. Ista enim act. popularis debet dici à populo, q. a ius populi tuet: vt ff. de po. act. l. ij. Et erit causa istius actionis hæc: Quia albũ Prętoris corrupit, quæ poterit poni loco actionis.

LIBELLVS IN ACTIONE In factum, quę datur patrono vel patri contra libertum vel filium, &c.

¶ Est & alia actio in factum, quę datur patrono cōtra libertum, vel patri contra filiū: & illa habet locum quando libertus patronū in ius venia non impetrata, vel filius patrem vocat, vt C. de in ius voc. l. ij. & hîc in vers. veluti. & est pœna illius 50. aureorum: vt ff. de in ius voc. l. pen. Forma ergo libellum sic in hac actio. Dico ego A, contra B, libertum meum, q ipse me vocauit in ius nō impetrata venia: & ideo incidit in edictum, & tenetur ad pœnā 50. aureorū. vnde proponēdo contra ipsum B, act. in factū, peto eundem mihi condemnari in 50. aureis nomine pœnę. Et erit causa istius actionis, quia me patronū in ius vocauit, non impetrata venia quæ proponi potest loco actionis. Et eodē modo si pater agat cō tra filiū, hac actione formatur libellus. Sed caue, quia hæc actio nō datur contra filiū, qui est in potestate: quia etiam impetrata venia non posset patrem in ius trahere: vt C. de in ius voc. l. si. qua nulla lis inter patrem & filiū esse potest, nisi de castrensi peculio, vel quasi: vt ff. de iu. l. lis nulla.

quea actiones Prætor penè b * multas ex sua iurisdictione introduxit, veluti aduersus eum, qui quid c ex albo d eius corrupisset e: & in eum f, qui patronum g, vel parentem

*bene.

¶ a Pœnales quoque. Dictum est s. de prætoriis rei persecutoriis, nunc de pœnalibus prętoriis. Sed quę est differentia inter pœnales, & rei persecutorias? Resp. multæ: quia pœnales prętorię sunt annales, excepta actione furti: vt j. de perpe. & temp. act. in princ. sed rei persecutorię sunt perpetuę: vt ff. de act. & obli. l. in honorariis. Item pœnales odiosę sunt rei persecutorię non: vt ff. de pœn. l. interpretatione. Item pœnales non transeunt cōtra hęredes, nisi aliquid ad eos peruenit, vel lis sit contestata: vt C. ex deli. defun. l. j. sed persecutoriæ sic: vt ff. de actio. & oblig. l. ex contractibus. Item vbi plures tenentur rei persecutoria, vno soluente, cęteri liberantur: nō ita in pœnali: vt C. de condict. furt. l. j. & ff. de lib. cau. l. vlt. & ff. ad leg. Aquil. l. item Mela. §. si plures. Accur.

¶ b Penè. id est ferè. Vel melius dic, quòd abundat: nam verè multæ sunt, & sanè in vetustis codicibus non habetur, & prorsus vacat.

ADDITIO. Vetus liber D. Germani Colladonii habet Bene multas, quod sine dubio rectum est, & reponendū.

¶ c Quid. id est, aliquid.

¶ d Ex albo. Erat enim albū, dealbatio quędam posita in loco eminenti, vt apparet in authen. de lit. §. omuem, ibi, voce enim præconum, &c. in quo albo erat scriptum, vel de citando aliquo, vel de alio precepto generali, vel speciali: vt ff. de albo scrib. l. j. & ij. ff. de iuris. om. iud. l. si quis id.

¶ e Corrupisset. Vel positum sustulisset, quanuis non corruperit: & siue per se, siue per alium: & tunc ambo tenentur, nec vnus liberat alium, & est in quinquaginta aureos, vt d. l. si quis. & l. sequenti. tenetur etiam ille corruptor lege Cornelia de falsis: vt ff. ad legem Corneliam. de falsis. l. pen. cuius pœna est deportatio, & omnium bonorum publicatio, in seruis etiam vltimum supplicium: vt ff. ad legem Corneliam de falsis. l. prima. in fin.

¶ f In eum. scilicet filium, vel libertū datur actio in factum: quæ est similiter pœnalis (vt superior) in quinquaginta aureos quæ datur patrono, vel patri: & si libertus non possit soluere dictam pecuniam, castigabitur. Idem fortè in filio, licet noxaliter non detur: vt ff. eo. scilicet de in ius voc. l. pe. & j. de noxa. in fin. superior tamen punit solum dolum, hîc solum factū considerat, vt C. de in ius voc. l. venia.

¶ g Patronum. Subaudi vel patronam: item filios, & parentes eorum: vt ff. de in ius voc. l. iiij. §. j. Et accipe hîc patronū, qui manumisit: vel pro quo iudicatū est in causa ingenuitatis, & libertinitatis. Vel si ex causa fideicōmissi manumisit. Vel si emit eo pacto, vt manumitteret, & manumisit, vel non manumisit, sed ex constitutione diui Marci peruenit ad libertatem: vt ff. de in ius voc. l. adoptiuum. §. j. & l. is quoque. & l. sed & si hac lege. Item liberos patroni, accipe mares & fœminas & parentes etiam adoptiuos: vt d. l. sed & hac lege. §. liberos quoque. & §. parentes. Accur.

¶ a Vel

tem a in ius vocasset b, cùm id non impetrasset c. Item aduersus

a Vel parentem. Et hîc accipe marem, & fœminam, & vsque in infinitũ: vt etiã si Adam viueret, non posset vocari in ius sine venia. Item non refert, si sunt legitimi parentes vel naturales, vt ff. de in ius voc. l. iiij. §. j. ij. & iij. l. parentes. & l. patris. & l. adoptiuum. in princip.

b In ius vocasset. id est, iuris experiendi causa vocasset: vt ff. de in ius voc. l. j. & hoc siue causa sit ciuilis, siue criminalis, multo magis: nã & tũc, scilicet quando causa est criminalis, etiam cum venia non potest, quia nõ conceditur: vt ff. de in ius voc. l. sed & si. §. prætor ait. & ff. de accus. l. qui accusare. in fi. & l. hi tamẽ. §. ij. Sed quid si solùm libellum dedit? Resp. non incidit in hoc edictum: vt ff. de in ius vocan. l libertus. ij. Item quid si non veniat vocatus? Resp. semper incidit, sed facilius remittitur hæc pœna, quando vocatus non venit: vt ff. de in ius vocan. l. quanuis. Sed quidam dicunt vocantem nullo modo cadere in edictum, si vocatus non venit ex prædicta l. quanuis. & hoc ideo: quia verba cum effectu sunt accipienda: vt ff. ne quis eũ, qui in ius vocatus est, vi exi. l. pen. §. docere. sed prima sententia verior est: quia in d. l. quanuis, non dicit, quòd non incidat in edictũ, sed quòd non remittitur pœna, nisi causa cognita. Item nunquid hæres potest vocare in ius sine venia? Et certè si extraneus est, potest: vt ff. de obseq. præstan. à liber. l. hæres. filius non potest vocari in ius sine venia. Sed quare secus in hęrede liberti, & in hærede patroni? Respon. in primo odium versatur, quod debet restringi: in secundo fauor, qui debet prorogari: vt ff. de lib. & posth. l. cùm quidam. Item si alter agat tutorio nomine, vel curatorio. arg. ff. de in ius vocan. l. sed si hac lege. §. fi. & l. quæsitum. Ratio: quia nemini officium suum debet esse damnosum: vt ff. quemad. testa. aper. l. sed si quis ex signatoribus.

c Cum id non impetrasset. id est, nõ petisset, & non accepisset. debet enim à Prętore sic petere: Domine, permitte mihi, vt possim conuenire patrem vel patronum meum, vt colligitur ĩ. de pœ. te. litig. §. fin. & ff. de in ius voc. l. iij. & iiij. §. j. illud etiam quæro an hæc postulatio veniæ debeat fieri in personis omnium, qui in ius vocari non possunt, qui enumerantur. ff. de in ius voc. l. ij. & si non fiat, quòd cadat in pœnam? Quidam dicunt quòd sic, nos quòd non: quia hæc pœna in eum tantum statuitur, qui incidit in edictũ: at illæ personæ in edicto non continentur: quod maximè probatur ex hoc §. Aliter tamen puto eos puniendos, prout placuerit iudici, ad similitudinem istorum. Sed nunquid hęc petitio hodie est correcta, vt quia habẽt hodie liberti ius natalium & regenerationis: vt in authen. vt lib. de cæ. §. j. Respond. non: quia & ibi reseruantur iura patronis: maximè obsequialia, quæ natura debentur. Superiora quãtum ad libertum plana sunt., in filio distingue, aut erat emancipatus, aut in potestate: si emancipatus erat, habent locum superiora: si verò in potestate, tunc nec cum venia nec sine venia potest conuenire patrem: vt C. de in ius voc. l. fin. & ff. de act. & oblig. l. actiones. nisi pro castrensi, vel quasi castrensi peculio: vt ff. de iu. l. lis nulla. & tunc cum venia: vt ff. de in ius vocan. l. adoptiuum. §. j. & hoc cum agit contra patrem. Si autem cõtra extraneum, tunc secundum vetera iura tantùm quinq; actiones filiofamiliâs cõpetebant: vt ff. de act. & oblig. l. filiusfamilâs. & l. in factum actione. Sed hodie omnes venientes ex aduẽtitia causa, vt dixi ĩ. per quas perso. nob. acq. §. j. Item quęro, quis iurabit de calumnia, cum filiusfamiliâs in iudicio erit? Respon. si filius emãcipatus, petita venia*, patrem conueniat, iurabit filius, si maior est, aliâs curator ei dabitur ad litem: vt in auth. vt lic. mat. & auię. §. j. in fi. col. viij. si autem fit in potestate patris, & agat de castrensi, vel quasi castrensi peculio: tũc iurat filius, cum paterfamiliâs habeatur, vt ff. ad Mace. l. ij. si verò esset minor, daretur curator liti, non personæ: cùm sit in potestate: vt C. de fur. l. fin. in princip. & de bon. quæ lib. l. fina. §. si autem pro patre. Si autem contra extraneum agat filius, si agat pater eius nomine, pater iurat: vt C. de iureiuran. propter calumn. dando. l. ij. §. quod obseruari. Si filius, fortè patre absente, vel secundum veteres leges in quinque

* ast de & obtenta vt hîc in textu Praeci*.

casibus, vel secundum nouas in omni aduentitia causa iurat filius, cùm suo nomine agat:& maior est, si modo pater in aduentitiis non habet vsumfructum : aliâs pater ageret,& responderet, & iuraret: vt C.de bo.matri. l.j.in princ. vbi verò filius iurat, licet pater non habeat vsumfructũ,debet pater cõsentire filio agenti,& respõdenti:vt C.de bon.lib.l.fin.in princ.

eum a, qui vi exemerit eũ,qui in ius vocaretur, cuiúsve dolo alius exeme-

ADDITIO. De isto iuramento vltra hanc glo.vide per glo.in l.ij.quod obseruari.C.de iureiuran. propter calumn.dan.

a Item aduersus eum, cùm scilicet datur actio in factum pœnalis:vt ecce cùm vocarem Titium in ius,qui tenebatur mihi actione temporali,dum esset in itinere,detinuisti eum vi: vel capiendo eum per personam,vel faciendo dolo:vt alius eum detineret,& tantum, quòd dies actionis meæ exiuit: teneris enim mihi quanti iurauero in litem,& sic est actio pœnalis ex parte mea,quia vltra rei veritatem fortè iurabo:& ex parte tua,quia das mihi aliquid,& tibi nihil adest : vt ff.ne quis eum qui in ius vocatus est vi exi.l.penul.§.j.Super hoc §.j.quæro,cùm duo sint tituli,vt ff.ne quis eum, qui in ius vocatus est vi ex.& álius tit.de eo per quem factum erit, de quo fit mentio in hoc §? Respon.de primo:quia inde oritur actio vt vtraq; parte pœnalis, vt dictum est: sed ex alio est pœnalis ex parte rei tantum : cùm ad interesse actoris detur:vt ff.de eo per quẽ fact. erit.l.fin.primo respon. Item primus de quo fit mentio hic consuluit actori tantùm:vt patet in l.j. & iiij. §. eximere.ff.ne quis eum,qui in ius voc.est vi exim. At secundus consuluit & vocato non solùm vocãti:vt ff.de eo per quem factũ erit.l.j.§.si reus.in fi. & l. fi.primo resp. Item primus habet locum,quando aliquis exemptus est ante satisdationem , & post in ius vocationem: sed secundus post satisdationem, scilicet factam in iudicio sisti,& alias quæ firmãt iudiciũ,vt ff.de pręt. stip.l.j.in princ. Et patet hæc differentia ex ordine illorum titulorũ. Item primus, quando vi exemptus sit quis: at secundus etiam si siue vi:vt patet in l.j.§. si dolo. de eo per quem fact.est. & tit.ne quis eum qui.l.j.&ij.in fi.Vel satis dici potest, quod de vtroque hic loquitur: quia licet duo sint illi tituli , tamen de vno edicto sunt. Item & quod dicatur pœnalis actio etiã illa, quæ ex vna parte tantùm est pœnalis. Super hoc.§.secũdo quæritur, Nónne per conuentionem solã etiam iure veteri perpetuabatur actio : vt ff.de act.& ob.l.constitutionibus. non solùm per noua iura,vt ff.de præscr.xxx.anno.l. cum notissimi.& l.sicut? Resp.hîc non per executorem,sed per suam denuntiationem eum conuenerat. Vel verbum quasi , positum in d.l.cõstitutionibus,assertiuè ponitur,non similitudinariè : & secundum hoc hodie esset correctum,quod hîç dicitur. Vel dic, quòd talis fuit conuentio in illa.l.cõstitutionibus. quæ pro lite contest.habebatur , vt quia actio erat temporalis, & libellus fuit principi datus : vt C.quand.li.prin.da.li.contest.faç. l.j. & ij.Vel dic secundum Io.quòd leges veteres circa personales actiones loquuntur,vbi non perpetuãtur per executorem : sed lex illa, cùm notissimi. & l.sicut in rem. loquuntur in reali: vnde adhuc etiam hodie non corrigitur,quòd hîc dicitur.

ADDITIO. Hanc etiam impugnãt doct.quia d.l.sicut.& d.l.cum notissimi. loquuntur tam in personalibus, quàm in realibus,secundum Iaco.

LIBELLVS IN ACTIONE; In factum contra eum qui debitorem &c.

Præterea datur actio in factũ contra eum , qui debitorem alicuius vocatum in ius vi detinuit, vel dolo detineri fecit, vt ipse liberaret eum , à temporali obligatione , qua obligatus esset. & datur in ipsum actio inquantum actor iurauerit in litem cõtra ipsum:vt ff.ne quis eum,qui in ius vocan.est vi exi. l.pen. §.j. Et formatur libellus in hunc modum : Dico ego A. contra B. quòd ipse debitorem meum in ius vocatũ vi detinuit , quo minus in iudicio compareret , vt ita liberaretur debitor actione , qua mihi tenebatur.vnde proponendo actionem in factum contra ipsum B. peto eundem B. quantum in litem iuraue-ro mihi condemnari. Et causa istius actionis

actionis eſt: Quia vi exemit à iudicio meũ debitorem, & ita actione qua mihi tenebatur, liberatus eſt: quam cauſam ſufficit proponere loco actionis. Eodem modo formatur contra eum, qui procurauit, vt alius eximeret. Sed quid, ſi non vi, ſed alio modo procurauit, quo minus veniret? Dic ꝙ tunc habet locum actio in factum, quæ procedit ex eo edicto, Per quem factum erit quo minus in iudiciũ veniret, & datur ad intereſſe actoris: vt ff. de eo per quem fac. erit. l. fi. §. reſponſ. Et hæc eſt differentia inter hãc actionem & ſuperiorem, quæ deſcendit ex eo edicto, Ne vis fiat ei &c. Et in vtraque eodem modo formabis libellum, ſed in prima facies mentionem de vi, in ſecunda nequaquam.

*in factum actiones T.

...rit, & alias innumerabiles a *.

¶ *Actiones quibus quæritur, an quis ſit liber, an ſeruus, libert' an ingenuus, filius, an non præiudiciales in rem ſunt: quarum prima ciuilis eſt, reliquæ verò prætoriæ: ideo ic*

ADDITIO. Inuitos autem homines in ius ducere licebat: vt patet ex Plauti Perſa, hic ab Hotomano citata: Vnde, inquit, Nonius Marc. in ius vocare, pro trahere accipitur. quod etiam arguitur ex l. quanuis. ff. eo. vbi de patrono inuito, aut non inuito in ius vocando ſpecies refertur, & quòd certæ quædam perſonæ, eæque perpaucæ, excipiuntur, quas inuitas vocare non licet, vt qui in domo ſua eſt. l. plerique. & ſeq. ff. eod.

¶ a Innumerabiles. Imò numerari poſſunt. ſed dicũtur innumerabiles, quia de facili non poſſunt numerari: vnde dicitur non poſſe fieri, quod vix fieri poteſt: vt ff. de verb. ſig. l. nepos Proculo. Enumera ergo aliquas, vt eſt actio in factum de calumniatoribus: de qua dicetur ꝉ. §. quadrupli. Itẽ actio, quod metus cauſa. Item furti manifeſti. Item ſerui corrupti in duplum: de quibus dicemus ꝉ. eo. §. omnes autem actiones. Sunt & aliæ in factum, vt de effuſis, & eiectis, & de appenſis: vt ff. de iis, qui deie. vel effu. l. ſi verò. §. Prætor. Et aliæ multæ ſunt quas enumerare non expedit. Accur.

Actiões pœnales prætoriæ ſunt multæ.

¶ Præiudiciales autẽ. CASVS. Quoniam dominus Imperator ita nos hoc conuiuio excepit, vt inanes quàm ſatiatos dimittere malle videatur, demus operam vt adoleſcẽtium ſtudia, quantũ in nobis erit, iuuemus. Aurelius poſtulabat operas à Fannio, quaſi liberto. Fannius ſe liberum defendebat. Prætor coget Fannium ſponſionẽ facere, Ni ſuus libertus ſit, eique actionem dabit: quæ ideo dicitur Præiudicialis, quia valde præiudicat futuræ cauſæ. nam ſi libertus iudicat' ſit Fannius, in ſequẽti iudicio Aurelius probationis cauſa hãc ſententiã proferet. Item Diuortio facto Terentia poſtulat à Tullio, vt partum alat: ille ſuum eſſe negat. Prætor Terentiã coget ſponſionem facere, Ni Ciceronis ſit filius, eique actionẽ dabit: quæ ideo præiudicialis vocatur, quia cauſæ inſequenti (vt res oſtendit) magnũ affert præiudicium. Cor. Vib.

¶ Not. ꝙ iſtæ tres actiones præiudiciales dicũtur habere cauſam ſtat', quia ipſa eſſentialis conditio hominis vertitur in quæſtionem. Item, ꝙ iſtæ tres actiones dicũtur prætoriæ, & in rem. Item quòd tres ſunt cauſæ ſtatus. Syl.

LIBELLVS IN ACTIOnibus præiudicialibus.

¶ Hic loquitur de præiudicialibus actionibus. Et primò videndũ eſt de illa, qua quærit, an aliquis ſit liber, vel ſeruus: & habet locum, quãdo aliquis vẽdicat ſibi in ſeruum eum, qui eſt in poteſtate, & poſſeſsione libertatis: vel quando is, qui eſt in poteſtate ſeruitutis, vẽdicat ſibi libertatem. In primo forma ſic libellũ, Dico ego A. contra B. quòd licet ipſe B. ſit in poſſeſsione libertatis, eſt tamẽ ſeruus meus: vnde vendico ipſum in ſeruitutem, & peto eundem mihi adiudicari. Et ecõtra ſi B. ſit in poſſeſsione ſeruitutis Titii, ſic formabitur libellus: Dico ego B. contra C. quod licet ipſe C. me poſsideat in ſeruitute, ſiue in libertinitate: liber tamen ſum: vnde vendico me in libertatem, & peto me liberum pronuntiari: & ipſum C. ne me impediat vti libertate, mihi condemnari. Item forma ſic libellum in illa præiudiciali, qua quæritur, an aliquis ſit libertus vel ingenuus. Dico ego B. contra C. quòd licet ſit in poſſeſsione ingenuitatis: tamen eſt libertus meus: vnde vendico ipſum in libertum, ſiue in libertinitatem, & peto ipſum tan-

quam libertum meum mihi adiudicari. & econtrà si à B. possideatur vt libertus, proponetur sic libellus: Dico ego C. contra B. quòd licet possideat me vt libertum: tamen sum ingenuus, vnde vendico me in ingenuitatem, & peto me ingenuum pronunciari: & ipsum B. ne me impediat vti ingenuitate, mihi condemnari. Item in illa preiudiciali, qua queritur, an quis sit filius alicuius, an non, formabitur libellus hoc modo: Dico ego A. contra B. quod licet ipse sit in possessione sui iuris: tamē filius meus est: vnde vendico ipsum in filiū, & peto eum in filium mihi adiudicari. E conuerso formabitur sic libellus: Dico ego A. cōtra B. quod licet ipse possideat me in filium: tamen dico me nō esse filium eius: vnde vendico me in propriam libertatem, & peto me non filium eius iudicari, & ipsum A. ne me impediat vti propria libertate, vt extraneum mihi condemnari. Istæ autem actiones dicuntur præiudiciales, vt hîc. quia preiudicant omnibus aliis actionibus, vel quæstionibus, siue criminalibus, siue ciuilibus: quia primò queritur, &c. vt ff. de origin. iur. l. j. & ij. in princip. & ff. de ordin. cognitio. per totum.

dictæ, quia magnu in eis præiudicium versatur, cùm per eas de statu hominis quæratur,

interea sileant qua diu hæc ventilantur.

¶ a Præiudiciales. Pro constanti ponit, quòd hæ prætoriæ sunt: cùm in tractatu prætoriarū ponantur: & sunt in rem, quia res petitur, & vendicatur. Vnde quæritur, quare non posuit has §. inter reales pretorias? Respon. quia quædā de eis est ciuilis. vnde eius occasione, & de cæteris hîc dicere reseruauit. Et sunt tres. Prima est, per quā queritur, an aliquis sit liber, subaudi, vel seruus. Secunda, an aliquis sit libertus, sub. vel ingenuus. Tertia est de partu agnoscēdo, per quam queritur, an quis sit filius vel non: vt omnia cōsequatur, quę filius à patre consequi debet, aliâs autem agitur de partu agnoscendo propter alimenta tantùm. & tūc filiationi nō preiudicatur, quia summatim queritur: vt ff. de lib. agno. l. j. §. Iulianus. & l. si quis à liberis ali. §. si vel parens. & ff. de iis, qui sunt sui vel ali. iu. l. si iudex. licet videatur cō tra. C. de ord. cog. l. ij. §. fin. sed dic, vt ibi. Sed dicunt quidam & malè, quòd tantùm duę sunt, & de duabus primis faciunt vnam hoc mòdo, an aliquis sit liber, id est ingenuus, vel libertus, & hęc vna. Aliā verò de partu agnoscendo non mutāt. Sed prima opi. verior est: cùm sit commodius singulas causas singulis appellationibus distingui: vt suprà quib. mod. test. infir. §. alio autē modo. Item quia posteà dicit, Cęteræ verò, &c. & ita loquitur de plurib[9], excepta vna. In prima ergo vbi queritur, an sit liber vel seruus: dico, q̄ siue seruus agat contra dominum, dicens se esse liberum: siue econtrà dominus contra seruū: & seruus sit in possessione libertatis: q̄ hęc actio in rem, quę intenditur, est præiudicialis: vt ff. de libe. cau. l. liberis. §. fi. Item dico siue patronus vendicet libertum in libertinitatem, siue libertus se vendicet in ingenuitatem: vtraque est preiudicialis: vt ff. si lib. inge. esse dica. l. fi. in prin. & §. fi. Intenditur etiam hoc casu officium iudicis, vt ff. de iureiur. l. si duo patr. in prin. & ff. si lib. inge. esse dica. l. j. & ij. & de rei vēdi. l. j. §. j. Idem dicas in tertio: vt siue agat pater petendo filium in filiationem, vel filius dicat se non filium, erit preiudicialis & directa hinc inde. Sed quidam dixerunt, quòd directa datur patrono parenti, & domino: sed illa, quæ datur liberto, filio, & seruo est cōtraria: quod nulla lege cautū inuenitur. [Vide ad hāc gl. Dec. in l. in actionibus in gl. in verb. bonę fidei. ff. de in lit. iur. Syl.] Licet alię quędam inueniantur directæ, & contrarię, vt mandati, depositi, & similes. Sed qualiter formantur libelli in his? Resp. sic, Peto Ioan. in filium meū iudicari: vt mihi patri debitam prestet reuerētiam, & alia que patribus à filiis debentur. & idem in patrono & ex tunc lata sententia alimenta patri, & patrono prestabuntur: vt ff. de lib. agnosc. l. si quis à liberis. in princip. §. solent. quia sententia pro veritate accipitur: vt ff. de stat. homi. l. ingenuum. Et probatur hæc libelli formatio. C. de fideicommiss. l. j. in seruo, & domino sic, Peto in seruum meum talem pronunciari: quia eum meum dico. Econtrà seruus,

seruus, vel libertus, vel filius dicet, Peto me non inquietari à Titio, qui me in seruum, vel libertũ, vel filium tenet, quia me tali vinculo non subesse dico: vt C. de ing. & ma. l. diffamari. Vel sic, Peto vt ingenu⁹, vel liber, vel non filius pronuntiet contra Titium: quia sic se rei veritas habet.

actiones in rem esse videntur: quales sunt, per quas quæritur, an aliquis liber, vel libertus sit, an ser-

Et differt hæc ab ea, qua petit pater filium in potestatem ex iure Romano: cùm ibi tantùm de potestate quæratur, hîc autẽ de filiatione: vt ff. de rei vend. l. j. §. j. & hîc dicitur. Item hęc pretoria, vt hîc: Illa ciuilis. Quib⁹ autẽ modis filius possit peti, diximus s. de pat. pot. §. ius autẽ potestatis. Itẽ quare dicũtur præiudiciales? Respõde secundùm quosdam: quia in modũ exceptionis proponũtur, & ita præiudicant: vt si agas contra me hæreditatis petitione, & ego obiiciã tibi: ꝙ sis seruus defuncti, vel quia ipse defunctus seruuus fuit: vt ff. de pet. hær. l. si quis libertatẽ, tũc non esset lis inter nos: vt ff. de iud. l. lis nulla, & s. de ob. quæ ex delict. §. ij. qui etiã facit pro hac sententia. C. de ord. cog. l. j. & de pet. hæred. l. liber. & si liger ingenuus esse dicatur. l. fi. Alij dixerunt ideo dici præiudiciales, quia sentẽtia lata super his, fit præiudiciũ omnibus aliis quæstionibus: vt ff. de statu hom. l. ingenuũ, & ff. de lib. agn. l. j. §. final. & l. ij. Sed certè secundùm hoc etiam querela inofficiosi testamẽti dicitur præiudicialis: quia præiudicat aliis quæstionib⁹: vt ff. de inoffic. testa. l. Pap. §. fi. Sed cõtra hãc sentẽtiã est ff. de libe. cau l. si seruus. Sed ibi nõ fuit pronũciatus ingenuus, vel collusio ibi fuit. Vel dic secundùm Ioannem, quòd præiudiciales ideo dicuntur, quia omnes aliæ quæ. interim inter eas personas mouentur, debent silere: vt C. de ordi. cogn. l. j. & iij. & ff. de libe. cau. l. ordinata. & ad hoc facit optimè ff. de noxa. l. penul. j. respon. Nisi esset talis causa, quæ ageretur, etiamsi constaret eum esse seruum, quod est quandoque: vt ff. de iud. l. vix. Sed secundum hoc cùm quæritur inter patronum, & libertum de libertinitate: non est hæc quæstio præiudicialis, cùm aliæ quæstiones interim inter eos possint exerceri, venia tamen petita: vt supra eodem. §. & in eum. Sed dic quod illæ quæstiones quiescunt, quæ non competerent, si constaret eum esse libertũ: vt ff. de in ius voc. l. sed si hac. §. pen. & l. fi. Item quid si nulla alia quæstio mouetur: nónne tunc istæ dicũtur pręiudiciales, cùm nõ habeant cui præiudicent? Azo dicit quòd non. Sed Ioan. cõtra. Inspicitur enim aptitudo quia habilis est esse præiudicialis, sicut Augustus dicitur, licet nõ semper augeat: vt s. in tit. procœmij. Itẽ nũquid sunt plures præiudiciales, nisi tres? Resp. sic: vt hæreditatis petitio. Nam & tunc cessant omnes aliæ quæstiones, donec ista intẽditur, vt ff. de pet. hær. l. si quis libertatẽ. & l. diuus, in fin. l. licet hodie cõtrariũ sit. vt C. de pet. hær. l. fi. §. j. & ij. Itẽ quo iure adscriptitij, coloni, censiti, & similes petuntur? Resp. vtili præiudiciali, non directa: & ipsi coloni si petũt in libertatẽ contraria præiudiciali vtili, non directa. Ideo vtili: quia liberti sunt non serui: vt in auth. de sanct. episc. §. adscriptitios. & §. si seruus. Itẽ ideo præiudiciali: quia parũ à seruis distant quo ad seruitia, quæ facere debẽt: vt C. de agri. & cẽsi. l. ne diutius. lib. xj. Sed alij dicunt, ꝙ officio iudicis petuntur, & petunt: vt C. in quib. cau. coloni, cẽsi. domi. acc. pos. l. j. lib. xj. Sed certè officiũ iudicis non potest locũ habere ad futuras pręstationes: vt ff. de vsu. l. j. Alij dixerũt habere locũ negatoriã & confessoriã vtilẽ: vt quæ datur directa in seruitutibus aliis, hæc vtilis hîc detur: quod nihil est. Item si quis ad aliqua annua seruitia teneatur: quo iure petitur, vt cõdemnetur, vt præstet in posterũ, & ipse quo iure petit absolui? Resp. satis puto, quòd iudicis officio hoc fiat: siue promissa fuerint hæc seruitia, siue ex cõsuetudine debeãtur hæc seruitia, siue ipsa præstita longo tẽpore ex promissione petuntur: vt ff. de vsur. l. cum de in rem verso. quæ promissio probabitur ex longo vsu, vt ibi.

[illegible] Et not. quòd verba sententiæ, Condemno te ad soluendum par caponum tali domino omni anno, secundùm quod tui antecessores fecere: nullam penitus conditionem faciunt, sed cõdemnatus simpliciter tenetur: vt per Barto. in l. eum qui. §.

Iulianus. ff. de consti. pecu. & in extrauag. ad reprimen. in versi. prout.

¶ a Ex quibus. s. tribus præiudicialibus quæstionibus.

¶ b Ferè. Ferè ideo dicit, quia in ciuilib⁹ quæstionibus quatuor considerantur, scilicet actor, reus, iudex, & ipsa res. Hic autem est idẽ qui conuenit & cõuenitur, & res. Vel ideo quia Prætor introduxit de partu agnoscendo, & à senatusconsulto confirmatur.

¶ c Legitimam. s. de iure ciuili.

¶ d Liber sit. Subaudi vel seruus.

¶ Sic itaque aduerte diligenter quòd hic §. difficilis sic clare potest sũmari. Actor. pro re sua non potest intentare actionem personalẽ ad dãdum contra aliquos, nisi contra fures: contra quos omnis condictio degenerat. Sic declaro: quia cõdictio non competit, nisi quando dominium est translatũ. sed in furem dominium rei subtractæ non transfertur: & tamẽ condictione furtiua ipse tenetur: igitur condictio degenerat. Et ex hoc habes, quòd nemo potest condicere rem suam, præterquàm à fure. Vel sic & clarissimè summatur: Qui debet intentare actionem realem, non potest intẽtare personalem, cum sint distinctæ. hoc dicit. Et diuidit iste §. principaliter in tres partes. Primò ponit regulam generalem illatiuam ex præcedentibus, secundum glos. sed secundum doct. epilogatiuam. Secundò ponit vnam fallentiam, ibi, Planè. Tertiò naturam actionum realium & personaliũ, & earum differentias, ibi, Appellamus. Itẽ prima subdiuiditur; quia primò ponitur quædam illatio, seu epilogatio, ex supradictis. Secundò ponit rationes. Secunda ibi, Nec enim.

CASVS. Quę sit inter actiones in rẽ & in personam differentia, copiosè explicatum est. quęro nunc ita distinctis separatísque actionibus, quænam sunt alteri atque alteri speciei attributæ formulę? non enim omnes periti rerum & callidi esse possunt, vt sua iusta suásque postulationes rectè possint literis mandare. Respondet olim à prudentibus & peritis viris conceptas fuisse formulas actionum. nam actionis personalis hęc erat formula, Aio te mihi centum (puta) dare oportere. & quum à Prætore eam impetrassem, Prætor iudicem dabat, cui sic mãdabat, Si apparet, vel si paret vel si pareret Quintium debere Sextio centum, tanti eum damnato. Actionis autem realis formula hec fuit, Aio hãc rem ex iure Quiritum meam esse. quæ quũ esset à Prætore impetrata, tum Pretor iudicẽ dabat, cui sic imperabat, Si apparet fundũ, quo de agitur: esse Antonij, neque eum possessor Luci⁹ restituat, Lucium dãnato, Quę quum ita sint, satis cõstat quũ in rẽ agere volumus, personalis actionis formula vtẽdũ nõ esse. Nec enim, &c. Quanquam ab hoc generali precepto fures excipiuntur. Nã si Titius mihi meã rẽ subripuerit, duas ei⁹ rei actiones habebo, & in psonã. s. & in rẽ, & vtriusq; formula vtẽs dicere potero, Aio te mihi dare oportere, & Aio hãc rẽ meã ẽe. C. Vib.

¶ Not. ex tex. q dare, est dominium trãsferre. Itẽ, quòd illud qđ est meũ, nõ pôt ampli⁹ effici meũ. Itẽ q odio furũ introductũ est, vt domino detur actio personalis. Itẽ ibi, extra pœnã, secũdum Ang. q duplum vel quadruplum est totum pœna: & in eo nõ venit simplum rei sublatæ. Syl. Aldo.

uus*: vel de partu agnoscendo. Ex quibus a ferè b * vna illa legitimã c causam habet, per quã quæritur, an aliquis liber sit d: cæteræ ex ipsius Prætoris iurisdictione substãtiam capiunt.

¶ *Actione personali rem suam nemo dominus prosequi- ... nisi quis forte à fure ... rẽ suam condicat*

*habet. *certè.

LIBELLVS IN CONDIctione certi generalis.

¶ Hic tangitur de condictione, & primò dicendum est, quòd est quædam condictio certi generalis, quæ datur pro omni eo, quod debetur: vt ff. si cer. pet. l. certi. & in ea forma sic lib. Dico ego R. contra L. quòd ipse mihi debet equum ex causa emptionis: vnde proponendo cõtra ipsũ L. condict. certi, peto eundem L. ad traditionem equi ex causa præmissa mihi condemnari. Eodem modo forma lib. in ista generali condict. si ex aliqua alia causa tibi certum debeatur.

LIBEL-

LIBELLVS IN CONDICTIONE SPECIALI. [cialis.]

¶ Item sunt aliæ cōdictiones speciales: vt cōdictio certi ex mutuo cōdict. certi ex stipula. cōdi. in deb. sine causa, & similes, in quibus formāt lib. sicut in generali condictione. sed tantūmodo in cōdictionib⁹ generalibus assignatur causa: quia alicui nō datur aliqua cōdictio ex re sua, sed tātùm pro eo, quod debetur ex causa alia, nisi ex causa furtiua. illa enim pro re sua tantummodo datur contra furem, & eius hæredem: & est speciale in ea, vt pluribus acti. teneatur fur: vt in hoc §. sic itaque. & ff. vsusfruct. quemad. ca. l. fi.

¶ a Sic itaque. Formatur, hoc itaque ex illa diuisione, quæ fit. s. eod. §. j. q. d. dictū est, quæ sunt in rem actiones, & quę in personā: itaque sic eis discretis. i. separatis, & diuisis, patet ꝙ hæc regula est vera: q. a personalis actio, quæ cōpetit ad dandum, non cōpetit pro re sua alicui, vt hic. Ideo dixi, ad dandū: quia ad tradendū bene pōt dari actio personalis: vt cōmodati, depositi, & similes. & ita est vis inter dare & tradere, vt hic subiicit: & ff. de act. empt. l. ex empto. in prin. & ff. de ver. obl. l. vbi autē. in fin. & l. si rē tradi. & l. nemo. & qđ subiicit si apparet. i. q. a apparet eum dare oportere, & ita agitur in personā, vt aliquid detur. Sed quidam dicunt: vt P. quod hæc verba, si apparet eū dare oportere, sunt nōmina cuiusdam actionis. Accur.

Actio ad dandum & ad tradendū differunt.

¶ Adde quòd Vldar. Zas. hic exponit apparet, id est, videtur: vt sit sensus, ac si videretur eū dare oportere: qui intellectus mihi non placet: quia tandem se resoluit in intellectu Dyni, qui voluit hanc esse formulam verborum. Syl.

ADDITIO. Dic quod istud quod hic dicit glos. secundum Pla. nihil est dicere, sed text. vult. dicere, si apparet, id est si agat dare oportere: quia medium concludendi non debet esse istud, sed ad tradendum vel constituendum: vt dicit gloss. Ang.

¶ Sic itaque a discretis actionibus, certum est nō posse actorem suam rem ita ab aliquo petere, SI APPARET* cū dare oportere. Nec enim quod actoris est, id ei dari oportet b: scilicet quia dari cuiquā id intelligitur, qđ ita datur, vt eius fiat: nec res, quæ iam actoris est, magis c eius fieri potest. Planè o-

* paret.

¶ b Oportet, id est oportet quòd non detur, est enim impossibile quod detur, vt subiicit: quia dare est accipientis facere: vt subiicit. nec res quę, &c.

Dare est accipiētis facere.

ADDITIO. Quod ait SI APPARET, formula est iudicii à Prætore iudici præscripta. Prætor enī de facto nō cognoscebat, sed iudicem Recuperatorésve dabat, qui cognoscerent. Cicero pro Q. Roscio, Quid est in iudicium? directum, asperum, simplex SI APARET. sestertiū quinquaginta millia dari oportere, sic enim legendum esse docuit Hot. in suis in illam Orat. comm. Item in Diuin. Iudiciū dat statim, Si pateret eā se & sua Veneris esse dixisse. Item Verrina. 3. Si pateret aduersus edictum fecisse, &c. Sed hæc formula nō dabatur nisi in iudiciis stricti iuris: vt Hoto. hic docuit, & in §. actionū. ax præterea in d. Orat. pro Q. Roscio, quę Oratio legi debet ab eo qui hāc materiā cupit intelligere. Dicebāt etiā, SI PARET: vt Verg. iiij. Si paret fundum Capenatem, quo de agitur, ex iure Quiritum P. Seruilij esse, &c. sic enim legendum ibidem Hotom. docuit ex titulis Vlpiani.

¶ c Magis. Sed opponitur, pluries deberi pōt: vt ff. de exe. rei iud. l. & an eadem. §. actiones. in fin. §. ergo pluries dominiū pōt fieri meū. Sed non sequitur. nā licet pluries debeatur, tamen semel facta sua nō debet pl⁹ fieri sua: vt ibidē dicitur, &. ff. de acquir. poss. l. iij. §. ex plurib⁹. & s. de leg. §. sed & si rem legatarij. nisi iterū desineret esse sua: vt ff. de verbo. oblig. l. si rem meā. ¶ Declara, quòd illud quod meū est, non potest amplius effici meum, hoc verum ex causis successiuis; secus ex causis eodem tempore concurrentibus. l. si creditori. §. Marcellus. ff. de leg. j. Item potest stipulari, si mea esse desineret. l. si rem meam. ff. de verbo. oblig. Item hoc verum quando plenè est mea: secus si haberem vtile tantùm dominium: quia possim quærere directum: & ita etiam si res non esset perfectè mea. Syl.

Meum, amplius meū fieri nō potest.

Aliud est iure veteri. nā tunc non fiebat nisi ex voluntate: vt ff. de eden. l. j. nisi in casu: vt C. de dign. l. quoties. li. xij. [Adde, qđ glo. vera est præterquàm in criminalibus: nā etiam iure veteri fiebāt libelli de necessitate. l. libellorum. ff. de accusat. Syluest.] Item secūdo not. quòd quantitas certa est in libello cōprehendenda, vel res: & ita etiam in personali actione debet actor certificare reum: vt hîc, & in authen. de liti. §. ad excludendas. & ff. de reivend. l. si in rem. §. & si vestimenta. Tertiò not. ꝙ sportulæ, vel salaria, quæ dabantur executoribus, id est nuntiis, qui faciūt homines repræsentari, & alios qui faciunt huiusmodi citationes, pro suis officiis, dabantur secūdum quantitatem petitam, vt hîc dicit. Sed hodie magis, secundum consuetudinem vel longitudinem itineris: vt C. de episc. & cler. auth. sed hodie. Et dicas, ꝙ hîc dicitur ex hac causa, esse causatiuè, non consecutiuè dictum. Sed illę sportulę, quę iudicibus dabantur, certæ sunt, nec crescūt, licet quātitas petita sit magna: nec decrescūt, licet sit parua: vt in authen. de iud. §. ne aūt. Item nota, ꝙ reus soluebat huiusmodi sportulas: vt hîc, & C. de episc. & cle. auth. generaliter. sed actor ei restituebat, nisi iusta causa eū vocasset, vt ff. de iud. l. eū quem temere. Item not. adhuc ꝙ huiusmodi sportulæ quibusdam prorsus remittuntur, vt pauperibus: vt in authen. de mand. princ. §. oportet à quibusdam pauciores exigebantur, vt à clericis: vt C. de episc. & cleric. l. cum clericis. & in authent. ibi posita, sed hodie. Aliis autem per priuilegiū principis viuentis remittuntur in totum, vel pro parte: vt C. de fruc. & lit. expen. l. fin. Sed quæro, si hæ personæ, quę habent priuilegium, scilicet de non soluendo sportulas, sportulas soluant, an habeant actionem in triplū? Dicunt quidā quòd sic: ne fauor noceat

*inseruit.

[illegible] actione ex lege condictitia.

¶ Hîc tangitur de condictione ex lege, quæ nascitur ex lege, condictitia: & datur ad triplum contra eū, qui maiorem summam in libello cōuentionali, quàm deberet, inseruit, vt aduersarius eius in præstatione sportularū grauaretur, vt in hoc §. tripli. & in ea sic formatur libellus, Dico ego A, contra B, quòd ipse in libello conuentionali contra me porrecto, maiorē summā quàm deberet, inseruit, vt hoc me grauaret in pręstatione sportularum: occasione cuius, maioris quantitatis dānificatus sum in decem solidis. vnde proponendo contra ipsum B, condictionē ex lege, peto eum in triplū, scilicet in xxx. solidos, videlicet in x. nomine damni dati, & in xx. nomine pœnæ mihi condēnari. Et condictione ex eadem lege agitur cōtra executorem pro eo, quòd exegit maiores sportulas à reo, quàm deberet, secundum quantitatem in libello comprehensam: & formatur libellus mutatis mutandis: vt suprà proxi. scripsi.

¶ a Cum quidam. s. actores.

¶ b In libello. Hîc nota duo. Primò, quòd libellus est faciendus* in causa, quod est verum iure nouo, vt hîc, & C. de episc. & cleri. auth. generaliter. & C. de lit. cōtest. auth. offeratur. nisi in quatuor casib⁹: quos not. in authē. de mand. prin. §. si tibi. [Vide gloss. ad quam semper recurritur in verb. li-

*offerēdus.

ceat eis: vt C. de legi. & cõstit. l. quod fauore. Alii dicunt ꝙ nõ, quasi suo iuri, id est priuilegio, stultè renuntiauerint, cùm volentes soluerũt, quod possunt: vt C. de pact. l. si quis in conscribẽdo, qđ veri° est. Si autẽ inuiti ex acti sũt, in quadruplũ cõtra exactorem, vel executorẽ agit: vt ĩ. eodẽ. §. quadrupli. Sed cum hodie caueat de duplo restituendo: vt in auth. de executo. §. j. videtur corrigi qđ hic dicitur. Vnde hodie nulla est actio in triplũ: ꝙ verum puto. Sed alii dicunt, si cautio est omissa, habet locum quod hîc dicitur, aliâs habet locum authẽ. predicta.

*exegerint.

*abest.

rum[a] nomine exigerent* tũc enim id, quod propter eorũ causam damnum passus fuerit reus[b], in* triplum ab actore consequetur[c]: vt in hoc triplo etiam simplum, in quo dãdũ passus est, connumeretur. Quod nostra cõstitutio introduxit quæ in nostro Codice[d] fulget, quàm* procul dubio certum est ex lege condictitia[e]* emanare.

ADDITIO. Hæc communiter repræhenditur, quia ille §. j. in authenti. de execu. & authen. libellum C. de lit. contesta. loquuntur in diuersis tit. à text. nostro. vide hîc ꝑdominũ Ias.

¶ a Sportularum. Ideo sic dicuntur, quia in sportulis quibusdam obligationes huiusmodi ponebant. Est autem genus vasis sportula vel sporta.

¶ b Reus. Aliæ sportulæ quæ iudicibus præstabantur, ab vtroque præstabãtur: vt in auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. volumus. collatio. ij. Itẽ istæ sportulæ quæ dabantur executoribus, dabantur ante lit. contesta. id est porrecto libello. istæ aliæ in cõtestatione causæ dabantur iudicibus: vt in auth. de exhib. §. sancimus. collatio. v. & de iud. § ne autem. circa hoc labor. collatio. vj.

¶ c Consequetur. Condictione ex hac lege Græca, vt subiicit: quæ erat in alio Codice, non autem est in eo, quẽ habemus. Et patitur actor hãc pœnã tripli siue sine dolo, siue cum dolo inseruit. & sic causatiuè vel cõsecutiuè dicitur. Sed nónne etiam causam amittit? vt C. de plus petitioni. l. vnic. Sed certè ibi plus deliquit: quia in certamine negotii cautionem de petitis exegit, vnde grauius punitur, vt argum. ff. de offic. præsid. l. diuus.

¶ d Codice. Quem non habemus.

¶ e Ex lege condictitia. Lex quædam erat, quę cõdictitia vocabatur, & sub se quasdã constitutiones habebat: vt hîc, & ĩ. eodem. §. item ex lege condictitia. Accur.

ADDITIO. Hotoman° docet legẽdũ Cõdictitiã, in quarto casu. de condictitia mẽtio fit in l. si duo. §. Iulianus. ff. de iureiu. l. si quis certũ. ff. si certũ peta. Theophil° eñ vertit ὁ ἐξ λέγε κονδι κτικιος.

*ex que

*legem condictitiam.

¶ *Iste §. summatus est cũ §. omnes autẽ. & tamẽ in specie hoc dicit. Quatuor actiones hic positæ dantur ad [illegible]*

¶ Quadrupli* [au

*Inclusa absunt.

¶ Quadrupli. CASVS. Quatuor exponit actiones, quibus quadruplũ petitur. prima est furti manifesti, quæ plana est. secũda in hac specie, Metum tibi incussi. mortẽ fortassẽ, aut vincula minitãs, nisi centum mihi dares. dedisti. Prætor tibi actionem cõcedit, Quod metus causa, ꝑ quã quadringẽtos aureos à me reposces. Tertia in hac specie, Volebam tibi molestiã exhiberi: litémque aliquã creari, quæ te vexaret, apposui Fannium, eíque decẽ promisi, si tibi calumniosè litem aliquã molestam intẽderet. Actio in me parata est, per quam quadringẽta cogar soluere. Quarta in hac specie, Executor litis cui decem debebas, expressit à te viginti. Actio quæ in illum datur quadruplũ exiget: id est octoginta. Omnes autẽ quatuor actiones in hoc inter se consentiunt, quòd simplum, in re est, triplum verò duntaxat in pœna. Cornelius Vibulanus.

LIBELLVS IN ACTIONE in factum, quæ descendit ex edicto de calum[illegible]

¶ Hic tangitur de actio. in factũ, quæ descendit ex edicto de calumniatoribus: & datur in quadruplum ad annum. post annum verò perpetuò in simplum: vt ff. de calũnia. l. j. in princ. & habet locum contra ipsum, qui à me aliquid recipit, vt me calumniosè nõ vexet. Et idem si ab alio rece-

Actio in factũ de calũniatoribus.

pit, vt me calumniosè vexet: in vtroque enim mihi datur actio cõtra eũ: vt ff. de calumnia. l. generaliter. §. fi. Et in ea sic formabis libellum: Dico ego T, cõtra S, quòd ipse accepit decem à Mæuio, vt calumniosè me vexaret. vnde proponẽdo cõtra ipsum actio in factum, peto eũdem in quadruplũ, s. in decẽ quæ accepit, & in triginta nomine pœnæ mihi cõdẽnari. Et erit cã in ista actio. quam sufficit pponere, hęc scilicet, Quia decẽ à Męuio accepit, vt mihi faceret negotiũ calũniosé. Si autẽ à te ipso accepit, vt te non vexaret calumniosè, sic forma libellũ: Dico ego T, cõtra S, ꝙ ipse accepit à me decẽ, ne me calũniosè vexaret, & moueret mihi litem: vnde ꝓponendo actio in factum contra ipsum, peto ipsum in quadruplum, scilicet in decem, quæ accepit à me, & in triginta nomine pœnæ cõdemnari. Et erit in hac actione causa talis, scilicet: Quia decem à me accepit, ne calumniose contra me moueret negotium.

*Itẽ cõ dictitia ex lege, quæ ex nostra.

rem agitur] veluta furti a manifesti, itẽ de eo, quod metus b causa factum sit, déque ea pecunia c, quæ in hoc data sit, vt is, cui datur, calũniæ causa negotium d alicui faceret, vel nõ faceret.

¶ *Ad nota execu-* [illegible] *extorquẽtẽ sportulas, earũ quadruplũ* [illegible]

¶ Itẽ ex lege condictitia e nostra* cõstitutio f oritur, in quadruplum g condemnationem imponens iis executoribus litium, qui contra nostræ cõstitutionis h normã i à reis k quicquam exegerint.

¶ *Furti actio, & serui corrupti earũ origine semper pœnales sunt: actio verò leges Aquiliæ, depositi in quatuor casibus, & quæ pro legatis locis venerabilibus factis cõpetit, ex accidẽti pœnales fiunt: hoc est, vel inficiatione, aut morosa dilatione: alias rei persecutoriæ sunt.*

¶ Sed furti quidem nec manifesti

¶ a Furti. Facit ∫. de obli. quæ ex deli. nascun. §. pœna.

¶ b Quod met⁹. scilicet actio, quæ ex cõtumacia fit in quadruplũ: vt ∫. eodẽ §. item actio. & vsque ad annũ tãtùm, post annũ in simplũ: vt ff. qđ met⁹ causa. l. si cum exceptione. §. j. Accursius.

¶ c Déque ea pecunia. scilicet actio in factum de calumniatoribus annalis in quadruplum, & perpetua in simplum: vt ff. de calũnia. l. j. in princip. & §. j. quæ locũ habet, si do alicui aliquid, vt calumniosè aliquem vexet. datur enim actio in factum ei, ob cuius malum data fuit, non autem danti. Item danti quãdo dedit, vt sibi negotium per calumniam non fieret: vt hic, & ff. de calumnia. l. j. & l. generaliter. §. fi.

¶ d Negotium. scilicet malum.

¶ e Lege condictitia. De qua dic, vt ∫. eod. §. tripli. in fine ∫. diximus.

ADDITIO. Hotomanus ita emendat, Itẽ Ex lege Cõdictitia (nempe actio) ex nostra constitutione oritur. Theophil⁹ em, ἐστὶ καὶ ὁ ἐξ λέγε κονδικτικίος, ἐκ διατάξεως, τοῦ ἡμετέρου βασιλέως.

¶ f Cõstitutio. Quam non habemus. Ac.

¶ g In quadruplum. Cui⁹ quadrupli iure nouo triplũ fisco, simplum damnum passo datur: vt in authẽ. vt lit. iur. in exor. lit. §. & hoc quoque. & petitur per cõdictionẽ ex hac lege, quã nõ habemus: cùm nõ sit cautũ quo genere actionis agamus: vt ff. de condicti. ex lege. l. j.

¶ h Constitutionis. Prædictæ, quam non habemus.

¶ i Normam. id est formam. certa enim erat forma in constitutione, quã non habemus.

¶ k A reis. id est connentis.

¶ Sed furti quidẽ nec manifesti. CASVS. Dominus imperator quasi sui oblitus redit ad §. in duplũ. vbi hæc tradi cõmodi⁹ poterãt. Inter eas, inquit, actiones, quę duplũ exigũt, hoc interest ꝙ agẽs furti nec manifesti & serui corrupti, sẽp duplũ exigit: siue re⁹ neget se debere, siue fateat. Sed agens Aquiliana, & depositi in casib⁹ tumultus, incendii, ruinæ, naufragii nõ perpetuò duplũ consequitur. distinguẽdum enim. nam aut reus inficiatur, & tunc

tunc duplum exigitur: aut non negat, & tunc simplum tantummodo. Quid autē ex legato Pietatis causa relicto? Aut legatarius fatetur se debere, prius quam conueniatur, tunc simplū duntaxat soluit: aut pernegat, vel (quod magis est) tādiu moratur, sustinétq; solutionē, dum conueniatur: & tūc duplum consequimur. *differt.

a Omnimodo. De actione furti constat, quod semper est ī duplum: vt hîc, & §. de oblig. quæ ex delict. nascun. §. pœna autem. Item de actiōe serui corrupti, nisi in casu, vt quādo marito in vxorem dat, & econtrà: vt hîc, & ff. de ser. corr. l. doli verbum. §. hæc actio. & l. fi. Vel

actio & serui corrupti, à cæteris, de quibus simul locuti sumus, eò differunt,* quòd hæ actiōes omnimodo a dupli sunt: at illæ, id est, damni iniuriæ* ex lege Aquilia, & interdū depositi b, inficiatione duplicantur c: in cōfitentem autem in simplum datur. Sed illa d, quæ de iis competit, quæ relicta venerabilibus locis sunt, non solùm inficiatione e duplicatur, sed etiam si distulerit *iniuria

dic omnimodo, id est, siue neget, siue non: nō autem in omni persona. Acc.

b Depositi. Aliàs est in litera de dolo depositi: & tūc dic actionē depositi propter dolū. Nam vtraque nō potest habere locū simul, scilicet de dolo actio, & depositi: vt ff. de dolo. l. j. §. j. aliàs nō ē de dolo, & tūc plana ē litera.

c Duplicantur. s. si legitimis probationibus, non iureiurando conuincantur: vt C. ad legem Aquil. l. contra. & ff. de iureiurand. l. eum qui.

ADDITIO. Et sic probatio per iuramentum nō censetur legitima. Adde illam glo. in l. cum de indebito. in princ. in verb. legitimis. ff. de probatio. Iason. vide eundem Ias. in l. admonendi. ff. de iureiur.

d Sed illa. s. actio ex testamento. Et cōstrue, sed illa actio. s. ex testamēto, quę. s. actio cōpetit de iis, quę sunt re. ven. lo. duplicatur, nō solùm, &c. Acc.

e Inficiatione. Bene dicit, inficiatione: quia si confitentur, non tenentur, vel si iusiurādum detulerit actori quia exonerat eum à probatione. ff. de iureiur. l. eum qui. Accur.

Item actio &c. CASVS. Nunquid nā est inter cæteras actiones differentia? In actione, inquit, Quod metus causa quiddam est ab aliis discrepans. nā in aliis simulatque reus in iudicium deductus est, ef-

relicti solutionem, vsque quò iussu magistratuum nostrorum* conueniatur. In confitentem verò, & antè, quam iussu magistratuū conueniatur, soluentem, simplici redditur. *abest.

fugere non potest, quin quadruplum exsolnat. Hæc verò singularem hāc habet naturam, quòd is qui ea conuenitur, facultatem habet vsque ad sentētiam rem reddendo, pœnam euadendi. monitus ergo ac iussus à iudice si rem per metū ablatam restituat, iudicio liberabitur, neq; iudex eū quadrupli damnabit. C. Vib.

Qui illato metu quicquam ab altero extorserit, si illud iubente iudice restituat metum passo, pœnam quadrupli euitat: quā nō patrēdo incurrisset: & hoc à cæteris, quæ in quadruplu dan-

LIBELLVS in actiōe Quod ...

Hîc tangitur de actione, Quod metus causa, & illa datur contra eum, qui metum intulit, & contra quemlibet possessorem: vt ff. quod met. cau. l. fin. cum exceptione. §. in hac act. In qua sic forma lib. Dico ego Titius contra Sempronium, quòd ipse detinet rem mihi per metum ablatam: vnde proponendo actiō. Quod metus causa, contra ipsum, peto eundem ad restitutionem rei mihi condemnari. Et tunc iudex condemnabit eum ad restitutionem rei: & si restituere non vult, petetur ab eo quadruplū, in quo quadruplo ipsa res continetur: vt ff. quod met. cau. l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. & tunc forma hoc modo libellū: Dico ego Titius cōtra Sēpronium, quod ipse rē mihi per metum ablatā detinens, illā nō vult restituere, licet sit super hoc cōdēnatus: vnde pponēdo cōtra ipsum actionē, Quod metus causa, peto ipsum in quadruplū. i. ad rei restitutionem, & in triplū nomine pœnæ mihi condemnari. Et aduerte, quod si vult restituere ante sententiam, liberabitur à pœna tripli. vt in hoc §.

item actio. Et erit causa in hac actione, quam proponere sufficit, hæc.s. Vnde cùm per metũ res ista sit mihi ablata, peto, &c. Et datur hæc actio vsque ad annum tantum in quadruplũ, post annum verò in simplũ: vt ff. qđ metus causa. l. si cum exceptione. §. j. & ij.

¶ a Simul. Cautè ponit illud simul, id est, vnà cum eis de quibus aliàs dixit: vt s. eodem. §. quadrupli.

¶ b Restituat. Vsque ad definitiuã sentẽtiam. quod intellige de secunda sententia. Nam in actione. Quod met⁹ causa, duæ feruntur sententiæ. Prima de restituenda re: alia de dãdo quadruplo, re computanda in eo: vt ff. quod metus causa. l. si cum exceptione. §. hæc autem. [Adde, quòd potest fieri condemnatio in vna tantùm sententia, hoc modo: Condemno te ad restituendam rem per metum ablatam: & si intra certum tempus non restitueris, cõdemno te ad quadruplum secun. Bartol. in d. §. hæc autem. Syl.] Sed nunquid vtraque est definitiua? Dic quòd sic: quia vtraque definit controuersiã: vt ff. de re iudi. l. j. Alii esse dicunt admonitionem quandam primã sententiam: vt in auth. de heredib. & falcid. §. si quis autem non. colum. j. & ex eo, quod per primam sententiam admonetur, & tãdiu expectatur, qui metum intulit, dicitur hæc actio arbitraria: vt infrà eodem. §. præterea.

¶ Adde, quòd dicitur definitiua, quia definit negotium, sed alio respectu potest dici potius executio primæ sentẽtiæ, quàm noua sententia definitiua, secund. Bart. in l. Titia. vers. vnde pro declaratione. ff. de accusat. Syluest.

¶ c Absoluatur. scilicet à præstatione quadrupli.

¶ d In cæteris casibus. Qui enumerantur s. eod. §. quadrupli. Accur.

¶ Actionum. Diuiditur in tres partes. Nam primò ponit regulã generalem. Secundò in specie ponit, quæ sunt actiones bonæ fidei. Tertiò, quòd licet olim esset dubitatio, tamen hodie clarũ est, quòd petitio hæreditatis est bonæ fidei. Secunda ibi, bonæ fidei. Tertia ibi, Quãuis. Aretinus.

tur, differt, quod metus causa actio.

¶ Item actio de eo quod metus causa factũ sit, à cæteris, de quibus simul [a] loquuti sumus, eò differt, ꝙ eius natura tacitè continetur: vt qui iudicis iussu ipsam rẽ actori restituat [b], absoluatur [c]. quod in cæteris casibus [d] non est ita, sed omnimodo* quisque ĩ quadruplũ cõdẽnatur: quod est & in furti manifesti actione.

*omnino.

¶ *Accipe quintam actionum sectionem: & quancunque hîc enumeratã non inueneris, stricti iuris iudicato.*

¶ Actionum autem quædam bonæ fidei sunt, quædam stricti iuris*. Bonæ fidei sunt hæ [e]: ex empto, vendito, lo-

*stricta.

CASVS. Sequitur quinta diuisio, quæ essentialis est, id est, naturam essentiámque actionis attingit. Quædam ergo sunt bonæ fidei, quædam stricti iuris. Bonæ fidei sunt, septemdecim, quæ hîc, & §. proximo enumerãtur. Sic autem dicũtur forma loquẽdi valde præcisa, ac decurtata. nam in quibus Prætores iudicẽ dãtes adscribebant, Quãtũ ex fide bona dari oportebit, eas cõpendio sermonis Iurisconsulti postea Bonæ fidei appellarunt. & sanè in his præcipuè bona fides vertitur, atq; dominatur: maximéque inspicitur, quid virum bonum facere deceat. Sed ex vno themate discito reliqua. Sempronius fructibus iã maturis emit fundũ, eúmque stipulatus est. Si agat ex stipulatu, quoniã de fructibus non est elocutus, fructus non venient. quòd si ex empto agat (quæ bonæ fidei est) etiam fructus emptori cedent. Videtur enim bonæ fidei conuenire, vt fundum fructibus onustum emens, fructus quoque ipsos emere videatur. Cor. Vib.

¶ Actionum. Hæc est quinta diuisio actionum. Sed quare actionum dicit, & non cõtractuum? Respon. quia generalius & plenius loquitur dicendo actionum, quàm contractuum. Accurs.

¶ a Bonæ fidei sunt hæ, scilicet xvij. actiones, quæ enumerantur in hoc §. & seq. bonæ fidei sunt. aliæ autem omnes sunt stricti iuris. Nam quancunque hîc non inueniam, stricti iuris eã iudicabo: quia posito vno de contrariis, & omnia alia intelligenda sunt: vt s. de his qui sui vel alie. iur. sunt. §. videamus. [Adde hoc falsum in actionibus contrariis, quamuis possit dici

satis

satis cōprehendi,cùm non magis specificatur de directis,quàm de contrariis.Syl.]Sed quare magis hæ dicūtur bonæ fidei,quàm aliæ: nunquid ideo quia posit esse mala fides in aliis? Respon.non: quia in omni cōtractū debet bona fides interuenire:vt C.de acti.

cato ; conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi a, pro so-

& oblig.l.bonam fidem. Imò si interueniat dolus in contractu bonæ fidei, qui det causam contractui, non valet ipso iure:vt ff.de do.l.& eleganter.in prin.Sed in contractu stricti iuris purgatur per actionem,vel per exceptionem doli: vt C.de inuti.stipu.l.dolo. Si verò incidit in contractū bonæ fidei,purgatur per actionem ex eo contractu:vt ff.de actio.emp.& vend.l.Iulianus.§.si venditor. Sed in stricti iuris de dolo agitur,vel excipitur, vt dictum est: vt ff.de dolo.l.& eleganter. §.non solùm.& ff.de verbo.oblig. l.si quis cum aliter.[Hæc opinio communis est,quanuis contrarium tenuerint vltramontani. Syl.] Cum ergo dolus vbique puniatur, vel mala fides: ad quid bonæ fidei istæ dicūtur? Respon. aliæ stricti iuris dicuntur:quia nō veniunt in eis, nisi quod stricte exigit natura actionis. Vnde non veniunt vsuræ ex mora in contractibus stricti iuris:vt ff.de negotiis gestis. l.quia tantundem.& C.de vsur.l.iij.& de condictione indebi. l.prima. sed in contractibus bonæ fidei.sic, vt ff.de actionibus empti & venditi. l.Iulianus. §.ex vendito.& ff.de vsur.l.mora. §.in bonæ fidei. [Adde, quòd hæc gl.non respondet ad propositum:dubitat enim quare hæ actiones hîc enumeratæ dicantur magis bonę fidei,quàm aliæ:& non cur aliæ dicantur stricti iuris, secundum Ias.hîc.Syl.]Item in actionibus stricti iuris fructus nō veniunt ex mora,si petā quod non fuit meum,nisi à tempore litis cōtestatæ:tunc enim incipiunt venire fructus ex mora.Sed si petam quod aliquando fuit meum, veniunt fructus ex mora: secus in bonæ fidei iudiciis: vt ff.de vsu. l.videamus.§.actionem.[Adde, ꝙ Alex.in l.si marito.§.si.ff.sol.mat.dicit, ꝙ ista gl. communiter damnatur,quia iure non probatur.Syl.]Item non venit interesse si rem dari,est in obligatione:secus si rem tradi,vel factum: vt ff.de verb. oblig.l.vbi autem.§.si.& l.si fundum. & ff.de re iud.l.si quis ab alio.§.si.quę veniunt in bonæ fidei iudiciis:vt ff.de actio.empt.l.j.in princ. [Adde, ꝙ hæc gl.cōmuniter reprobatur, vt per Ias. hîc.Syl.] Ista ergo omnia, quæ vicem obtinent accessionum, non veniunt in cōtractibus stricti iuris,nisi vt dictū est.Nec obstat, ꝙ veniunt ista in arbitrariis,quę sunt stricti iuris:quia iudicis officio veniunt,non iure actionis: vt ĩ.eod.§.præterea. & §.sed iste.in fi. Sed ĩ bonæ fidei iure actionis veniūt, præter vsurā,quæ venit ex mora officio iudicis. C. de depo. l.iiij. & ff.de neg.gest.l.quia tantundem. Itē in bonæ fidei iudiciis veniunt ea,de quibus nec actum,nec cogitatum est,vt ruta, cæsa,& similia:vt ff.de act.emp.l.fundi.§.si ruta.& C.de act.empt. & vend. per totū. Item ex hoc §.nota quādam differentiam circa compensationem, quam dic vt ĩ.eod.§.in bonæ fidei, patet ergo ꝙ exuberantius & pinguius iudex officium suū ad ea quę bonę fidei sunt extēdit, quàm in cōtractibus stricti iuris.& facit ſ.de oblig.quæ ex consensu. in fi. & ideo dicuntur bonæ fidei,& aliæ stricti iuris.[Adde Ias.in l.j.C.de iudic.vbi latè disputat de veritate huius gl. quæ cōmuniter damnatur secundum Alexan.in l. si marito.§.si.ff.sol.matrim.Syl.]Vnde de talibus dantur tales versus,

Empti,conducti,mandati, depositique.
Pignora,ciscunda, communi, pro socioque.
Dotis & hæredis, tutelæ, commoda, gestor.
Præscriptis verbis:si mutat,siue licetur,
Ista bonæ fidei sunt,stricti cætera iuris.

ADDITIO. Vide glo.ferè similem in c.cum venerabilis. extra de excep.

a Depositi. Hanc actionem dicunt quidā esse stricti iuris in quatuor casibus qui enumerātur.ff.dep.l.j.§.j.Sed Ioā.cōtra.Et datur in duplū cōtra eū, qui depositū suscepit,de eo,quod dolo fecit,sed in hęredē defuncti,ex dolo defuncti,datur in simplū:sed hæres ex dolo suo tenetur in duplū: vt in d. §.j.aliàs semper tenetur in simplū qui depositum suscepit. Et est ratio, quare plus puniatur in prædictis quatuor casibus, qui enumerantur ff.depo. l.j.

§.j.quia grauius est fidē fallere ei, qui ex necessitate deponit, quàm qui ex voluntate: vt d.l.j. ff.depo. §.meritò. Sed nunquid in his casibus est bonæ fidei? Dicunt quidā quòd nō.arg.ff.de precar.l.j. Nos contrà, & dicimus ꝙ sit bonæ fidei. nā cū lex non distinguat, nec nos distinguere debem⁹.

cio [a], tutelæ [b], commodati, pigneratia [c], familiæ erciscundæ [d], communi diuidundo [e], præscriptis verbis, quæ de æstimato [f] proponitur, & ea [g], quæ ex permutatione [h] com-

¶ Hęc gl.cōmuniter approbatur per docto.hîc.Syl.

¶ a Pro socio. Quæ est vtrinque directa ab vtraque parte: vt j̄.de pœn.teme.litig.§.ex quibusdam.

¶ b Tutelæ. Sed cùm istæ tam contrariæ quàm directæ inueniātur, nūquid omnes sunt bonæ fidei? Respon.sic in dubio, cùm fauor sit extendendus, vt ff.de lib.& post.l.cum quidam.

¶ Adde, ꝙ glo.communis est, sed alia melior, ratio allegari potest, s.quia in iudiciis seruanda est æqualitas.l.si cū dies.§.pen.ff.de arbit.Syl.

ADDITIO. Not.quòd actio tutelę est bonæ fidei. & idem dicas in actione pro tutela directa & contraria: vt puta in eo, qui gessit vt tutor, cū non esset: vt not.Bart.Dyn. & Bal.in l.j. §. pro tutore.ff.eod.de eo, qui pro tuto. vel cura.neg.gessit.Ang.

Actio pigneratitia est duplex. c Pigneratitia. Tam directa, quę debitori datur soluto debito: vt s̄.quib. mod.re contra. obli.§.fin.quàm contraria, quæ datur creditori: vt ff.de pig.actio.l.tutor.§.contrarium.

ADDITIO. Quæ pigneratitia datur debitori cōtra creditorem ad repetendū pignus traditū, & nascitur tēpore solutionis vel satisfactionis crediti quomodocunque de voluntate ipsius creditoris factæ: vt l.si rem.§.omnis.& ibi gl.Bar.& doct. ff.de pign. actio. licet nascatur ex contractu dudum facto & inito: vt s̄.quib.mod.re contrahi.oblig. §.fin.secundum Ang.

¶ d Familiæ erciscundæ. Quæ inter cohæredes datur: vt ff.famil.ercisc.l.ij.& s̄.de obli. quę ex quasi contract. §.idem iuris.

Actio cōmuni diuidūdo. e ¶ Cōmuni diuidūdo. Quæ datur inter eos, qui habēt rē cōmunē cū societate, vel sine, vt diuidatur: vt s̄.de obl. quę ex quasi contract. §.item si inter aliquos.& not.s̄.eod. §.quædam. Sed quid de actione finium regundorum? Resp.quidā: idem propter similitudinē quā habet cū his duabus: vt s̄.eo.§. quędā actiones. Sed contrà dico: cum hîc de ea non inueniā. & potest esse ratio, quare sec⁹ sit in ista, quàm in aliis duabus: q.a in ista id qđ purè est meū, pōt alteri adiudicari: vt ff.fin.regun.l.ij. in fi. sed ī aliis duab⁹ cōmunis res, nō propria adiudicatur: vt j̄. de offi.iud. §.fi.

Actio finium regundorum est stricti iuris.

¶ Adde, quòd melior est ratio: quia in familiæ erciscundę & communi diuidundo iudicio est quędā tacita societas, de qua dirimenda tractatur. Vnde sicut actio pro socio, cuius naturā hę actiones sequi vidētur, est bonę fidei: ita debent esse illę duę participantes de natura eiusdem: quę ratio cessat in iudicio finium regundorum.Syl.

¶ f De ęstimato. Vt si tibi rē meā do, & ęstimo tibi eā decem, vt aut rē, aut decem reddas: si verò plus vēdas, tuū sit.& est tūc periculū accipientis indistinctè: vt hîc, & ff.de ęsti.act.l.j. in fi. Siverò sic dixi, rem aut ęstimationem reddas: tūc distinguitur quis rogauerit: vtrū ego te devēdēdo, an tu me de tradendo, vt sit periculum rogātis: vt ff.de pręscrip.verb.l.si gratuitum.§.j. — Aestimatæ rei cuius est periculum.

¶ g Et ea.s.actio pręscriptis verbis.

h Ex permutatiōe. Quæ nascitur re demū ab altera parte secuta: & tūc nō ex traditione rei, sed ex pacto dudū apposito.s.nascit: vt C.de rer.permu. l.ex placito. Sed cū istis duobus casibus sit bonę fidei: quęro vbi stricti iuris erit? Resp. vbi datur ex pacto incōtinenti apposito, quod euenit: vt ff.de pact.l.iurisgentiū. §.sed cùm nulla.& §.quinimò.& est ratio: quia non inuenio, ꝙ sit bonę fidei, nisi in duobus casibus. Item in cōtractibus tribus innominatis: do, vt facias: facio, vt facias: & in tertio, de quo dixim⁹, do, vt des: quod est permutatio. In primis enim duob⁹ pręscriptis verbis actio est stricti iuris, sed in tertio est bonę fidei: vt hîc dicitur. In quarto contractu innominato, s.facio, vt des, de dolo agitur non pręscriptis verbis, vt ff.de præsc. ver.l.naturalis.§.ꝙ si faciā, vt des. Itē ī omni cōtractu vbi est incertū de nomine actionis, habet locū hęc actio: & est stricti iuris: vt ff.de præscr.ver. l.ij.iij.& iiij. Sed quid de actione in factum, nunquid est bonę fidei? Respon. — Actio quando nascitur ex permutatione.

quatuor

quatuor sunt genera actionis huius in factū. Vnum, vt detur ex omni edicto, vel interdicto Prætoris: vbi non dedit pretor certū actionis nomē: vt j. de interd. §. fin. & ff. nau. cau. stab. l. & ita. §. ait Prętor. in gloss. ex edicto Secundò, vbi dat in subsidium legis Aquiliæ: vt s. de leg. Aquil. §. fi. Tertiò, vt detur vbicunque præscriptis verbis actio datur: & tūc eadē est, quæ actio præscriptis: vt ff. de p̄script. verb. l. j. in fin. Itē quartò dicitur in factū: quæ est ex variis figuris causarū: vt C. de sacrosanct. eccle. l. sācim⁹. j. §. fin autem. qđ quartum genus non pōt sub regula cōprehendi, sicut nec mora: vt ff. de vsur. l. mora in prin. Nūquid ergo est stricti iuris semp? Respōd. sic, cùm non inueniā qđ bonæ fidei sit. Sed quidā dicunt, quòd in tertio casu vbi loco præscriptis verbis datur, quæ competeret ex pmutatione vel æstimatione, sit bonæ fidei: qđ est falsum: q̄a in omni cōtractu vbi certum debetur, habet locum certi cōdictio. vt ff. si cert. pet. l. certi cōdictio. & tamē nemo dicit aliquā cōdictionē esse bonæ fidei. Itē q̄d de actione prę̄sciriptis verbis, quæ p precario datur? Dicunt quidā quòd bonæ fidei est: vt ff. de precar. l. ij. §. hoc interdictum. Sed cōtrà dico: quia non inuenitur, quòd sit bonæ fidei: vt ff. de preca. l. ij. §. hoc interdictum. Accur.

ADDITIO. Nisi tale pactum sit æstimatio, vel permutatio: vt quia ab vtraque parte sit species certa præstanda: quia tunc talis actio præscriptis verbis est bonæ fidei. tas.

¶ a Hæreditatis petitio. Quæ datur contra possidentem pro hærede, vel pro possessore: vt ff. de pet. hære l. regulariter, & l. se. & l. qui interrogat⁹.

¶ b Vsque adhuc. i. vsque ad tēpora huius legis, vel nostræ cōstitutionis, de qua statim memoriam facit.

petit, & hæditatis petitio [a]. Quamuis enī vsque ad huc [b] incertum erat*, inter bonæ fidei iudicia connumeranda hæreditatis petitio esset, an* non* nostra tamē cōstitutio [c] apertè eā esse bonæ fidei disposuit.

(margin: * siue. * siue.)

¶ *Rei vxoriæ actio ne sublata, bo-* [illegible] *vel recuperādæ cau-*

sa ex stipulatu actio cōpetit: quæ illius in locū sub rogata, & bonæ fidei est, & tacitæ hypothecæ priuilegio [illegible] *vt in ea mulier reliquis creditoribus simili hypotheca ni-* [illegible] *ualo præferatur.*

¶ Fuerat antea*, & rei vxoriæ actio [d] vna ex bonæ fidei iudiciis, sed

(margin: * abest)

¶ c Constitutio. Vt C. de pet. hær. l. fina. in fin.

¶ Fuerat antea. CASVS. Diuortio facto inter Tullium, & Terentiā, dabatur olim actio rei vxoriæ, id est, dotis repetēdę nomine, quæ bonę fidei erat: nūc dat ex stipulatu tm̄: quā Imperator bonæ fidei esse voluit. quomodo? Si viri culpa (inquit Boeti⁹) diuortium factū est, æquius melius est nihil apud virum remanere: si mulieris est culpa æqui⁹ meli⁹ est sextans retineri. Prætor ergo dans hāc actionem, non præscribit summā atque pecuniā iudici, veluti, Si patet cētum deberi: sed hoc dicit, Quātū æquius melius tibi videbitur dānandū maritum, tāti eum dānato. Cętera inculcat Imperator extra rem. debuit enim cur bonæ fidei esset, ostenderet: nō ista obiicere, quæ aliò pertinent. Sed nihil fingi pōt nostris libris cōfusius, neque pertubatius. Cor. Vib.

¶ Not. quòd olim dabantur ad dotes exigendas duæ actiones: vna quæ dicebatur rei vxoriæ: altera ex stipulatu, quādo stipulatio intercedebat, Itē, quòd actio ex stipulatu ppter ea, q̄a subrogatur in locum actionis rei vxorię, effecta est quo ad dotem exigēdā bonæ fidei. Item, quòd actio dotis habet priuilegium tacitæ hypothecę: quia bona mariti sunt tacitè obligata pro restitutione dotis: qđ etiā intelligas esse & è conuerso, vt etiā maritus habeat tacitā hypothecam in bonis vxoris pro consecutione dotis. l. j. §. j. C. de rei vxo. actio. Item, quòd mulier habet non solùm priuilegium tacitę hypothecę, sed prælationis, vt scilicet præferatur cunctis creditoribus antiquioribus mariti. Item quòd priuilegium tacitæ hypothecæ est indultum actioni, non mulieri. Syl.

¶ d Rei vxoriæ actio. Nomen erat actionis. vel dic quòd factum denotat [illegible]

rem ipsam: vel quia pro te vxoris cōpetebat soluto matrimonio.

¶ a Ex stipulatu. Quæ similiter pro dote datur.

Actio ex stipulatu pdote cōpetit marito &vxori.

¶ b Transtulerimus, Vt C. de rei vxo. actio l. vnica. in princ. & cōpetit hæc actio ex stipulatu, siue marito. vt ei dos detur: siue vxori vel patri eius vt restituatur. [Aduerte ne te decipiat hæc glos. dum vult quòd hæc tacita actio ex stipulatu subaudita ab Imperatore cōpetat etiã patri: quia si intelligas de illa actione ex stipulatu, est cōmunis patri & filię: quę gl. bene pcedit. Sed si intelligas de actione ex stipulatu, quæ cōpeteret patri particulariter, gl. esset falsa: qa quãuis omnes alii etiã extranei habeãt hãc actionem subauditã: tamẽ pater nō habet specialiter, nisi sibi eã specialiter stipulãdo quęsiuerit. tex. est in l. auia. & ibi glo. notab. C. de iur. dot. & ratio vera est: qa cùm patri puiderit lex de actione ex stipulatu presũpta cōmuni patri & filio, nō expediebat vlteri⁹ eidem puidere: qđ nō est in matre, auia, vel extraneo: quod not. Syl.] Et siue vtiliter fuerit interposita stipulatio, siue nō: tamẽ semp creditur tacitè, & vtiliter interuenire: vt C. de rei vxo. act. §. j. [Declara tu, ꝙ si stipulatio interuenit, verè, tũc etiã verè agitur ex stipulatu: si dubitatur an interuenerit, tũc dat presumpta actio ex stipulatu: intelligas præsumpta præsumpione iuris, & de iure: si verò certũ sit eã nō interuenisse, actio ex stipulatu ficta datur: qa lex fingit interuenisse. Syl.] Nã & aliâs intelligitur stipulatio tacita. vbi non est: vt ff. de adopti. l. his verbis. & ff. si cui plus quàm per leg. Falci. l. nisi. §. item sciendum.

¶ Alios casus in quibus fingitur à iure stipulatio, ponit glos. in verb. subsecuta. in d. l. viij. in princ. Bartol. in l. j. in princ. in j. oppositio. ff. de verb. obliga. Syl.

¶ c Meruit. s. actio ex stipul. vt hîc, & C. de rei vxo act. l. vnic. §. sed & si nō ignoramus, aliâs enim stricti iuris est: cum non inueniatur, quòd sit bonæ fid. vt s. eod. §. actionum.

¶ d Tacitam. scilicet actionem hypothecariam.

¶ e Ei. scilicet actioni ex stipulatu, vel mulieri.

cùm pleniorẽ esse ex stipulatu *actionem inuenientes, omne ius, quod res vxoria antea habebat cum multis diuisionibus in actionem*ex stipulatu, quæ de dotibus exigẽdis proponitur, transtulerimus b: meritò rei vxoriæ actione sublata ex stipulatu actio*, quæ pro ea introducta est, naturam bonæ fidei iudicii tantùm in exactione dotis meruit c, vt bonæ fidei sit, sed * & tacitãd ei e dedimus hypothecam f. Præferri autem aliis creditoribus g in hypothe-

* actione.

* abest

* Abest Th.

ADDITIO. Quod verũ intellige, quãtum ad priuilegium tacitæ hypothecæ: sec⁹ quo ad priuilegiũ prælationis, qa cōpetit mulieri: & est effectus, qa tunc est psonale, & nō trãsit ad alium, nisi ad filium: vt hîc in glo. fin. secus in primo casu, vt hîc per docto.

¶ f Hipothecã. scilicet, ex vtraq; parte, siue ex parte mulieris ad repetẽdã dotẽ: siue ex parte viri ad petẽdã eã. Sẽper eñ sunt ibi tacitæ hypothecæ: vt C. de rei vxor. actio. l. vnic. §. j.

Dotem petens mulier, an præferatur omnib⁹ creditoribus.

¶ g Creditoribus. Sed nunquid omnibus indistinctè? Resp. secundum M. sic, siue primi habeant pignus expressum: siue nō. Sed hęc opinio nō valet, quia lex distinguit, vt C. de iur. dot. l. vbi. Item fiscus & mulier pari passu ambulãt: vt C. de pri. fis. l. quamuis. & fiscus non præfertur habentibus expressam: vt ff. qui pot. in pign. hab. l. si pignus. ergo nec mulier. Secunda est opi. vt distinguatur inter pignus, scilicet traditum, & hypothecam, scilicet, non traditam, vt primo casu non præferatur mulier, secundo sic: vt argu. ff. quib. mod. pig. taci. contra. l. pen. Sed & hanc reprobo per id quod est s. eodem. §. inter pignus. Tertia est opi. secundum B. & Ioan. & Azo. vt habentibus tacitam hypothecam præferatur, non autem habentibus expressam. Lex enim suum priuilegiũ, quod, dederat primis, eis adimere præsumitur propter mulierem, nō autem id priuilegium, quod quis sibi aduenisset: & hoc cautè probatur per verba l. C. qui pot. in pig. hab. l. fin. ibi, licet anterioris temporis priuilegio sint vallati, &c. Accur.

¶ Hæc vltima opinio communis est, vt di-

vt dicunt doct. hîc, & in l. assiduis. C. qui potior. in pig. hab. & Bald. nouel. in tract. dotium. in princi. x. par. vbi dicit, quòd hæc tertia opinio est cōmunis: quamuis aliæ etiam sustineri possint. Syl.

Mulieris hæres in petitione dotis non ponitur priuilegio mulieris.

¶ a Cum ipsa. Vis faciēda est in eo, quod dicit ipsa. Nā ali⁹ nō admittitur ad tale priuilegium agēs pro dote, etiam heres mulieris: vt C. de priui. do. l. vni. nisi sit de suis hæredib⁹. i. de filijs & alijs descēdētib⁹ mulieris: vt C. q. pot. in pig. hab. l. si. in fin. Sed nūquid procuratori mulieris datˉ hoc priuilegiū? Resp. sic. vt ff. sol. matrim. l. alia. & ff. de procu. l. minor. §. quoniā. Itē, q hîc dicit dote sua, ideo dicit: quia aliud est in donatione propter nuptias. Nā in ea nō habet priuilegium: vt C. qui pot. in pig. hab. l. fin. in fin. Sed quādo mulier pōt experiri de dote? Resp. soluto matrimonio, nō prius: nisi marit⁹ ad inopiā vergat, vt C. de in dot. l. vbi. & ff. soluto matrimonio. l. si cōstāte. in princi. & hoc siue ipsa dederit dotē, siue alius extraneus, qui tamē nō fuit pactus de ea sibi reddēda: quo casu sibi, nō mulieri daretur, vt C. de rei vxo. actio. §. accedit. Si antē pater mulieris dederit dotē, patri actio & filiæ simul dabitur: imò aliquātulum habet plus pater q. agit, & filia semper creditur cōsentire, nisi habeat iustā causam contradicēdi, & cōtrà dicat: vt ff. solut. matrimo. l. ij. §. fina. & l. non solùm. & hanc dotē integrā debet seruare pater pro filia. [Intellige in dote data, nō in simpliciter promissa, secundum Ang. hîc. de quo vide glos. in authent. quāuis. in glo. j. versic. deminuere. C. de rei vxor. actione. Syluest.] Nisi clade, id est tempestate, vel vi patrimoniū suū fuerit deminutum: vt in authenti. de æquā. donat. §. quia verò omnia.. Sed nunquid patri hoc priuilegium dabitur? Videtur q nō: quia sua actione agit: vt ff. solu. matrimo. l. ij. §. voluntate. Econtra, q sic, videtur q. a p. hoc filiæ prouidetˉ, cùm pater hāc reseruare cogatur filiæ, vt dictum est. & hoc verum puto: vt hîc dicit cuius prouidentia, &c.

cis tunc censuim⁹, cùm ipsa a mulier de dote sua experiatur: cuius soli⁹ b prouidentia hoc induximus c.

¶ *Quæ olim inter bonæ fidei iudicia, & stricti iuris circa cōpensationes fiebat differentia (vt scilicet in illis ipso iure, in his opposita [illegible] fieret cōpensatio) hodie sublata est: hoc [illegible] vt, quibuscūque a-[illegible] tur compensatio, illas statim iure ipso aut perimit, aut minuit: excepta depositi actione, quæ nulla cōpensationis exceptione tollitur.*

¶ In bonæ fidei autē iudiciis libera potestas permitti videtur iudici ex bono, & æquo æstimādi, quantum

¶ b Solius, scilicet mulieris.

¶ c Hoc induxim⁹. s. vt aliis præferatur.

¶ In bonæ. Diuiditur in tres partes. Primò qualiter cōpensatio fit in bonæ fidei iudic. Secūdò qualiter olim & hodie fit in stricti iuris. Tertio facit quandā exceptionem. Secūda ibi, sed & in stricti iuris. Tertia ibi, excepta.

CASVS. Hic §. luculēter exponi naturam omnium actionum bonæ fidei quē magnopere iuuabit Oratio p. Q. Roscio Cō. Ostēdit ergo in his actionibus Prętorē nō adstringere iudicē à se datum ad certā ac definitā summā, veluti in actionibus stricti iuris. Nam si ex mutuo petā centum: & iudex cognoscat te mihi debere tātùm nonaginta nouē, Prætor cogit iudicem te absoluere. Nō enim potestatē ei dedit te dānādi, nisi si pateret te mihi centū debere. At in actionibus in quib⁹ adscribebat, quātū ex fide bona dari oportebit: liberā facultatē iudici permittebat ex bono & æquo iudicandi: adeò, vt si cētū peterē, ac mihi decem tantùm deberentur, iudex bonæ fidei possit te in decem dānare. Itē viginti debebas, sed ego vicissim quatuor tibi debebā, iudex poterit cōpensatione facta te in sexdecim dānare. Nūq d ergo in strictis actionibus id poterit? nequaquā. Imperator tamē lege iussit, vt si apertæ, ac liquidæ sint cōpēsationes etiā strictæ actiones minuant, excepta depositi actione. Cor. Vib.

¶ Nota primò differētiam antiquam, quæ erat inter actiones bonæ fidei, & stricti iuris. Item quòd hodie cor-

recta est hæc differentia. Item, q illa verba, iure aperto, importāt, id est, vbi sumus in quātitatibus liquidis. Item, q in quibuscunque actionibus, etiam in officio iudicis, imò in persecutione fideicō missi datur cōpēsatio. Item, q i actione depositi nō dat. Itē, q illa verba, libera potestas, restringuntur ad ea, quæ ex bono & æquo pcedūt. Itē, q illud verbū, indiciis, importat, id est actionibus. Syluest. Aldobrand.

actori restitui a debeat. In quo b & illud continetur, vt si quid inuicem præstare c actorem opporteat: eo compensato d, in reliquum is, cum quo actum est, debeat condemnari. Sed & instricti* iuris* iudiciis ex rescripto diui Marci opposita doli mali exceptione e, compēsatio inducebatur: sed nostra constitutio f easdem compensationes, quæ iure aperto g nituntur, latiùs introduxit *, vt actiones h ipso iure i mi-

* stri-ctis.

* abest.

* induxit.

a Restitui. Largè accipe: siue pro dando, siue pro restituendo: vt ff. de verb. signi. l. verbum reddendi. & hoc intelligas siue in vsuris ex mora, vt ff. de vsur. l. mora. §. in bonę fidei. siue in interesse agentis: vt s. de oblig. ex consensu. Accur.

b In quo. s. officio iudicis.

c Præstare s. reo.

d Eo compensato. s. opposita exceptione compensationis tantùm.

e Doli mali exceptione. Quæ exceptio ideo dabatur: qa dolo facit, q petit qđ restituturus est, vt ff. de exc. dol. l. dolo. [Adde q ratio cōpēsationis est: qa melius est nō soluere, q̄ solutū repetere: quā ponit text. ĩ l. iij. ff. de cōpēsat. Syl.] Et ita not. quātū ad effectum nulla est differētia, sed quātum ad verba, vel rigorem iuris sic.

f Constitutio. vt C. de cōpensa. l. fi.

g Iure aperto, id est vni quantitas hincinde debetur. Nā speciei ad speciem, vel speciei ad quantitatem, vel quantitatis ad quantitatē (si est quātitas, vt species) non fit compensatio: quia non patet iure aperto: vt ff. de pig. act. l. si conuenerit. j. resp. & ff. de condic. inde. l. si non sortem. §. si cētum. & de impen. in rebus do. fact. l. quod dicitur. & l. fi. & ff. de pec. l. si creditor. §. j. [Quia materia est satis lata, & necessariū est eā videre apud doct. hîc ideo has generales regulas tene: limitationes verò & extēsiones vide per doct. hîc. Syl.] Sed nōne statim hîc subiicit, q actioni in rem potest obiici cōpensatio? ergo videtur fieri de specie ad quantitatē. Sed dic q fit in rei vendicatione, quando, re non restituta, iuratur in litem, vel in verā æstimationem: vt ff. de rei vendi. l. q. restituere. [Cū hac gl. trāseunt doct. hîc. sed vide glos. clari⁹ respodentē in l. fi. in glos. j. C. de cōpensat. Syl.] Item q. d si hinc inde debitum est in genere, vt debeo tibi hominē, & tu mihi hominē? Respondet, fit cōpensatio: vt ff. si pars hæreditat. pet. l. j. §. item si eum me. & ff. de hæredi. instit. l. qui non militabat. j. respōs. & ff. de leg. ij. l. vnum ex familia. §. sed si vno. [Hæc opinio communis est, quādo genera hincinde debita sunt simpliciter: quia debentur pari sęstimationis. Syl.] Item q. d, si ab vna parte debitum est cōfessatum, ab altera negatum? Respondet, non patet aperto iure, vnde nō fit cōpensatio: vt C. de compens. l. fi. §. penult.

Compensatio in quibus rebus fiat.

ADDITIO. Nisi tale debitum nō cōfessatum posset de proximo liquidari: vt d. l. fi. C. de compensa. quādo aūt oppositio copēsationis requirat altiorem indaginem, & quantū tēpus detur ad pbādū, vide hîc per docto.

h Vt actiones. Accusatiui casus. Est enim sensus, vt compensationes minuant actiones.

i Ipso iure. Adeò, vt dixerint quidam non esse necesse voce hominis opponi compensationem, vt hîc. Sed certè imò est necessariū, vt opponatur, qđ probo tribus rationibus. Nā fideiussor conuentus eligit, vt vel qđ sibi vel quod reo debetur, compēset, quę electio sibi non daretur, si ius cō pensaret: vt ff. de compensa. l. si quid. Item & reus conuentus eligit in quam causam compēset, si debeat ex pluribus causis: vt ff. de compensa. l. quod Labeo. Itē lex dicit eū malè agere, cui obiici potest cōpensatio: vt ff. de compen. l. verum. §. sicut. sed qui malè agit, habet actionem, sed eliditur exceptione vt. ff. quādo di. vsusfruct.

Compensatio sit ipso iure, sed debet opponi.

fruct.leg.ced.l.j.in fin. Sed secundum hãc opi.quid adiicitur in actione stricti iuris ad id, quod erat olim? Resp. quia doli mali tantùm obiiciebatur exceptio, per quã non extinguebãtur actiones ipso iure, sed nũc etiã compẽsationis exceptio opponitur, per quam ipso iure hincinde actio extinguitur: vt hîc, & j.eod.§.pen.& nihilominus doli, cùm generalis sit: vt ff.de exc. dol.l.ij.generaliter.

¶ a Minuant. s. cõpensationes.

¶ b Alias. Actiones, vt scilicet mistas, quæ sunt quatuor: vt j.eo.§.quędam actiones. Item persecutio fideicommissorum. Item officium iudicis, & similia: quæ actiones sunt, largissimè accepto vocabulo: vt ff.de act.& obl. l.actionis verbo. Vnde & petitiones cautionum occasione damni infecti compensantur: vt ff.de dam. infec. l.j. & l.qui bona.§.si quis. Accur.

nuãt a, siue in rem, siue in personam, siue alias b quascunque, excepta sola depositi c actione, cui aliquid cõpensatiõis nomine opponi, sanè iniquũ * esse credimus: ne sub prætextu cõpẽsatiõis depositarũ rerũ quis exactione defraudetur. d

* satis impium

¶ *Arbitrarias actiones eas cognominamus, quæ à mero iudicis arbitrio pendent, in quibus si iu* [illegible] *restituat rẽ, soluat, vel exhibeat, potest iudex ipsum quãtũ* [illegible] *derit, pro arbitrio cõdemnare. Illud tamen pro viri. iu curet ius dicens: vt in his aliisq; omnibus actionibus certã ferat sententiã: etiam si petitio ĩcerta sit.*

ADDITIO. Hoc verũ intellige de debito officio iudicis, in quo nullum obstaculum est in medio, aliàs secùs: vt per Bart. in l.fin.ff.de condic. inde.

¶ c Depositi. Quod tu intelligas, quãdo pecunia non signata est deposita: quo casu etiã similem reddere potest: vt ff.depo.l.Lucius.& l.die sponsaliorum.§.j. Si autem esset depositio facta in specie, vel in pecunia, vt in specie, quod esse potest: vt ff.de leg.j.l. planè.j.§.si eadẽ.vers. sed hoc ita. tũc etiam alia ratione non obiicietur cõpensatio: quia in specie non fit cõpensatio. Item quod hîc dicit in actione depositi, idem dicũt quidã in actione commodati: vt C.de commo.l.prętextu. Sed certè imò est ibi ratio: quia in specie fieret. Nam solæ species commodantur, non quantitates, nisi quantitas, vt species cõmodetur: vt ff.commo.l.iij.§.fi. Item cessat aliàs compẽsatio, vt quando per violentiam mihi rem abstulisti: vt C.de comp.l.fin. in fin. Item & fisco non opponitur in quibusdam casibus: quos dic, vt ff.de iure fisc.l.aufertur. §. qui compen. & C.de compens.l.compensationes.& l. in ea. Item in curatore: qui fraudauit publicam annonam: vt ff.de compen. l.ob negotium.

Compensatio in multis casibus cessat. Species solæ cõmodantur.

¶ Adde, quòd in d.l.ob negotium. est gloss. quæ enumerat omnes casus, in quibus compensatio cessat. Syl.

¶ d Defraudetur. Sed nonne hæc ratio vbique potest habere locũ? Respond. non ita: quia si restitutio denegatur, est dolus: vt ff. mãd.l.si procu. §.dolo. Itẽ depositari⁹ de dolo tantùm aliàs tenetur. vnde si hic magis grauetur, non est mirum: vt arg.ff.de iureiur.l. eum qui.in princ.

Depositarias de dolo tantùm tenetur.

¶ Præterea. Diuiditur in tres partes. Primò quare dicantur arbitrarię. Secundò, quę sunt istę arbitrarię. Tertiò, quid iudex in his possit. Secunda ibi, Sed istę. Tertia ibi, In his enim. Aretin.

CASVS Sequitur sexta diuisio, quę essentialis est. Actionũ enim alię sunt arbitrarię, alię, (vt sic dicam) necessariæ, & quodammodo coactę. Arbitrariæ sunt, quæ libertatem eã iudici tribuunt, vt accepto iudicio iubere possit ante sententiam reum reddere: & si paruerit, eum absoluere. Necessarias verò eas appellemus licet, in quibus iudex non potest eam potestatem reo facere, sed eũ necessariò condemnare cogitur, veluti, Metu mihi allato centum mihi ademisti. ago Quod metus causa. Iudex potest arbitrari, id est, cẽsere, quasiq; suadere, vt rem restituã: cui si paream, cẽtum duntaxat: sin minus quadringenta soluere tenebor. quod eodem modo de iis, quę hîc enumerantur, iudicandũ est. Sed in actione furti, iudex id non potest. qua de causa necessaria quodammodo illa actio est, nõ arbitraria. Singulatim aũt per vnamquãque hîc enumeratã percurrere, non nostrum, sed interpretis

erit officium. Cornel. Vib.

¶ Not. ex princ. & fin. huius §. quòd in actionibus arbitrariis, licet iudici ex bono, & æquo æstimare interesse. Itē, quòd actiones arbitrariæ in rem sunt, & in personam. Syluest.

¶ a Actiones arbitrarias. Sed nūquid sunt bonæ fidei, vel stricti iuris? Resp. quidam quòd bonæ fidei sunt: quia in iudicis arbitrio sunt: vt j. proximo. §. in fin. & s. eo. §. in bonæ fidei iudiciis. Sed hæc nō valet, quia officiū iudicis qđ in bonæ fidei iudiciis venit, est iure actionis. Sed hoc, quod est in arbitrio, merum est, & in iudice tantum est: vt ff. de eo, quod cer. lo. l. in bonæ fid. Alij dicūt, quòd nec sunt bonæ fidei, nec stricti iuris: imò est tertia species ad illam diuisionem, quæ est s. eo. §. actionum. & facit pro eis ff. de in li. iu. l. in actionibus. §. planè. & ff. de vsur. l. in fideicommissis. quæ est l. iij. §. in his. hanc etiam reprobat: quia dicta diuisio est perfecta, & immediata. Alij dicunt, quod verius est, quòd sint stricti iuris, cùm bonæ fidei non inueniantur: vt s. eo. §. actionum. Accur.

ADDITIO. Hæc vltima vera est: & eam sequuntur communiter scribentes hîc.

¶ b Ex arbitrio. Bene dicit ex arbitrio. Nec enim obligatus est rē restituere, vel simile quid facere, quod promptè dices esse versi in actione in rē. In personalibus autē, & arbitrariis, quæ hîc enumerātur, dices quòd licet exhibitio vel restitutio sit in obligatiōe, pœna tamen. i. interesse, vel quāti in litē iuratum est, nō nisi per officiū iudicis, præstatur: & ideo arbitrariæ dicūtur.

¶ Doct. hic dicunt hanc gl. valde notādā: quia melius declarat intellectū huius §. quàm aliqua alia glos. Syl.

ADDITIO. Arbitrari autem in his actionibus iudex dicitur, quòd causa cognita rem totam nondum planè dirimit, sed quasi reo condemnationem proximā ostentans qualem existimationem capere de tota lite potuerit, non obscurè significet. Sed an bonæ fidei actio, & quæ arbitrariæ dici possint, vide hîc per Hotom.

¶ *Si seruus in peculiari merce sciente domino negotiatus, ex contractu quibusdã creditoribus obnoxius fuerit, & si quid inde domino debetur, inter eum & alios creditores merces peculiares sicut dum ratam cuiusque portionem inuicem conueniunt: quod si cui creditorum minus, quàm oporteat contigerit, actione (quæ tributoria dicitur) aduersus dominum experitur.*

¶ Introduxit & aliam Prætor actionem, quæ tributoria vocatur. Nanque si seruus in peculiari merce k, sciẽte domino

fin. huius. §.

g Vocantur: Not. ꝙ institoria à præposito, sed exercitoria à præponente vocatur: vt hic, & s. ꝓximo §. *aut.

h Duas. Per hoc quod dicit duas, excludit primã, qđ iussu. Acc.

i Aequitatis. Not. ꝙ vbi eadẽ est ęquitas, idẽ ius statuẽdũ est: sic ff. ad leg. Aquil. l. illud §. cũ eñ. in gl. ęstimari. & s. quib. mod. i⁹ pat. pot. sol. §. pari ratione.

Ius idẽ statuitur, vbi est eadẽ æquitas

*interueniebat.

Introduxit. Casus. Seru⁹ Titii in mercib⁹ peculiarib⁹ negotiatus est, non iubẽte, sed tamẽ sciente Titio. ego ei cẽtũ mutuo dedi. Hac de causa Prætorẽ adibo, vt dominũ iubeat merces exhibere, si dominus nõ omnes exhibuerit, neq; mihi satisfactum sit, habebo actionẽ in dominũ, quę dicit Tributoria. ꝑ quã enim cogã reliquas merces exhibere, mihiq; tribuere quod mihi deberi planũ fecero. C. Vib.

k In peculiari merce. Hoc cautè dicit, nõ in dominica: vt ff. de inst. l. sed

& si pupillus.§.penul.

¶ a Negotietur. Ad omnem quoque porrigitur negotiationem: vt ff. de tribu. l. illud. & l. j. §. licet.

¶ b Eius rei causa. not. quod ad hoc, vt cõpetat ista actio*, oportet q̃ sit cõtractũ illarum merciũ causa, aliâs non cõpeteret: vt per An. hic.

¶ c Minus. Hãc actionẽ tributoriã dicũt q. dã nõ dari, nisi dominus primo distribuat: & dicũt, q̃ cogit officio iudicis: & hoc colligitur ex hoc §. q. a dicit, minus. Sed dico, q̃d ante & post cõpetit: q. a minus tribuit, q. nihil tribuit: vt ff. de tribu. l. illud. §. si cuius dolo. versi. minus & argu. ff. de verborũ signi. l. minus. & l. verbũ amplius. secundũ Ioan.

*debetur.
*inclusa absunt recte.

¶ Præterea introducta. CASVS. Est præterea actio de peculio ac de in rem verso in hac specie. Seruus meus, me inscio, viginti aureos mutuo sumpsit: ex his decem in rem meam impendit, ędes enim ruinosas fulciuit: alios decẽ arbitratu suo impendit. Creditor actionẽ habet, per quã probans decem in rem meam conuersa esse, ea decẽ integra recuperabit. at pro reliquis decẽ, ego teneor quatenus peculium ferre possit. Quid ergo, si integra decem impensa in rem meam sint? in solidum tenebor. Cor. Vib.

negotietur a, & quid cum eo, eius rei causa b, cõtractũ erit: ita Prætor ius dicit, vt quicquid in his mercibus erit, quódque inde receptũ erit, id inter dominum, si quid ei debebitur, * & cæteros creditores pro rata portione distribuatur [& ideo* tributoria vocatur] quia ipsi domino distributionẽ Prætor permittit. Nã si quis ex creditoribus queratur, quasi minus c ei tributũ sit, quàm oportuerit, hanc ei actiónem accommodat, quæ tributoria appellatur.

¶ *Quod ex contractu [illegible] inscio domino initio) in domini vtilitatẽ versum est, id solidum [illegible] gitur: in rem autem versum intelligimus, si quid seruus [illegible] quò meliorẽ dominus habeat, aut non deteriorem: vt exẽplis aperitur. Quòd si versum non fuit, [illegible] tur dominus, quatenus vires peculij se extendunt.*

¶ Præterea introducta est actio de peculio, déque eo d quod in rem domini versum erit vt quamuis sine voluntate domini negotium gestum erit: tamen siue quid in rem eius versum fuerit, *id totũ præstare debeat: siue quid nõ sit in rem eius versum, id eatenus præstare debeat, quatenus peculiũ patitur e *. In rem autẽ domini versum intelligitur, quicquid necessariò in rem eius impẽderit seruus: veluti si mutuatus pecuniam creditoribus eius soluerit aut ædificia ruentia fulserit, aut familiæ frumentum emerit, vel etiam fundum, aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus erit f. Itaque

¶ Not. q̃ actio de peculio, & de in rẽ verso sunt diuersæ. Item, dic q̃ necessaria erat actio de in rem verso vltra actionẽ de peculio ex rationibus positis p tex. in l. j. in pric. ff. de in rẽ vers. Itẽ, q̃ actio de in rẽ verso orit, quãuis sine voluntate domini negotiũ sit gestũ: q. a orit ex ipsa versione, nõ ex cõsensu: & propterea oritur etiã quãuis gestũ sit cõtra volũtatem domini, quãdo versũ est in eius vtilitatẽ. Itẽ, q̃ actio de peculio datur catenus, quatenus est in peculio: actio verò de in rẽ verso datur ad omne id, q̃d versũ est in vtilitatẽ domini. Itẽ, q. d dicatur versũ in vtilitatẽ: p cuius declaratiõe vide regulã quã ponit Iurisconsultus in l. iij. §. & generaliter. ff. de in rẽ ver. Itẽ no. q̃ omnes expensæ hic enumeratæ dicunt necessariæ. Syl.

*erit.
*patiatur.

¶ d Déque eo. Caue tibi: q. a de duabus actionibus simul dicit, s. de peculio, & de in rẽ verso.

¶ e Patitur. Facit ff. de pecul. l. si quis seruum. §. etiã. & hic adiunge §. cæterum. qui est j.

f Mercatus erit. Facit ff. de in rem

verso

verso.l.ij.§.proinde.

a Ex decem. Quia quot sunt consumpti, in tot debet teneri: vt suprà proxi.§.

b Damnari debet. Facit ff.de in rem verso.l.si p patre.§.idem.

Textum exponit

c Licet. Hoc punctum quod est hîc, ita prauè intelligunt quidam, quòd quicunque agit de peculio, videtur intentare illam formulā, & agere, scilicet, de in rem verso, vt hîc, & ff.de in rem verso. l.filiusfamiliâs.in fine.& ff. de pecul.l.j.§. est autem. quæ

Resp.

opinio necessaria esse videtur. Nam cùm de peculio agitur, debita peculiaria computantur, & ita quod seruus debet domino, & dominus debet seruo naturaliter: quia quod seruus impendit in rem domini, venit in actione de peculio: vt ff. de pec. l. quam Tuberonis.§.in peculio.versic. sed & hic. quod nihil aliud est, quam de in rem verso agi. & ita qui agit de peculio, & de in rem verso agit. Sed Ioan.dicit, quòd diuersæ sunt actiones, & actionum formulæ: nec qui formulam vnius proponit, alterius formulam proponere videtur. Nec obst. dicta l.de peculio. l.j.§.est autē. quia licet ibi videatur sub actione, & edicto de peculio actionē de in rem verso proponere: tamen non demonstratur edictum quod sit de peculio tantùm, sed generale, quod dicit de omni eo, quod sit cum eo, qui in aliena est potestate: vt in eadem l.j.§.verba autem. Item non obst.d.l.filiusfamilias. in fin. quia quo ad effectum proponit de in rem verso, qui proponit de peculio, non quo ad formulam: & eodem modo expone, quod hîc dicitur, vna est actio de peculio, & de in rem verso, id est ille, qui proponit actionem de peculiō, consequitur effectū actionis de in rem verso. Et quod subiicit, duas habet condemnationes.s. actio de peculio, vnam s.pro suo effectu, & aliā pro effectu, s.actionis de in rem actio. Acc.

Actiones de peculio, & de in rem verso sunt diuersæ.

ADDITIO

Hæc opin.glos. quòd sint diuersæ actiones, verior est: quia habent diuersa nomina, & diuersa media cōcludendi.

d Actione. s. de peculio.

Cùm autem.

CASVS

Pamphilus habet in arca centum aureos. debet domino decem, itidémque herili filio decem. quantùm est in peculio? quod, deducto naturali debito superest: nimirum octoginta. Seruus meus peculium habebat centū aureorū: in eo erat vicarius, cui viginti debebat. petis à me centū, quæ meo seruo mutuo dedisti. cogárne integra cētum soluere, an satis erit, si octoginta soluam, quum ille seruus vicario suo viginti debeat? debentur integra centum. Quid ita? quia eadem persona vicarii nō potest eodem tempore duas habere functiones, & in eadem causa serui tui peculium augere, ac minuere. Cornelius Vibulanus.

Not. quid dicatur esse in peculio. Item, quòd deducitur nō tantùm creditum domini, sed etiam eius, qui in ipsius est potestate. Rationem vtriusque ponit Iurisconsultus in l. sed si

si ex decem a (puta) aureis, quos seruus tuus à Titio mutuos accepit, creditori tuo quinque aureos soluerit, reliquos verò quinque quolibet modo cōsumpserit: pro quinque quidem in solidum damnari debes b: pro cæteris verò quinque eatenus, quatenus in peculio sit.* Ex quo, scilicet, apparet, si toti decem aurei in rem tuam versi fuerint, totos decem aureos Titium consequi posse. Licet c enim vna est actio, qua de peculio déque eo, quod in rem domini versum sit, agitur, tamen duas habet condemnationes. Itaque iudex, apud quem de ea actione d * agitur, antè dispicere solet, an in rem domini versum sit: nec aliter ad peculii æstimationē transit, quàm aut nihil in rem domini versum intelligatur, aut non totum.

* re nec male.

In peculio id numeratur, quod deducto eo quod domino [illegible] debetur, superest: modo serui vicario non debeatur.

Cùm autē quæritur, quantum in peculio sit; antè deducitur, quicquid seruus domi-

damnum.§.peculiũ.ff.de pecul.Ratio enim quare id deducitur, quod domino debetur,est : quia dominus preuenisse videtur, & cum suo seruo egisse. Ratio autẽ quare deducitur id quod debetur existẽtib⁹ in potestate domini, est, quia nemo ambigit hoc quoque domino deberi, cui omne quæritur, quod queritur ab existentibus in potestate eius. Itẽ not. casum, in quo non deducitur per dominũ illud quod debet seruus. quod nota. Syl.

¶ a Domino. s. debet. Cùm enĩ, inspectu iure naturali seruus liber sit, apparet φ naturaliter põt obligari, etiã domino suo: vt ff.de cõdi. inde. l. si id, quod & ff.de pecu.l.nec seruus. & s.de fideiuss. §.j.Accur.

no[a] siue, qui in potestate eius sit, debet: & quod superest, id solùm peculium intelligitur. Aliquando tamẽ id, quod ei debet[b] seruus, qui in potestate domini sit, non deducitur ex peculio: veluti si is[c] in ipsius[d] peculio sit. Quod eò pertinet[e], vt si quid vicario suo seruus[f] debeat, id ex peculio eius[g] non deducatur.

¶ *Cui competit actio institoria, vel exercitoria, vel quod iussu, competit etiã de peculio: & in actione de peculio, tot ius eius quod est in peculio, ratio est habenda: in tributoria solùm eius circa quod negotiatur. Quapropter quandoque expedit agi vna, quandoque alia. Aret.*

¶ Cæterùm[h] dubiũ nõ est, quin is quoque, qui iussu domini cõtraxerit, cuíque institoria, vel exercitoria actio competit, de peculio, déq; eo, qđ in rẽ dñi versum est, agere possit. Sed erit stultissimus[i], si, omissa actione, qua facillimè soli-

¶ Adde, quòd est intelligendum de iure naturali, id est, de iure gentium primæuo, id est, quatenus ius gentiũ fundatur ratione naturali, non constitutionibus generalibus gẽtium: si enim intelligeremus de iure naturali simpliciter communi omnibus animantibus, tunc non potest dici quòd oriatur obligatio naturalis, prout declarat Barto. quem communiter sequen. docto. in d.l. si id, quod. Syl.

¶ b Debet. Quasi dicat, & id deducitur, quod debet dare seruus iis, qui sunt in potestate, vt conseruis suis, & filiis domini, & pupillis domini: vt ff. de pecul.l.peculium autem. in princ.

¶ c Si is. scilicet, cui debetur. puta habeo seruum castaldũ, qui ordinarius dicitur, qui habet sub se alium, qui vicari⁹ dicitur: si ordinarius aliquid debet vicario, & conuenior de peculio ordinarii, nõ deducam quod vicario debetur. & est ratio in promptu: quia si deduco pro vicario, adhuc remanet peculium ordinarii : & ita frustra fieret deductio: cùm semper maneret ordinarii peculium.

¶ d Ipsius. scilicet, Ordinarii.

¶ e Quod eò ptinet, i. qđ modo sub nube dixit obtinet in hoc casu.

¶ f Seruus. s. Ordinarius.

ADDITIO. Ordinarii autẽ serui dicuntur ab ordine, qui domui aut tabernæ, aut negotiationi regendæ præsunt: illorum verò si peculio contineãtur alii serui, vicarii appellantur Martialis, Esse sat est seruũ, iam nolo vicarius esse. Seruus ordinarius. Seruus vicarius

¶ g Eius. s. Ordinarii.

¶ Cęterùm dubium. CASVS. Hactenus enumerauit quinq; actiones, quib⁹ cũ domino agi possit de eo, quod seru⁹ debet: Quod iussu, Institoriã, Exercitoriã, Tributoriã, De peculio. Quatuor aũt illis superioribus vti sati⁹ est, quàm postrema: quę hoc differt à cæteris, φ hęc modò vt genus, modò vt species intenditur: aliæ verò tantùm vt species. Consiliũ aũt est, vt actor eã potissimũ intẽdat, qua solidum consequi possit, aut certè plus quàm alia actione. Cor. Vib.

¶ Not. quòd stultissimus dicitur, qui potest vtiliorem viam ad suum consequendũ eligere, & eligit deteriorem. Item quòd habens plures actiones, debet faciliorem proponere. Syl.

¶ h Cæterùm. Dixim⁹ s. in illo §. preterea: quòd is agit de peculio, qui cõtrahit cum seruo inuito, vel ignorante domino: vnde videtur, quòd qui cõtraxit eo volente, puta iussu suo, non posset agere de peculio: sed tamen aliud est, ideo dic cæterùm pro sed.

¶ i Sed erit stultissimus. Not. quẽm esse Electio debet esse de meliori.

dum a ex contractu consequi possit, se ad difficultatem perducat probandi in rem domini versum esse: vel habere seruũ peculium, & tantum habere, vt solidum sibi solui possit.

¶ *Hæc inter actionẽ de peculio & tributoriam differentia est; quòd in priori quod domino debetur ante omnia deducitur: in posteriori verò, dominus tã quam extraneus cũ cæteris creditoribus in tributionem vocatur: item in illa totiuš peculij ratio habetur, in hac eius tantùm, in quo negotiatus est seruus: quò fit vt quã doque vna, quãdoque altera experiri expediat.*

¶ Is quoque b, cui tributoria actio cõpetit, æquè de peculio, & de in rẽ verso agere põt. Sed sanè huic modò c tributoria expedit agere, modò de peculio, & de in rem verso. Tributoria ideo expedit agere, quia in ea domini conditio præcipua non est: id est, quod domino debetur, non deducitur: sed eiusdem iuris est dominus, cuius & cæteri creditores. At in actione de peculio antè deducitur d, quod domino debetur: & in id, qđ reliquum est creditori, dominus condemnatur. Rursus de peculio ideo expedit agere, quòd in hac actione e totius peculii ratio habetur: at in tributoria eius tantùm, quo negotiatur f. Et potest quisque tertia fortè parte peculii, aut quarta, vel etiã minima negotiari: maiorẽ aũt partem in prædiis, vel* mancipiis, aut* fœnebri pecunia habere. *& *& Prout ergo expedit, ita quisque vel hanc actionem vel illam eligere g debet. Certè qui potest probare in rem domini versum esse, de in rem verso agere debet.

¶ *Dicta de dominis & seruis, intelliguntur de parentibus & liberis.*

¶ Quæ diximus h de seruo & domino, eadem i intelligimus, & de filio & filia, &* nepote, & nepte, & patre *aut auóve, cuius in potestate sunt.

¶ *Qui filiofamiliâs in patria potestate constituto mutuam dederit pecuniam, is neque in patrem, neque in filium (etiam postquam sui iuris effectus est) cautum habet actionem, Senatusconsulto Macedoniano ita constituente.*

¶ Illud propriè seruatur * in eorum persona, *obseruatur. quod Senatusconsultum Macedonianum prohibuit mutuas pecunias dari * eis qui in potestate parentis sunt*: *dare *erunt: & ei, qui crediderit, denegatur actio, tam aduersus ipsum filium, filiámve, nepo-

esse stultum, si eligat malum, cùm possit eligere bonum: vt in authent. qui mod. nat. effic. sui. §. j. colla. vj. Vnde versus, Qui videt vtilius, & sumit deteriora: Absit ei radius luminis absque mora. Accur.

¶ a Solidũ. Not. ꝙ habens duas actiones: vnam, ex qua solidum cõsequi possit, & aliam cum diminutione: debet intentare illam, ex qua solidum cõsequatur. Ang.

¶ b Is quoque. Facit ff. de tribu. l. aliquãdo.

¶ c Modò. id est, aliquando.

¶ d Antè deducitur. Not. ꝙ in actione de peculio dominus est priuilegiatus, quia primò sui debiti ratio habetur: de quo s. eo. §. præterea. Ang.

¶ e In hac actione. scilicet, de peculio.

¶ f Negotiatur. Et qđ inde receptum est: vt ff. de tribu. l. procuratoris. §. mercis. versic. per hanc. & suprà eod. §. introduxit. Accur.

¶ g Eligere. Et postquã elegerit, nõ variabit: vt ff. de tribu. l. quod in hærede. §. eligere. nisi fuerit deceptus, quãdo primam elegit: vt ff. quod cũ eo, qui in alie. potest. l. sed si ex parte. §. fi.

¶ h Quæ diximus. A prin. tit. vsque huc.

¶ i Eadẽ. Quãtum ad actiões supradictas: sed in quibusdã nõ conueniunt, vt in mutua pecunia, quod dic, vt j. proxim. §. Item filius potest subire iudicium, & arbitriũ, & patrem

tē neptémve (siue adhuc in potestate sint, siue morte parentis, vel emancipatione suæ potestatis esse cœperit) quàm aduersus patrem a auúmve, siue eos habeat adhuc in potestate, siue emancipauerit. Quæ ideo senatus b prospexit: qa sæpe onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam consumebant, vitæ parentū insidiabātur.

¶ *Actione quod iussu, vel de in rē verso, vel institoria, vel exercitoria, potest agi directò contra patrem vel dominū ex contractu filii, vel serui.* [illegible]

¶ Illud in summa admonendi sumus id, quod iussu patris, dominíve contractum fuerit, quódque in rem eius versum erit: directò c quoque posse à patre, dominóve condici,

obligat quasi ex cōtractu de peculio, sed seru° nō: vt ff. de pecu. l. iij. §. si seruus. & §. idē scribit. & C. de iud. l. seru°. Itē filius fideiubere pōt: & patrē de peculio obligare. vt ff. de pecul. l. iij. §. si filius: sed seruus nō. ff. de fideiuss. l. seru°. & l. seq. & propter hoc dixit ferè. s. eod. §. j.

¶ a Aduersus patrem. Etiam de peculio non tenetur pater: vt hîc dicitur, & C. ad senatusc. Maced. l. si fili°. & cautè colligitur C. ne fil. pro patr. vel pater pro filio. l. j.

¶ b Senatus. s. senatuscon. Maced. vt ff. ad Maced. l. j. qđ cessat in multis casibus. s. xj. Primò, si fuerit miles filiusfam. vt C. ad senatusc. Maced. l. fin. Item si dixerit se patremfam. vt C. ad senatusc. Maced. l. fi. Item si publicè paterfam. videbatur: vt ff. ad senatusc. Macedo. l. si quis patremfam. Item si fuerit in scholis: vt ff. ad senatusc. Maced. l. sed Iulianus. §. quod dicitur. & C. eod. l. Macedoniani. Item si alii creditori soluit: vt ff. ad senatusc. Maced. l. sed Iulianus. §. pen. Item si factus paterfa. debitum primum contractū quocunque modo agnouit: vt C. eod. l. Zenodorus. Item si vertit in rem patris: vt ff. eod. l. sed Iulianus. §. proinde si acceperit. Item & si non accepit, vt verteret in rem patris, postea tamen vertit: vt ff. eod. l. sed Iulianus. §. proinde. versi. sed & si ab initio. Item cessat, quando pater consensit, vel præsens non contradixit, vt ff. eod. l. sed Iulianus. §. quanquam. & l. si tamen sciente. & C. eo. l. si permittente. Item si postea pater ratum habeat: vt C. eodem. l. fin. in princip. Item si paterfamiliâs factus soluere cœpit: vt ff. eod. sed Iulianus. §. fi. & l. sequen. Aliâs autem locum habet, vt non teneatur pater, vel filius, siue pecunia fuerit mutuo data, siue aliud in fraudem senatusconf. vt ff. eodem l. filiusfamiliâs. §. is autem. & l. sed Iulianus. §. mutui dationem.

ADDITIO. Verba senatuscon. Macedoniani vide apud Alexā. ab Alex. lib. Genia. dier. I. c. vij. Quod autem Macedonem Theophilus prodigum & dissolutū iuuenē fuisse ait, id ille ex eodē fonte hausit, vnde aliarum Romanorum rerū cognitionem sumere consueuit.

¶ Illud in summa. CASVS. Imperator ad extremum hoc dicit, si Lælius alicui seruo iussu domini centū dederit mutuo, vel quæ in rē domini versa sint, præter superiores omnes actiones licere, etiā directa actione, dominum aggredi: ac dicere, Aio te mihi centum dare oportere. quoniam videtur ipse quodammodo contrahere, quum contrahendi seruo, filióve mādauit facultatem, Cornel. Vibul.

¶ Not. illud verbum, in summa, cuius significatio est, tādem & finaliter. Itē, quod de in rē verso, quod iussu, exercitoria, & institoria agitur etiā directò cōtra dominum. Item not. casum in quo mandans tenetur, ac si principaliter negotium gessisset. Syl.

¶ c Directò. id est, certi condictione directa, non adhibita hac adiectione de peculio, vel de in rem verso. Sed nunquid supradicta sex nomina. s. qđ iussu, exercitoria, tributoria, de peculio, & de in rem verso, sunt nomina actionum? Respondent quidam, quod sic: & faciunt pro eis infinitæ leges, quæ dicuntur de actione, de peculio, & sic de singulis, vt patet etiam in rubric. cuiuslibet titu. Sed Ioan. contra. Dicit enim quòd sunt actionum adiectiones, non actiones. & facit pro eo ff. de negotiis gestis. l. mandasti. & ff. de pecu. l. iij. §. cui congruit.

¶ Adde

¶ Adde, quod hāc gl. dicit notabilem ad hoc Ias. š. de act. §. j. vbi ponit multas gl. concord. & in §. rursus. pro quo vide text. cum gl. in l. v. in glo. j. C. vbi conueni, qui cert. loco. & idem vult Bart. in l. fin. in ij. quæstio. C. ex quibus can. maior. Syluest.

ADDITIO. Hic directò cōdici dicitur, cū nō propter seruum, aut filiū, sed propter iussum domini patrisve, aut quia locupletior factus ille est, cōdicim⁹. erit autem hæc Condictio certi generalis, de qua in l. certi. ff. si cer. peta.

¶ a Condici. scilicet certi cōdictione, nō habita hac adiectione, institoria. Item & de in rem verso: vt ff. de in rem verso. l. j. in princip.

b Intelligitur. facit ff. de eden. l. Prætor. §. sed & si seru⁹, & ff. si cert. pet. l. si institorem.

tanquam si principaliter cum ipso negotiū gestum esset. Ei quoque, qui exercitoria, vel institoria actione tenetur, directò posse condici [a] placet: quia hui⁹ quoque iussu contractum intelligitur [b].

TIT. VIII.

DE NOXAlibus actionibus.

¶ *Quoties alienus seruus noxā seu damnum cuipiam intulerit, actio noxalis aduersus dominum instituitur: qua si cōdemnatus fuerit, ei licet aut damnū soluere, aut ipsius serui datione damni vitare æstimationem: is tamen cui noxæ deditus est, quanuis dominus serui sit effectus, cum tamen postea damnum resarcientem, manumittere cogitur.*

EX maleficiis [c] seruorum, veluti, si furtum fecerint [d], aut bona rapuerint, aut damnum dederint, aut iniuriā commiserint, noxales actiones ꝓditæ sūt, quibus dño dānato [e] permittitur, aut litisæstimationem [f] sufferre, aut ipsum*hominē noxæ dedere. Noxa aūt est ipsum corpus, quod nocuit, id est seru⁹, noxia [g] ipsum maleficiū: veluti furtū, dam-

*hunc

DE NOXALIBVS actionibus.

¶ Non solùm ex contractibus eorum, qui in nostra potestate sunt conuenimur: sed etiam ex delictis: & quia pro eis noxaliter agitur, ideo de noxalibus ponitur. Accur.

ADDITIO. Ad istam continuationem facit l. j. ff. eod.

EX maleficiis. Totus iste tit. diuiditur principaliter in duas partes, Primò ponit qualiter deditio pro noxa habet locum in seruo delinquente. Secundò an habeat locum in filiofamilias. Secunda ibi, Sed veteres.

CASVS. Quid est actio noxalis? Dauus Simonis seruus viginti aureos manifestò subripuit Mæuio. Ius ciuile vinculum iniicit obligationis in Simonem, in centum, id est, in ipsos viginti, & octoginta pœnę nomine. aget ergo Męuius in Simonem, tantámque summā ab eo reposcet. Quid autem, si Dauus non centum, acne sexaginta quidem valebat? Licebit Simoni aut centum soluere, aut Dauum ipsum pro noxa dedere: eáq; actio Noxalis appellatur. C. Vibul.

¶ c Ex maleficiis. Idem est, ex quasi maleficiis, vt ff. nau. caupon. stabul. l. fin. §. seruorū. & de hoc plenè diximus suprà de act. §. actiones autem.

¶ d Furtū fecerint. sup. extraneo. & idem in sequentibus articulis. Nam cū domino talia cōmittēdo, agi non potest: vt š. de obli. ex deli. §. hi qui. & ff. de noxal. l. cum seruus.

e Domino damnato. Nescienti cùm delinqueret seruus: vel scienti, tamen prohibere non valenti: alioqui in solidum teneretur: vt ff. de noxal. act. l. ij. & l. in delictis. & C. eod. l. ij.

f Aestimationem. Putà decē, ad quæ semper est obligatus: sed liberatur dādo animal. s. quousq; actione iudicati conueniatur: vt ff. de re iud. l. miles. §. decem. & ff. de petit. hæred. l. item veniunt. §. cùm prædiximus. Accur.

¶ g Noxia. Vnde versus: Noxia delictum, delinquens noxa vocatur. sed quandoque vno pro alio vtimur. Noxia & noxa differunt.

ADDITIO. Noxa autē dedere est, pro noxa relinquere, & cedere agenti noxaliter: quod & noxam dedere ali-

quando dicitur. l. j. & l. si verò ff. de iis qui deiec. E. B.

a Iniquum. Sed quādoque iniquius esset officiū alicuius esse sibi damnosum, secundū Ioan. vt ff. de fur. l. si seruus communis.

§. quod verò.

Dominus noxali. Casus. Simo Dauū seruum suum Mæuio noxæ dedidit. is seruus quem ita datus esset, operis suis atque industria quæsitū ita vberem fecit, vt dānum illud repēdere posset, qđ fecerat. rependit. Reddetúrne Simoni veteri domino? nequaquam: sed à Prætore libertate donabitur. Cor. Vib.

b Serui sui nomine *. Not. q̄ dominus tenetur nomine serui, & ita debet fundari libell⁹ secundum Angel. Aret.

c Liberatur. Sed cum seruus non sit in obligatione, sed dāni æstimatione: vt ff. de re iud. l. miles. §. decem. quomodo dando seruum liberat, cùm aliud pro alio inuito creditore solui non possit? vt ff. si cer. pet. l. ij. §. j. Resp. speciale est: quia iniquum est serui nequitiam vltra ipsius corpus extendi: vt s. eod. §. summa.

Adde q̄ hæc omnia vera sunt, quando agitur ciuiliter ad damnū datum: quia tunc cōdemnatur ad æstimationem damni, vel dandum seruū noxæ, & reus dando seruū liberatur, vt hîc dicitur: secùs si ageretur criminaliter ad vindictam ob iniuriam à seruo illatam: nam tunc aliter pronuntiatur. s. vel ad æstimationem damni, vel ad tradendum seruum verberandum, vel dandum seruum pro noxa: vt est text. not. in l. sed si vnius. §. cùm seruus. ff. de iniur. quem vid. Syl. Aldob.

*defungi.

*Ista gl. non est Accur.

*abest.

*abest.

num, rapina, iniuria. Summa autem ratione permissum est noxæ deditione fungi *. Nāque erat iniquum a, nequitiam eorum vltra ipsorum corpora dominis damnosam esse.

¶ *Pro delicto serui dominus liberatur dādo seruū pro noxa: & in damnum passum transfertur dominium: quod aucupari potest, si dominus emēdet damnū, & velit eum manumittere. Aret.*

Dominus noxali iudicio serui sui nomine b conuentus, seruum actori noxæ dedēdo liberatur c: nec minus d in* perpetuum eius serui dominium à domino trāsfertur. Sinautē damnū ei, cui deditus est, seruus * resarcierit quæsita pecunia: auxilio e Prætoris inuito domino manumittetur.

¶ *Noxalium actionū quædam sunt ciuiles, & quædā prætoriæ. Aret.*

Sunt autem cōstitutæ noxales actiones, aut legibus, aut edicto Prætoris. Legibus: veluti, furti f ex lege duodecim Tabularū: damni g iniuriæ ex* lege Aquilia. Edicto Prætoris: veluti iniuriarū & vi bonorum raptorū.

¶ *Omnis ad quem seruus delinquens trāsit, noxaliter conuenitur. Et noxaliter etiam quis punitur pro delicto liberi hominis facti postea serui. Aret.*

Omnis autem noxalis actio ca-

d Nec minus. Quasi dicat, licet detur pro alio, scilicet pro delicto, vel æstimatiōe delicti: tamen dominiū transfertur.

e Auxilio. Sed nónne iniquum est auferri, qđ perpetuò sibi quæsitum est, vt modò dixerat: & probatur. ff. re. amot. l. non enim. Sed certè est speciale fauore libertatis: sic & aliâs C. de patr. qui fil. distra. l. ij. & ff. si lib. ingenuus es *abest. se dic. l. ij. sic & ff. de hæred. institu. l. pignori. Accur.

ADDITIO. Et dicit hîc Angel. quod redimens aliquē ab hostib⁹ (qui hodie intelligūtur infideles) potest eum retinere loco pignoris, vt seruiat sibi per quinquēnium, nisi se redemerit. l. senat⁹. §. fi. ff. de leg. j. & l. j. C. de captiuis.

f Furti. s. non manifesti. Nam actio furti manifesti est prætoria: vt infrà, de perpe. & temp. acti. §. j.

g Damni. s. actio.

Omnis autem. CASVS. Tenendū est præceptū nobis ab antiquis quasi per manus traditum, Noxa caput sequitur. cuius hæc exempla sunt, Dauus Simonis seruus noxiam commisit. cum Simone actio est. Si Dauus Chremetis esse incipiat, in Chremetem erit actio: denique quamcunque in ma-

in manū peruenerit, semp eū insequetur actio. Quinimò si Simo ipse quū liber esset, noxā cōmiserit, deinde ad pretiū participādū sese vēdiderit, aduersus dominū hęc intendetur actio. C. Vibul.

ita? quia seruus domino obligari non potest. Quid, si eum Titio vendidero? nihilomagis. Quapropter? actio nascitur ex obligatione: obligatio autem cōcipi nō potuit. Dauus Simonis seruus mihi damnū dedit, deinde meus factus est: nō dabitur tamen actio. Quid si eūdem postea Simoni vendidero? ne tūc quidē dabitur: quia res in eā delapsa est causam, in qua consistere non potuit. Cor. Vib.

¶ a Commiserit. scilicet extraneo. [* noxiā]

¶ b In tua potestate sit. Vel dolo fecisti quo min⁹ sit, nā tūc vtilis noxalis locū habet: vt ff. eodē. l. si bonæ fid. & l. electio. §. si is. [* au]

¶ c Directò. Hîc distingue, an seru⁹ delinquit, an contraxit. primo casu si in dominum, nō tenetur postea factus liber: vt s. de obligatio. quæ ex delictis. §. ij. qui. & infrà proxi. §. & ff. de furt. l. serui & filij. Si in extraneū, tenetur directò, vt hîc. Si autē cōtrahat, & fuerit cōnexa gestio illa, quā gesserit in seruitute, cū ea quā in libertate fecit, tenetur, nō aliàs: vt ff. de negotiis gest. l. eū actū. & C. an seruus ex suo facto. l. iij. in fin. nisi in casu C. de peti. hæred. l. fin. §. pen. in fine.

Seruus manumissus an teneatur de gestis in seruitute.

ADDITIO. Alios etiā cas⁹ habes notatos in l. eum actū. in gl. in verb. reddere. ff. de nego. gest.

¶ d Primo libro. Vt s. de iure perso. §. penul.

¶ Si seruus domino. CASVS. Seruus meus mihi damnum dedit, mihíne competit hæc actio? minimè. Quid

put sequitur. Nā si seruus tuus noxam * cōmiserit [a], quādiu in tua potestate sit [b], tecum est actio. si autem in alterius potestatē peruenerit, cū illo incipit actio esse: at* si manumissus fuerit, directo [c] ipse tenetur, & extinguitur noxæ deditio. Ex diuerso quoque directa actio noxalis esse incipit. Nam si liber homo noxiam cōmiserit, & is seruus tuus esse cœperit (quod quibusdam casibus effici primo libro [d] tradidimus) incipit tecum esse noxalis actio, quæ antè directa fuisset.

¶ *Ex serui proprii delicto domino nulla prodita est actio, [illegible] alienatione aut manumissione seruus conditionē mutet. Quod locum quoque habet in alieno seruo, qui dominum passi proprius effectus est, nec contra seruo ex domini delicto, [illegible] vlla datur actio.*

¶ Si seru⁹ domino noxiā cōmiserit, actio nulla nascitur, Nāque inter dominū, & eū, qui in potestate eius est, nulla obligatio [e] nasci potest. Ideóque & si in alienam potestatem seruus peruenerit, aut manumissus fuerit, neq; cum ipso [f], neque cum eo, cuius nūc in potestate [g] sit, agi potest. Vnde si alienus seruus noxiam tibi commiserit, & is postea in potestate tua esse cœperit [h], interdicitur [i] * actio: quia in eum casum deducta sit, in quo consistere non potuit [k]. Ideóque licet exierit de tua potestate, agere non potes [l], quemadmodum si do-

¶ e Obligatio. scilicet ciuilis, sed naturalis sic: vt s. de fideiusso. §. j.

¶ f Cum ipso. Manumisso: vt hîc, & C. eod. l. j. in fin. Accur.

¶ g In potestate. Cum alienatus est. & facit ff. de pecul. l. & ancillarum. §. si seruus. vers. sed si alieno. Acc.

¶ h Esse cœperit. Antè litem cōtestatā. Nam post litem contestatam nō interdicitur: vt ff. eod. l. si alienus seruus. Et est ratio: quia imputatur ei, qua re alienauerit: vt ff. eod. l. quēadmodum. * in princip. [* intercedit, rectè.]

¶ i Interdicit. Facit ff. de minor. l. verum. in fin. j. respon. & ff. de leg. j. l. legatarius. in fin.

¶ k Nō potuit. scilicet noxalis actio. Et nota rem impediri, si deducitur in eum casum, à quo incipere non potest. argu. s. de lega. §. ex contrario.

¶ l Non potes. Argum. ff. de ca. &

minus in seruum suum aliquid cõmiserit; nec si manumissus, aut alienatus fuerit seru⁹, vllam actionem contra dominum habere potest.

¶ Veteri iure filiifamiliâs noxiam inferentes, non secus atque serui, noxæ debebantur: quod vtpotè asperum & inhumanum hoc iure exauthoratum fuit: cùm filius familiâs qui deliquit, ipse conueniri possit.

¶ Sed veteres quidem hoc & in filiisfamiliarũ masculis & fœminis admisere [a]. Noua autem hominum cõuersatio huiusmodi asperitatem rectè respuendam esse existimauit [b], & ab vsu cõmuni hoc penitus recessit. Quis enim patiatur, filium suũ, & maximè filiam in noxam alij dari*, vt penè [c] per filij* corpus pater magis, quàm filius periclitetur? cùm in filiabus etiam pudicitiæ fauor [d] hoc bene excludat. Et ideo placuit, in seruos [e] tãtummodo noxales actiones esse proponendas: cùm apud veteres legum cõmentatores inuenerimus sæpius dictũ, ipsos filiosfamiliâs [f] pro suis delictis posse conueniri [g].

*dare. *abest.

TITV. IX.

SI QVADRVPES pauperiem fecisse dicatur.

¶ Quoties quadrupes contra innatam sui generis consuetudinem commota, feritate, lasciuia, vel alio quouis modo damnum intulerit, actio noxalis aduersum quadrupedis dominum accommodatur: vt aut dãni æstimationem soluat, aut animal noxæ dedat.

---

po. re.l. ij.§.j. alias de cap. diminu.l. iij.§.ei qui.

Filius olim p noxa dabatur, & patre licitè occidebatur.

¶ a Admisere. Iure veteri dabatur filius pro noxa, vt seruus: vt hic. Item occidebatur licitè à patre, sicut seru⁹ à domino: sed hodie nõ sic: vt ℑ. de iis, q. sunt sui vel alie.iur. §.ij.& ℑ.de iure perso.§.iij.& ff. de lib.& posth. l. in suis, in fin. & C. de patr. pot.l.fi.

¶ b Existimauit. Vt hîc, & C. de fur.& ser.cor.l. apud antiquos. in fi.Accur.

¶ c Penè.id est, ferè. vel pœnę nominaliter scilicet p corpus pœnæ & tũc diphthõgat: quasi dicat. p corpus filij patientis pœnam.

¶ d Pudicitiæ fauor. Not. q pudicitia est multũ fauorizanda. facit l. nec ei.§. penul. ff.de adop.Ang.

¶ e In seruos.id est:propter seruos.

¶ f Filiosfamiliâs.Non etiam patres: vt si fili⁹ familiâs iudex litẽ suã fecerit malè iudicãdo: vt ff.de iud.l. si filius familiâs. vel si damnum alicui dederit proiiciendo, eo separatim habitãte à patre: vt ℑ. de obl. quæ ex quasi delict. §. si filiusfamil, & ff.de iis qui deie. vel effud.l.j.§.si filiusfa.& de his legibus dicit hîc, cum dicit antiquos cõmentatores. Accur.

¶ g Conueniri. scilicet directò: vt ff. eodem. l. noxali.& l.seq.quibus filiis condemnatis datur in patrem actio in factum, de re iudicata in peculiũ: vt ff.eodem.l.& si condemnatus.& ff. de pec.l. iij. §.item scribit. Sed q.d, si iudicium filius accipere noluit: imò cõtumaciter non venit, an mitti actor debet in possessionẽ peculij. pfectitij? Videtur quòd non: quia ex delicto filii non debet conueniri pater, vt hîc dicitur. Econtra videtur q sic: quia aliâs dicit lex, quòd potest cedere bonis in peculio tali: vt C. qui bon. cede. possunt. l. cum & filij. in eo quod dicit, vel à patre &c. Sed huic verbo respon. Aldricus quòd dicta lex cum & filij. loquitur de castrẽsi.vel de eo, qđ habet à patre sibi eunti in castra, donatũ, quod etiam castrense dicitur: vt C. famil. erciscund. l. si filiusfamiliâs.

Contumacia filii. an ciat qđ actor mitti debeat in peculiũ profectitium.

SI QVADRVPES pauperiem fecisse dicatur.

¶ De maleficiis seruorum dictum est: nũc de maleficiis irrationabilium animalium. Nã aut damnum dat homo liber, & tũc locũ habet titul. ℑ. ad legem Aquiliam, per totum. aut seruus, & tunc locum habet suprà titul.

primus

primus per totum. Aut aliud animal, & tunc locum habet hic tit. Accur.

Animalium. Totus iste titul. diuiditur in duas partes. Primò quando actione pauperie locum habeat, vel non. Secundò loquitur, quando habet locum actio de ædil. edict. vel non. Secunda ibi, hæc autē, vel ibi, cæterùm.

CASVS. Bos cornupetere solitus, seruū meū vulnerauit. actio mihi in dominum noxalis conceditur, cuius ea potestas est, quæ noxalium ex noxia seruorū. id est, vt nisi vltro noxæ dedat animal, conuentus dominus in litis æstimationē cōdemnetur: habétque locum hæc actio nō in iis quę natura ferocia sunt, veluti vrsus, leo, aper, panthera: sed in iis, quæ præter consuetudinem irritātur: vt equus, bos, mulus, canis, &c. quę cicuria & mansueta sunt. C. Vib.

Not. quomodo noxalis actio datur pro damno à quadrupede dato, & in quibus casibus. Item, quòd in his terminis actio noxalis prodita est à lege xij. Tab. Item quòd ratio hæc bona est, quia lex ita disponit. Item, quid sit pauperies. Item, quòd animal cùm intellectu careat, non potest iniuriam facere. Item, quòd sensus accipitur pro intellectu: quia animalia sentiūt, & in animalibus est sensus. Item not. illa verba, siue iniuria facientis, quòd iniuria capitur abusiuè, respectu eius qui infert iniuriam. Syl.

a Animalium. scilicet quadrupedū: vt ff. eod. l. j. in prin. sed nomine damni dati à bipede, vtilis locum habet: vt ff. eod. l. penul.

b Lasciuia. id est, luxuria. Vel dic facilitate, vt facit pullus.

Intelligas per lasciuiam, id est per quandam petulantiam, quam habent animalia, præsertim quæ nondum domita sunt. Lasciuire enim est blandè saltare, & huiusmodi iuuenilia facere. Syluest.

c Feruore. id est, Amore: vt si equus tuus, vt equam meam adiret, ostium meum fregerit, & dicitur feruor, quia calefacit amor vt in auth. quibus mod. nat. effic. leg. §. illud. versi. sed nihil.

d Feritate, i. Crudelitate: scilicet sua, nō sui generis natura: vt j. proxi. §.

e Actio. Quæ vocatur in factum, vel simpliciter de pauperie.

f Prodita. id est, adinuenta.

g Scripta est. vt suprà titul. j. §. sunt autem. & ff. eodem l. j. in princi.

h Solit^o. Subaudi in vtroq; exemplo, etiam. Nam idem est, & si nō solitus, vt in princ. huius titu.

Animalium[a] nomine, quæ ratione carent, si qua* [*si quid] lasciuia [b], aut feruore [c]*, [*pauore] aut feritate [d] pauperiem fecerint: noxalis actio [e] lege duodecim Tabularum prodita [f] est. Quæ animalia, si noxæ dedantur, proficiūt reo ad liberationē: quia ita lex duodecim tabularum scripta est [g]: vt putà, Si equus calcitrosus calce percusserit, aut bos cornupetere solitus [h] cornupetierit. Hæc autem actio in iis, quæ contra naturam [i] mouentur, locum habet. Cæterùm si genitalis [k] sit feritas [l], cessat actio [m]. Denique si vrsus fugerit * [*fugit] à domino, & sic nocuerit * [*nocuit], non potest quondā dominus conueniri: quia desiit * [*desinit] dominus esse, vbi [n]

ADDITIO. Hoc verum, si fera nocens non euasit, quæ habebat consuetudinem redeundi: aliàs si euasit, nec vtili, nec directa tenetur dominus, etiam si postea redierit. arg. l. qui res. §. aream. ff. de solut. Ang.

i Contra naturam. id est, consuetudinem generis illius animalis, licet sit sua consuetudo, vt calcitret: vt suprà proxim. §. nam maior pars equorum non pessundat, & maior pars boum non cornupetit: quia equi & boues dicuntur mansueti. Et mansueta dicuntur, quæ gregatim pascuntur: vnde secundum hoc canis non est in numero ferarum, nec mansuetorū. Nam maior pars canum non mordet: & maior pars non gregatim pascitur: sed videtur etiam, quòd in his feris locum habeat hæc actio: vt infrà eod. §. fin. quæ est contra. Solu. vtilis (vt ibi) locum habet directa non: vt hic, & ff. eo. l. j. §. in bestiis. Accur. [Equi & boues sunt mā sueti. Canes aliqui nō mordent.]

k Si genitalis. id est, si à genere habeat quòd sit fera.

l Feritas. id est, crudelitas.

m Actio. scilicet, directa.

n Vbi. id est, Postquàm.

¶ a Euasit. Vt suprà de rerum d.u. §. feræ.

¶ b Pauperies. Mirabilis est hæc expositio & legalis: ideo sic fortè dicta, quia pauperiem aliquam facit: sicut & damnũ diminutio vel ademptio patrimonii dicitur: vt ff.de damno infec.l.tertia.

¶ c Sensu caret. Quãdoque tamen res inanimata iniuriã facere dicitur impropriè: vt ff.commod. l.si vt certo. §.planè si sic commodaui.

¶ d Hæc. scilicet supradicta duo,& quòd nómine feræ bestiæ non agatur hac actione, & ꝙ nomine mansuetæ noxaliter tantùm agatur: vt s.proxi. §.& in princ.tit.

¶ Cæterũ sciendum est. CASVS Aediles plebis, qui vrbis curam gerebant, edictum proposuerant, quo prohibebatur ne quis leonem aliúdve nocẽs animal qua vulgo iter fiet, habeat. Cornelius leonem habuit, qui seruum meum vulnerauit. Si seruus decem valebat, actio mihi in viginti dabitur: si meum filium læsit, iudex tanti eum damnabit, quantum æquum bonũmq; iudicabit. Sed præter illas actiones ab Aedilibus institutas, locum habet etiam de pauperie actio. Nam ex eodem facto si plures nascantur actiones, liberum est mihi qua velim vti: ita vt si pœna vnius alterius pœnam superet, quod pluris vna habet, per aliam consequamur. Cor.Vibul.

fera euasit [a]. Pauperies [b]. autem est damnum sine iniuria facientis datũ. Nec enim pôt animal iniuriã fecisse dici, quod sensu caret [c]. Hæc [d]* quidẽ ad noxalem pertinent actionem.

*sunt quæ.

¶ *Si quadrupes non mansueta iuxta naturam sui generis damnum dederit in liberum corpus non occidendo dominus ex ædilitio edicto arbitrio iudicis cõdemnatur, in aliis rebus in duplum, vel noxalis actio his duobus casibus contra dominũ dirigitur: & pœnales actiones pro eodem facto concurrentes non perimunt se consumunt.*

Adnota, Quoties plures pœnales actiones pro eodem facto competunt, cõcursu inuicẽ nequaquam se perimunt.

¶ Cæterùm sciendum est, ædilitio edicto [e] prohiberi nos canem, verrem, aprum, vrsum, leonem [f] ibi habere, quà vulgò iter sit. & si aduersus ea factum erit, & nocitum [g] libero homini esse dicatur*: quod* bonum & æquum iudici videtur, tãti dominus condemnetur [h]: cæterarum vero* rerum quãti damnum datũ sit, dupli. Præter has [i] autem ædilitias actiones, & de pauperie locum habebit [k]. Nunquam enim actiones, præsertim pœnales, de eadem re [l] concurrentes, alia aliam consumit [m].

*dicetur. *quanti *abest.

Not. quòd in pœnalibus vna actio aliam non consumit. Syl.

¶ e Edicto. Posito ff.de ædil. edic. l. hic enim. §.deinde.& l.seq.

¶ f Leonem. Item lupum, pantheram. & generaliter omne animal, qđ debeat nocere, siue solutum, siue ligatũ: ita tamẽ, quòd dãnũ nihilominus facere possit, vt ff.de ædil. edi. l. hi enim. & l.generaliter. & l.seq.

¶ g Et nocitum. In corpore, ita ꝙ non sit mortuus. aliâs cc. solidi debẽtur: vt ff.de ædil.edict. l.quà vulgo. ij. respon. Accurs.

¶ h Condemnetur. Ratiõe deformitatis non habita, sed impensarũ tãtùm in curatione factarum, & operarum amissarum, & amittendarum: vt ff.eodem. l. ex hac. Item condemnatur in duplũ occasione dãni dati in aliis rebus ex hoc edicto: vt hîc, & ff. de ædil.edicto. l.quà vulgo. ij. respon.in fin.

¶ i Præter has. id est, præter hos modos agendi ædilitio edicto.

¶ k Habebit. scilicet vtilem: aliâs contra: vt s.eo.§.hic autem. Accur.

¶ l De eadem re. id est, ex eodem facto & delicto.

¶ m Consumit. Hoc est intelligẽdum concursu. perceptio enim vna aliam consumit. Et ad euidentiam istorum dic, quòd quando competunt plures actiones eidem & contra eundem, aut omnes pœnales sunt, aut omnes rei persecutoriæ, aut aliæ pœnales, aliæ rei

Actiones plures si cui competãt, an vna intentata tollãtur aliæ.

rei persecutoriæ. Primo casu subdistingue: aut omnes ex vno delicto, & tunc vna tollit aliam perceptionem, non in id quod excedit: vt ff. vi bono. rapt. l. j. & ff. de actio. & obligat. l. qui seruum. j. resp. & hoc cùm ex vno delicto, nó autem concursu: vt hîc dicit. vbi autem ex diuersis factis, vna non tollit alteram etiã perceptione: vt ff. de princ. del. l. nunquã. in pri. In secũdo casu, quãdo oẽs sunt rei persecutoriæ, dic ꝙ aut contra eundem dantur: & tũc tolluntur adinuicẽ perceptione, non concursu: vt ff. loc. l. si merces. §. culpa. aut contra diuersos, & tunc non tolluntur etiã perceptione: vt ff. de tab. exhib. l. locum. §. condemnatio. In tertio casu. s. quãdo alia est pœnalis, & altera rei persecutoria: iterum subdistingue, quia aut est pœnalis originaliter, & tunc neutra per alterã tollitur: vt ff. de furt. l. si pignore. §. cùm furti. & ff. de cõd. fur. l. si pro fure. §. furti. hoc tamen fallit in casu: vt ff. nau. cau. stab. l. & ita. §. fi. quia ibi competebat altera de iure communi, altera de iure speciali. Aut nõ est merè vel originaliter pœnalis: & tunc vna per alterã tollitur: vt ff. quod met. cau. l. metum. §. licet.

¶ Dic tu quantũ attinet ad regulã huius tex. ꝙ illa procedit quo ad hoc, vt simul concurrant, ita ꝙ vtraque eligi possit: sed bene, vna electa, alia tollit. l. idẽ ait. in fi. ff. nau. cau. stabu. etiã ꝙ in actione electa succubuerit. secundum Bart. in l. hoc edicto. in ij. q. ff. de publ. Item hæc vera sunt, quando ex eodem facto, & vnico criminis titulo procedunt: aliàs secùs. l. j. ff. vi bo. rap. l. nunquã plura. ff. de priua. delict. Syl. ADDITIO. Similem glos. habes ff. nau. caup. stab. l. & ita. quæ olim incipiebat, idem ait. §. fi. & in l. nunquam actiones. ff. de regul. iur. cuius regulæ tenor ponitur hîc in fin. text.

TITVL. X.

DE IIS PER quos agere possumus.

¶ *Actiones intentantur per nos, & per procuratores nostros: quorum vsus olim prohibitus erat, nisi in certis casibus: sed nunc necessarius est. quã do principalis agere, vel defendere impeditur. Aretinus.*

NVnc admonendi sumus [a], agere [b] posse quemlibet [c] hominem aut

DE IIS, PER QVOS agere possumus.

¶ Quia de actionibus diximus, videamus per quos exerceantur, & hoc incipit, Nunc, &c.

NVnc. Totus iste titul. diuiditur in tres partes. Primò ponit vnũ dictum bimẽbre. Secundò vnum membrum assumit, & declarat tam de iure antiquo, quàm hodierno. Tertiò declarat quid est procurator & tutor. Secunda ibi, Alieno veluti. Tertia ibi, Procurator. CASVS. Quoniam dixisti actionẽ esse ius persequendi in iudicio quod sibi debetur: quæro an quod alii debetur persequi alius possit? Olim (ait) nõ poterat, nisi in tribus, aut quatuor casibus. Primùm si populus aliquis causam haberet. nã actor totius populi nomine constituendus erat: quippe quũ agere vniuersus populus non posset. Secundò in causa libertatis. Nam qui in possessione seruitutis cùm esset, ad libertatem proclamabat, Vindicem, siue Assertorem habebat, qui ipsius causam agebat. Tertiò, si quis tutelam sibi deferendã contendat. Item, quibusdam casibus lege Hostilia declaratis. Sed vtilitate hominum postulante permissum est, vt per procuratores, tutores & curatores agere possemus. Cor. Vibu.

¶ Not. quòd quilibet non prohibitus potest agere nomine suo, & alieno: & sic quòd hoc edictum est prohibitorium certarum personarũ. Item not. in quibus casibus de iure antiquo agere liceret. Item not. rationẽ quare adinuentum fuerit, quòd quis alieno nomine agere posset: & est text. apertius declarans in l. j. §. fi. ff. de procur. vbi non solùm consideratur caput impotentiæ, scilicet quãdo homines suis negotiis superesse non possunt: sed etiam quando nolunt. Syl.

¶ a Admonẽdi sumus. i. admonemus.

¶ b Agere. scilicet hodie.

¶ c Quemlibet. scilicet, idoneũ, propter seruum, qui nec suo, nec alieno nomine admittitur: vt C. de iud. l. seruus. Item propter pupillum: vt C. qui

legit.perso.hab.per totum.Accurs.
¶ Facias tu regulam, quod quicunque potest esse in iudicio proprio nomine, potest etiam procuratorem constituere: quam facit Innocent. in c.edoceri.de rescrip.
Sed ego addo proprio nomine propter personas coniunctas, quæ possunt esse in iudicio, & nō possunt cōstituere procuratorem, saltem ante litē contestatam: vt concludit Rota de procurator. decis. tricesima quarta in antiquis.Syl.
ADDITIO. Ex hac gl. nota quòd lex generaliter loquens recipit restrictionem ex habilitate siue idoneitate: vt l. vt gradatim.§. & si. ff.de mun. & hon.
¶ a Cùm. id est quamuis.
¶ b Eorum nomine.scilicet, si quis faceret furtū captiuis velReip.causa absentibus.
ADDITIO. Dic, quòd hæc ratio fuit impulsiua,secundum Ang.
¶ c Cuius.i.alicuius. quasi dicat,procurator potest agere nomine eorum, qui sunt in tutela captiuorum & Reipublicæ causa absentium.
ADDITIO. Procurator dicitur omnium rerū eius qui in Italia non sit, absitve Reipub.causa,quasi quidā penè dominus, hoc est alieni iuris vicarius. hæc Cic. pro Cæcina. ex quibus verbis Francis.Hotom. in suis in eam orat.commen. docet procuratorē esse absentis, Cognitorē præsentis, corruptúmq; esse Asconii locū, vbi legitur, procurator dicitur, qui negotiū suscepit: legēdū est enim, Qui absentis negotium suscipit: Cognitor, qui præsentis causam nouit, & sic tuetur vt suā, quod etiā Sex.Pompe.confirmat.

suo nomine, aut alieno. Alieno, veluti procuratorio, tutorio, curatorio: cùm[a] olim in vsu fuisset, alterius nomine agere nō posse, nisi pro populo, pro libertate, pro tutela. Præterea lege Hostilia* permissum erat furti agere eorum nomine[b], qui apud hostes essent, aut reipublicæ causa abessent, quive in eorum cuius[c] tutela essent. Sed* quia hoc non minimam incommoditatem habebat, quòd alieno nomine neque agere, neque excipere actionem licebat, cœperūt homines per procuratores litigare. Nā & morbus, & ætas, & necessaria peregrinatio, itēmque aliæ multæ iustæ causæ sæpè hominibus impedimento[d] sunt, quominus rem suam ipsi exequi possint.

*Lata ab Hostilio Cos. anno V.C.580.

*&

¶ Procurator cōstituitur verbis habilibus interpositis, etiam absente & ignorante. Angel.

¶ Procurator neq; certis verbis[e], neq; præsente sēper aduersario, imò plerunque eo[f] ignorāte cōstituitur. Cuicūque[g] enim per-

¶ d Impedimento. Sed quid, si nullum sit impedimentum? Resp. idem: vt ff. de proc.l.j.§.vsus.
¶ Procurator. CASUS. Quæro quomodo cōstituitur procurator? an verbis cōceptis ac solennibus, an literis, an re? minimè. sed cōsensu tantùm. Nudus enim cōsensus quocunque modo significatus, vt rem, id est, causam tuā quis agat, vel defendat, sufficit. Cor.Vib.
¶ Not. q procuratoris constitutio nō exigit aliquam certā formam verborū. Item, quòd absens potest constitui procurator.Syl.
¶ e Neque certis verbis. Imò quibuslibet, aptis tamen ad hoc, siue generaliter, siue specialiter. In casibus tamē speciale mādatum exigitur, vt in interdicto de libero hom.exhiben. vt ff.de procur.l. Pomponius.in princ. Idem si mando alicui, quòd inueniat maritum filiæ meæ: vt ff.de rit. nupt. l.generali.in princ. Item in causa suspecti tutoris: vt ff.de procur.l.non solùm.§.fi.Item quando duos generaliter facio procuratores: nam neuter ab altero exiget, nisi habeat speciale mandatum: vt ff. de procu.l.itaque.& l.qui duos. Item in integrum resti.petenda: vt ff.de minor.l.illud.§.si talis.

¶ c Peteretur. Not. quòd pactum de non petendo tria operatur. Nam tollit naturalem ipso iure: vt ff. de sol. l. Stichum. §. naturalis. Item elidit ciuilem, vt in hoc §. Item obligat naturaliter paciscentem non petere. Nam & aliâs quis est obligatus naturaliter aliquid non facere, vt non facere furtum: vt suprà de obl. quæ ex delict. nasc. §. j.

¶ *Qui [illegible] sus fuit, exceptione non numeratæ pecu[illegible]*

¶ Idem iuris est, si quis quasi* credēdi causa pecuniam à te stipulatus fuerit, neque numerauerit. Nam eam pecuniam à te petere posse eum, certum est: dare enim te oportet, cùm ex stipulatione tenearis. Sed quia iniquum est eo nomine te cōdemnari: placet exceptione pecuniæ non numeratæ te defendi debere. Cuius tēpora nos (secundum quod iam superioribus libris scriptum est[a]) constitutione[b] nostra coartauimus.

*abest.

¶ *Si debitori creditor [illegible]*

¶ *non petere pactus [illegible] conuenti exceptio aduersus creditorem agentem partium.*

¶ Prætereà debitor, si pactus fuerit cum creditore, ne à se pecunia peteretur[c], nihilominus obligatus manet: quia pacto conuento obligationes nō omnino[d]* dissoluūtur. qua de causa efficax est aduersus eū actio, quam* actor intendit, si apparet[e]* eum dare oportere. Sed quia iniquum est, contra pactionem eum condemnari: defenditur per exceptionem pacti conuenti.

* omnimodo.

*qua.

*paret.

¶ *Qui iurciurando delato se nihil [illegible]*

¶ d Non omnino. Quia non ciuilis, sed naturalis tantùm: vt ff. de sol. l. Stichum. §. naturalis. In casibus tamen etiā ipso iure vtrūq; tollit pactum: vt in maleficiis factis, si quis paciscatur, ne agatur. Item, in pignore remisso per pactum: vt ff. de pact. l. si tibi. §. quędam actiones. & §. de pignore.

¶ Adde, quòd ratio est: quia in maleficiis agimus de odio: & ideo lex pertulit vt facilius tollerentur: vel quia in maleficiis non est verus consensus, quæ sunt rationes allegatę per doctor. sed ego aliâs dicebam, quòd ratio erat: quia in maleficiis oriebatur tantùm obligatio naturalis procedens ab illo tacito consensu, quæ tamen nescio quomodo recipiebatur à leg. non per viam obligationis, sed nudi pacti. vnde nil mirum si ex simplici & solo pacto, & sic ex contrario naturæ vinculo tollebatur. Syl.

¶ e Si apparet. Oratio posita loco actionis, secundum P. sed secundum Ioan. contra: vt diximus suprà de act. §. sic itaque.

¶ Aequè si debitor. CASVS. Debebam tibi centum, quæ quum à me petiturus esses, delato mihi abs te iura-

mento iuraui me tibi non debere: hoc iuramentum non perimit tuam actionem. Prętor tamen quum tibi iudiciū dabit, si paret illum huic centū debere, exceptionem adscribet, Nisi si illū iurasse nihil se debere appareat, quòd in actionibus in rē eodē modo iudicandum est. Cor. Vib.

¶ Not. quòd iuramētum debet deferri à creditore. Item, ꝙ iurās remanet obligatus, & opus est exceptione. Item, ꝙ hæc exceptio, vt aliæ prouenit ex æquitate. Syl.

¶ a Iniquū est. Hic not. simile ff. de in lit. iur. l. fi. & ff. de iureiur. l. nā postea. §. iureiurando dato. & ff. de dol. ma. l. nā suf ficit. hoc tamen fallit, quoties est contra leges iuratum: quia non seruatur sacramentum: vt in authēt. sceni. non solùm. §. nō enim, si quis. quæ est C. de nuptiis. authenti. quod eis. & ff. de iur. patro. l. adigere. C. de leg. & constit. l. non dubium. in fin. Item quando veritas aliâs per testimoniū potest inueniri, vt C. de reb. credi. l. fin. Item quando defertur sacramentum à iudice: vt ff. de iureiur. l. admonendi. aliàs autē obtinet quod hîc dicitur.

¶ b Rem suam esse. Distinguitur tamē vtrum iuret suā rem esse, vel petitoris non esse: quia si iuret suā esse, datur sibi actiō & exceptio: sed si iuret petitoris non esse, nascitur sibi exceptio contra petitorem tantum, vt ff. de iureiuran. l. sed & si possessori. j. & ij. respons. ibi, non enim.

¶ Item si in iudicio. CASVS. Egi tecum, centū te mihi debere intendens, absolutus es. Prætor tamen postulanti mihi actionē in eadem centū iterū dabit. sed exceptionē adscribet, Ni rem iudicatā appareat. Cornelius Vibulanus.

¶ Not. quòd sententia & res iudicata non tollunt actionem, & obligationē: quia cùm sit ciuile vinculum tantùm, non potest remouere nisi ciuilem obligationem, vt declarat gloss. Item. quòd non opposita exceptione rei iudicatæ, iudicium procederet. Item, quòd conuentus reali potest certo modo dici obligatus. Syluest.

¶ c Actum fuerit. Subaudi, & fueris absolutus. sicut hîc innuit.

ADDITIO. Intelligas istū tex. cùm ista gl. quòd reus fuit absolutus: vt infrà patet. Angelus.

¶ d Obligatio durat. scilicet, si primò erat obligatus. vnde si soluat, non repetit, cùm debitum soluat: vt ff. de cōdict. indeb. l. Iulianus. & l. iudex. Et caue tibi: quia per iusiurandū, & per pactum naturalis tollitur obligatio, & remanet ciuilis: vt ff. de iureiurand. l. fina. in princip. & ff. de solutio. l. Stichum, aut Pamphilum. §. naturalis. Sed per sententiam tollitur ciuilis, & remanet naturalis: vt ff. de condictio. indeb. l. Iulianus. Sed cùm actionem

debere asseruit, ipso iure liberatus non est: sed exceptione iu[illegible]

aequè si quis in rem conuetus, rem petitam suam esse iurauerit, non propterea actor dominus esse [illegible]

¶ Aequè si debitor creditore deferēte iurauerit, nihil se dare oportere, adhuc obligatus permanet*. sed quia iniquū est[a], de periurio queri: defenditur per exceptionem iurisiurādi. In iis quoq; actionibus, quibus in rem agitur, æquè necessariæ sūt exceptiones: veluti, si, petitore deferente possessor iurauerit eā rem suā esse[b], & nihilominus petitor eandem rem vēdicet. Licet enim verum sit, quod intendit, (id est, rē eius* esse,) iniquum tamen est possessorē condemnari.

¶ *Absolutio rei cōuen[illegible] actionē minimè tollit, absolutio tamen [illegible] ptionem acquirit.*

¶ Item si in iudicio tecum actum fuerit[c], siue in rē, siue in personā: nihilominus obligatio durat[d], & ideo ipso iure de eadem re postea aduersus te agi potest: sed debes per exceptionē rei iudicatæ adiuuari.

¶ *Hæc prior est exceptionum diuisio, vt quædā ciuiles sint, quædam prætoriæ.*

¶ Hæc exēpli causa retulisse sufficiat. Alioqui quam

*manet.

*suam.

Iuramētum contra leges non est seruandum.

Iuro rē meā esse, & iuro tuam non esse differūt.

Obligatio naturalis tollitur per pactum: sed ciuilis per sententiam.

nem inducat res iudicata, vbi nulla omnino erat, vt C. de rebus cred. l. a creditori, quare non tollit vbi est? Resp. res iudicata de iure ciuili est, & ideo tollit & inducit ea, quæ sunt de iure ciuili: & ita obligationem ciuilē tollit: & actionem (quæ est de iure ciuili) inducit: vt ff. de orig. iuris. l. ij. §. deinde ex his. Ea autem, quæ sunt iuris naturalis, non tollit: vt obligationē naturalem. vt arg. s. de legiti. agna. tut. §. fin.

Sententia est de iure ciuili.

Istam gl. intellige de iuramēto voluntario, & sic delato à parte parti: nō autē de necessario: quia illud habet eandem vim, sicut res iudi. vt l. ij. ff. de iureiur.

a Ex legibus. Vt ne quis conueniatur, nisi corā suo iudice, vt C. de excep. l. fin.

b Legis vicē obtinent. vt in senatusconsultis: vt s. tit. j. in princip. sicut & exceptio Macedoniani, Velleiani: vt ff. ad Macedo. & Velleian. per totum titul. Accursius.

c Prætoris iurisdictione. vt de dolo malo, & metus causa: vt ff. de except. dol. per totum. Itē pacti: vt ff. de pact. l. iuris gentium. §. Prætor ait. Accur.

Appellatur. Diuiditur principaliter in tres partes. Primò ponit duplicem distinctionem exceptionū. quia quædam sunt perpetuæ, & quædā temporales. Item quædā sunt peremptoriæ, & quædam dilatoriæ. Secundò ponit exempla cuiuslibet. Tertiò ponit quā pœnā olim patiebatur, & quam hodie patitur, qui pendēte dilatione legali, vel lata ab homine, ante dilationē finitā egerit. Secunda ibi, Perpetuæ, & peremptoriæ. Tertia ibi, Alioqui.

ex multis, variisq; causis exceptiones necessariæ sint*, ex latioribus Digestorum, seu Pandectarū libris intelligi pōt. Quarū quædam ex legibus a, vel ex iis, quæ legis vicē obtinēt b, vel ex ipsius prætoris iurisdictione c substantiā capiunt.

*sunt

Iam adest posterior [illegible] *vt quædam* [illegible]*tuæ, & peremptoriæ sint: quædā temporales, & dilatoriæ. Perpetuæ & peremptoriæ sunt,* [illegible] *sam principalē peri*[illegible] *rò sunt, quæ ad tempus nocēt, & actionem in tempus differre solent, vt exceptio pacti, ne intra certum tempus petatur, & similes: quæ olim ante tempus agēti opposita, actionē omnino consumebāt: hodie verò duplū induciarum debitori tribuunt: item finito tempore non antea actor audiendus est, quam expensas litis refuderit.*

Appellantur autē exceptiones, aliæ perpetuæ, & peremptoriæ: aliæ temporales & dilatoriæ. Perpetuæ & peremptoriæ sunt, quæ semper d agentibus obstant, & semper rem, de qua agitur, perimūt: qualis est exceptio doli mali, & quod metus causā factum est, & pacti conuenti, cùm ita conuenerit* ne omnino pecunia peteretur. Temporales atque dilatoriæ sunt, quæ ad tempus nocent, & temporis dilatio-

d Semper. i. Sine præfinitione temporis: vt ff. de do. excep. l. pure. §. fin. ita tāmē, si ante sententiā opponantur: vt C. senten. rescind. nō pos. l. peremptorias: nisi in septē casibus, in quibus opponi possunt etiā post sententiam, vt ratione ætatis, vt C. sen. rescin. nō pos. l. peremptorias. & ff. de min. l. minor. xxv. ann. omissam. Itē miles, vt C. de iu. & fa. igno. l. j. Item in Macedoniano & Velleiano: vt ff. ad Macedonian. l. tametsi. Item in donatore, qui opponit, vt nō cōueniatur, nisi in quātum facere potest, etiam post sentētiam, vt ff. de re iudi. l. Nesennius. §. fina. Item exceptio falsi procuratoris, vt C. de procurat. l. licet. Secùs, si ratione personæ procuratoris opponatur exceptio: vt quia sit miles, vel mulier: quia talis exceptio est dilatoria: vt infrà §. præterea. Item vbicunque dicerem nullum fuisse iudicium, vt quia sit venalis sententia, vel falsis testibus, vel instrumentis iudicata: vt C. quando prouoc. non est neces. l. venales. vel cùm iudex sit non suus: vt C. si à non compet. iudi. per totum. Item si iniquè à iudice

*conuenit.

compulsus est eo tēpore, quo cōpelli nō debuit: vt ff. de fe. l. j. Sed dilatoria proponitur ante litem contestatā: sed probatur post, quàm actor mōstrauerit, quod asseruerat: vt C. de prob. l. ex ceptione. & C. de exceptio. l. si quidē. Secus in exceptione fori: quia ante litem contestatā opponi & probari debet secūdum quosdā: vt ff. eo. l. pen. Sed quid de exceptione non numeratæ pecuniæ, nūquid est perpetua vel tēporalis? Respō. quidam anomalam eā esse. Nos dicimus, ꝙ est tēporalis biennij, s. vel triginta dierum: vt s. de lib. obli. §. fi. & C. de non numer. pecu. l. in contractibus. §. j. & §. super cæteris. Sed in hoc potest dici anomala: quòd cùm aliâs probet, qui excipit, hîc tamen non probat: vt C. de non nu. pec. l. si ex cautiōe tua. Item quare in exceptione nō numeratæ dotis? & eodē modo solue: vt C. de dot. cau. non num. l. fin. & authent. ibi posita. Item quid de ea, quæ opponitur, vt quis cōueniatur inquantum facere potest? Respond. eam esse temporalem: quia præsumo quòd aliqua acquiret: & sic posteà poterit soluere: vt C. arbitr. tut. l. si defunctus. Nam non repetitur, quod soluitur: licet facere non possit commodè: vt ff. de condictio. indebiti. l. nam & maritus. quod fieret, si esset perpetua, cum sit fauorabilis: vt ff. de condictione indebit. l. qui exceptionem. Et circa hoc vide quod not. in l. prima. C. de iuris, & fact. ignorantia.

nē tribuunt: qualis est pacti cōuenti [a], cùm ita cōuenerit, Ne intra certū tempus ageretur, veluti intra quinquenniū. Nam finito eo tempore, nō impeditur actor rē exequi. Ergo ii, quibus intra certum tempus agere volentibus obiicitur exceptio, aut pacti conuenti [b], aut alia similis [c], differre debent actionem, & post tempus agere. Ideo enim & dilatoriæ istæ exceptiones appellantur. Alioqui si intra tēpus egerint, obiectáq; sit exceptio, neque eo iudicio quicquā consequebatur, propter exceptionē: neque post tempus olim agere poterant, cū temerè rē in iudiciū deducebant, & consumebant: qua ratione rem amittebant [d].

¶ *Hodie si actor plus petat tempore, siue [illegible] reo induciæ duplicentur, & idem a- [illegible] per principali nego [illegible]*

¶ Hodie autē non ita strictè hoc procedere volumus: sed eū, qui ante tēpus, vel pactionis, vel obligationis litem inferre ausus sit *, Zenonianæ constitutioni [e] subiacere censemus: quā sacratissimus legislator de iis q tēpore plus petierint protulit: vt & inducias, quas ipse actor sponte* indulserit, vel quas natura actionis continet [f], si contempserit, in duplum [g]

¶ a Pacti conuenti. s. exceptio.

¶ b Pacti conuenti. scilicet vsque ad quinquennisi.

c Alia similis. Veluti si quis stipuletur id quod in vtero est, vel fructus futuros, vel domum certo loco ędificari, vel cùm Romæ esset, Ephesi dari stipulatus est: vt ff. de verbo. obli. l. interdū. secundum Azo.

¶ d Rem amittebāt. facit s. de actio. §. si quis agens. & ff. de libe. leg. l. non solùm. §. fi. & C. de iur. fisc. l. iustas. lib. x.

¶ Hodie autem. THEMA. Qui mihi centū deberes, pactum feci de non petendo in quinquennium: anno tertio exacto petij. Lex noua sic me punit, vt quia petii biennio antè quàm pactus eram, biennium duplicetur, & expectetur adhuc quadriennium: deinde vt impensas à te hoc priore factas tibi rependam. Cor. Vib.

*est.

*sponte.

¶ Not. quę erat olim pœna plus petentium, & quę hodie: & satis fuit dictum s. in tit. de act. §. plus autem, Syluest.

¶ Zenonianæ constitutioni. scilicet, Græcæ, cuius meminit suprà de act. §. sed hęc quidem.

¶ f Continet. Quod dic, vt modo dixi per l. interdum. ff. de verb. oblig.

¶ g In duplum. sed videtur quòd nullam patiatur pœnam: vt ff. de pet. hæ. l.

hæc.l.quod si in diem.in princip.quæ est huic contra.Sed dic illam corrigi. vel melius,speciale est ibi, q.a ad hoc solùm agebatur, vt eodem iure penes agentem haberetur,quo erat apud defunctum: vnde de nõ fuit plus petitum.

¶ a Iniuriã. Nõ tamẽ talem, ꝓpter quam agere possent.

¶ b Tali pœna perterriti. Facit C. ad legem Iul.rep.l.j.& ff. de pœ.l.capitaliũ.§.penul.& C.de inoffic.testã.l.si quis in suo.in fin.prin. respon.

¶ Præterea etiam ex persona. CASVS. Trasymach⁹ miles agere alieno nomine contra me volebat impetrabit quidem à Prætore actionem:sed simul adscribetur exceptio,nisi actorem militem esse appareat. Sed quo nomine illa exceptio appellabit? Dilatoria: quia per eã protrudo ac differo iudicium in aliud tempus:& ex persona, quia non in re,sed in persona actoris causã differendi iudicii nactus sum.Cor Vibul.

sciplina militari non distrahatur:& ꝑ cõsequens ꝙ iura attendunt in militibus plus publicũ fauorem q̃ priuatũ ipsorummet militum Syluest.

¶ c Mulierem.Quæ pro alio agere nõ potest,nisi ꝓ parẽtibus, si morbus, aut ætas eos impediat: nec sit qui eorũm nomine agãt:vt ff de procu.l. fœminas. Accursius.

ADDITIO. Mater tamen non admitteretur pro filio minore etiam ad defendendum: nisi in causa appellationis: & est ratio, quia est maioris pręiudicii: q̃ principalis.Ang.

¶ d Nec pro patre vel matre. Nisi ꝓ eorum libertate: vt ff.de lib. cau. l. iij. quæ est cõtra, secundũ Ioann.

ADDITIO. Dic ꝙ in isto casu dicitur de fędere causam ꝓpriam ꝓ suo interesse: vt l.j. ij.iij.& iiij. ff. de libe.cau. facit l.non tãtùm ff.de app.

habeant ii, qui talem iniuriam[a] passi sint: & post eas finitas non aliter litem suscipiant,nisi omnes expensas litis acceperint:vt actores tali pœna perterriti[b], tẽpora litium doceantur obseruare.

¶ *Tertiam hic exce-* [illegible] *tradit. quòd scilicet dilatoriarũ aliæ ex re,aliæ ex litigãtis persona nascantur.*

¶ Præterea etiam ex persona sũt dilatoriæ exceptiones, quales sunt procuratoriæ: veluti, si per militẽ,aut mulierem[c] agere quis velit.Nã militibus nec pro patre, vel matre[d],vel vxore, nec ex sacro rescri pto ꝓcuratorio nomine experiri conceditur: suis verò negotiis superesse sine offensa[e] militaris * disciplinæ possunt.

¶ [illegible] *procuratoris, quæ antiquitus compe-* [illegible] *minus frequentata exauthoratur.*

¶ Eas verò exceptiones, quæ olim ꝓcuratoribus propter infamiam,vel dantis, vel ipsius procuratoris opponebantur, cùm in iudiciis nullo modo frequentari perspeximus, conquiescere[f] sanximus:ne dum de his altercatur, ipsius negotii disceptatio proteletur.

* abest.

¶ Not. aliquas esse exceptiones dilatorias respectu personarum. Item, quòd mulier & miles non possunt exercere officium procuratoris, nec interuenire in iudicio pro alio. In milite est ratio,ne detrahatur à militia: in muliere verò ratione publicæ cuiusdam honestatis: quod intellige in iudicio, secus extrà iudicium.l.iij.§. j.ff.de nego. gest. Item in pluribus aliis casibus notatis per Dec. in l.ij. ff. de regulis iuris.Item, quòd miles potest esse in iudicio, dummodo à di-

¶ e Sine offensã. id est, hoc fit sine offensa disciplinæ: non autem sic intelligitur,vt hoc non possit fieri, si disciplina, id est, exercitium militare offendatur. sed siue offensa datur, siue non, præsumitur non offendi: vt hic,& C.de procu.l.qui stipendia.

¶ Eas verò exceptiones. Not. quòd infamis potest pro alio esse in iudicio.Item,quòd quędam conceduntur per alium, quæ non conceduntur per seipsum. Item, quòd non sunt lites protrahẽdæ. Item, ꝙ nõ vsus est iusta causa derogandi antiquæ legi Syl.

¶ f Conquiescere, Sed contra ff.de postulã.l.j.§.secũdo lòco.& in §.hoc §.f.iiij.

Aduocatus lucrũ, procurator onus habet.

edicto. Solu. ibi de maxima infamia: hîc de parua. Vel illud de aduocato, qui emolumentum tantùm habet: hîc in procuratore, qui tantùm habet onus.

trario pacto elisa, potest nouo pacto iuuari. Item, quòd pactum liberatorium non tollitur nouo pacto ipso iure, sed replicatione. Item quòd dantur duplicationes, duplicationes triplicationes, & vlterius quãtum expedit. Syl..

TIT. XIIII.

DE REPLICATIONIBUS.

¶ *Quemadmodũ exceptio actionem excludit, ita exceptionem replicatio, & replicationem du-[...]plicatio duplicationem, & deinceps vlteriores defensiones multiplicatis nominibus, vbi opus fuerit proponi [...].*

Interdum euenit, vt exceptio, quæ prima facie iusta videtur, tamen* iniquè noceat [a], quòd cũ accedit, alia allegatione opus est, adiuuãdi actoris gratia, quæ Replicatio vocatur, quia per eã replicatur, atque re soluitur ius exceptionis: veluti cũ pactus est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecuniam petat: deinde postea in contrarium pacti sunt, id est, vt creditori petere liceat: si creditor agat, & excipiat debitor: vt ita demum condemnetur, si non conuenerit, ne eam pecuniã creditor petat: nocet ei exceptio. Conuenit [b] enim ita. Nanque nihilominus hoc verũ manet, licet posteà in contrariũ pacti sint. Sed quia iniquum est creditorem excludi [c]: replicatio ei dabitur ex posteriore pacto conuẽto. Rursus interdum euenit, vt replicatio, quæ prima facie iusta est, iniquè noceat [d] qđ cùm accidit, alia allegatione opus est, adiuuandi rei gratia: quæ Duplicatio vocatur. Et si rursus ea [e] prima facie iusta videatur, sed propter aliquã causam actori iniquè noceat: rursus alia allegatione opus est, qua actor adiuuetur: quæ dicitur Triplicatio. Quarum omnium exceptionũ vsum interdum vlterius, quàm diximus, varietas negotiorum introduxit: quas omnes apertius ex Digestorũ [f] latiore volumine facilè est cognoscere.

*abest.

DE REPLIcationibus.

¶ Quia exceptio ꝑ replicationẽ eliditur, ideo per cõsequẽs de replicatione dicit, vt ĩ. eod. in princip. & ff. de exception. l.ij. §. replicatio.

¶ Interdũ. Tot⁹ iste titu. diuidit in duas partes prĩcipaliter Primò ponitur de replicatiõe, quę ꝓdest actori, & quæ nõ. Secundò, quæ exceptiones cõpetẽtes reo principali ꝓsũt fideiussori, & quæ nõ ꝓsunt. Secũda ibi, Exceptiones autem.

¶ Not. quòd replicatio fauore actoris inuenta est. Itẽ. not. illa verba, prima facie, q̃bus in cõciliis, vti solemus. Itẽ not. ꝙ ꝑ replicationẽ resoluit̃ ius exceptionis: circa quorũ verborũ intellectũ vide Fortu. Hispa. in l. si vn⁹. §. pact⁹. ff. de pac. Item, quòd pactum secundũ de petendo nõ elidit pactum de non petendo ipso iure. Item, quòd obligatio con-

¶ a Noceat. id est non prosit, vel dic ꝓpriè, scilicet actori. Accursius.

b Conuenit. id est, ita fuit conuentum.

¶ c Excludi. scilicet, Per exceptionem. Acc.

¶ d Noceat i. non prosit. Accursius.

¶ e Ea. s. duplicatio. Accur.

¶ f Digestorũ. Vt ff. de except. l.ij.

¶ Exceptiones. Not. quòd nihil frustrà concedi debet qđ possit eludi. Itẽ quod fideiubẽs cẽsetur habere mandatum de soluẽdo ab eo, pro quo fideius sit. Item, quòd datur regressus fideiussoti contra principalẽ pro quo fideius sit, ita demũ si soluerit: quod intellige regulariter. Item, ꝙ debitor potest cedere bonis. Item, ꝙ personalia personam non egrediuntur. Item, quòd fideiussores ad hoc accipiunt, vt ab eis exigatur, quodà debitore exigi non poterit. Syl.

¶ a Ex-

¶ *In rem defensiones debitori cōpetentes (vt pacti de nō petendo) fideiussoribus etiam cōpetunt: quia si quid fideiussores pro reo soluerunt, id actione mādati ab eo repetunt: exceptiones verò in personam (vt cessiones bonorum, & id genus aliæ) ad fideiussores non per-* [illegible]

¶ Exceptiones [a] autem, quibus debitor defenditur, plerunque accommodari solēt etiā fideiussoribus [b] eius, & rectè: quia quod ab iis [c] petitur, id ab ipso debitore peti videtur: quia mandati iudicio redditurus est eis, quod ii pro eo soluerint. Qua ratione [d], & si de non petenda pecunia pactus quis [e] cum reo fuerit: placuit perinde succurrendum esse per exceptionem pacti conuēti illis quoque [f], qui pro eo obligati sunt: acsi etiam cum ipsis pactus esset, ne ab eis ea pecunia peteretur. Sanè quædam exceptiones non solēt his accommodari. Ecce enim, si debitor bonis suis cesserit, & cum eo creditor experiatur, defenditur per exceptionem [g], Si bonis cesserit. Sed hæc exceptio fideiussorib⁹ nō datur: ideo, scilicet, quia qui alios ꝓ debitore obligat, hoc maximè [h] ꝓspicit, vt cū facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab iis, quos ꝓ eo obligauit, suum cōsequi.

TITV. XV.

DE INTERdictis.

¶ *Interdicta olim nihil aliud erant, nisi certæ conceptiones verborum latæ à Prætore interdictū interponente, cùm inter duos de possessione agebatur. Acc.*

Sequitur vt dispiciamus de

¶ a Exceptiones. Videtur quòd hic §. deberet esse in fine superioris titu. Sed certè cùm & replicatio sit exceptio, bene ponitur hîc generaliter tam ad exceptiones, quàm ad replicationes pertinens. Accurs.

Fideiussor est nomen generale, & dicitur à fide.

¶ b Fideiussori b⁹. Appellatione fideiussoris omnē accessorē accipe: siue sit mandator siue fideiussor, siue alius: ex eo dictus fideiussor, ꝙ pro alio fidē suā adstrinxerit. Et no. ꝙ dicit, plerūque: q̃a exceptio reo cōpetens gratia suæ personę: vt q̃a sit minor fideiussori nō cōpetit: vt ff. de mi. l. in causæ. j. in princip. & ff. de except. l. exceptiones. ij. in fine. l. Itē si est dānatus in omnib⁹ bonis suis ratione sui delicti: vt C. de fideius. l. j. vel si cessit bonis: vnde ꝑsonaliter ei subuenitur, ne in plus cōdenetur, q̃ in quantū facere pōt: vt s. de act. §. fi. & j. eo. in fi. Itē vbicūque q̃s in quātum facere pōt cōdēnatur. nā fideiussori nō datur exceptio. vt ff. ꝓ so. l. verū. §. j. & ff. sol. ma. l. alia. Vbi autē exceptiones cohærent rei & nō ꝑsonę: vt pacti cōuēti, & rei iudicatæ, fideiussoribus cōpetūt: vt hîc etiam inuito reo: vt C. de exceptio. l. defensiones. & ff. de exceptio. l. omnes.

Exceptiones reo cōpetētes gratia personæ, fideiussori non cōpetunt, sed bene si rei cohærent.

Dic vt in l. pen. & in l. tam mandatori. C. de non nu. pec.

¶ c Ab eis. s. fideiussoribus.

¶ d Qua ratione. Exemplificat. Acc.

¶ e Quis. s. creditur. Accurs.

¶ f Illis quoq;. s. fideiussorib⁹. & similibus.

¶ g Per exceptionē. Propter hūc casū dixit s. plerunque. & propter alios, vt diximus.

¶ h Maximè. Facit s. de fideiussor. in princ.

DE INTERdictis

¶ Quia interdicta vicem sustinēt, seu obtinēt actionum, ideo post actiones de interdictis ꝓponitur. j. eodē. in prin. Acc.

ADDITIO.

Sed iste tit. congruēti⁹ positus fuisset ante tit. except. vt fecit iurisconf. in Digestis: quia ante tit. de excep. posuit istū titu. sed in hoc nō est vis

ADDITIO.

Dic ꝙ Imp. aliò spectauit, nimirū q̃ actiones ꝓpriè non sint & post actiones continuò exceptionē subiūgere par fuerit.

Sequitur. Totus iste titu. diuidit in quatuor partes. Primò ponit, quid olim erāt interdicta. Secūdò ponit vnā diuisionē interdictorū. Tertiò ponit aliā diuisio-

nem. Quartò ponit vnam aliam diuisionem interdictorum. Secunda ibi, Summa autem. Tertia ibi, Sequens. Quarta ibi, Tertia diuisio.

CASVS. Quoniam de actionibus dixisti (quibus etiam exceptionum tractatum adiunxisti) quæro nunc ex te, nullæne aliæ actiones olim fuerũt? imò verò.nã olim formulæ quædam, & cõcepta verba (item vt in actionibus) instituta erant, in controuersiis possessionum. quæ à Prætore litigatoribus dari solebant: atque hæc quodãmodo actionis instar habebant. Petebãtur enim à Prætore, dabãtur ab eo vnà cum iudice, aut recuperatoribus, dabantur certis verbis ac conceptis: de iis, sicuti de actionum formulis apud iudicem datum disceptabatur. C. Vi.

¶ No. ꝙ interdicta olim erant decreta. Item, ꝙ cõsistebant aut in præcipiẽdo, aut in ꝓhibendo. Item, ꝙ interdicta vtplurimùm versãt circa possessionẽ, vel quasi possessionem rerum. Syl.

¶ a Actionibus. s. in factũ: vt ĩ. eo. §. fi.

¶ b Conceptiones verborũ. i. dicere verba cõcepta & formata à Prætore ꝓponente interdicta. Sed secundũm hoc, quæ erat differẽtia olim inter interdicta & actiones, cùm & actio erat formula: vt ff. de orig. iu. l. ij. §. deinde ex his? Respõ. quidam, vt præceptor meus Azo, ꝙ interdicta formabãtur in persona volentium ea intentare tãtùm loquendo eis. vnde interdicta inter duos dicuntur redi à Prætore loquẽte duob⁹: vt ĩ. eod. §. exhibitoria. & hoc etiã colligitur ff. sub multis titulis in tracta. de interdic. sic enim dicitur, vnde vi illũ deiecisti, &c. vt ff. de vi, & vi ar. l. j. in princ. Itẽ vti ædes de quib⁹, &c. vt ff. vti pos. l. j. in princ. & sic de aliis. Sed actiones generaliter, & in personã omnium formabantur: vt quicũque emerit, ex empto agat, & sic de cæteris: quod colligitur ff. de orig. iur. l. ij. §. omniũ. & §. dẽ his. Vel dic breuiter differentiã talẽ fuisse: quia interdicta à Prætoribus, sed actiones à cæteris magistratibus formabantur: vt patet ex eo, quòd omnia interdicta sunt Prætoria: vt ff. de interdict. per totum librũ. Sed hodiè nihil aliud est interdictũ quàm actiõ prætoria in factum: vt ĩ. eod. §. fin.

Interdicta & actiones: olim differebant.

interdictis, seu actionibus [a], q̃ pro his exercentur. Erant autẽ interdicta, formæ, atque conceptiones verborũ [b], quib⁹ Prætor, aut iubebat [c] aliquid fieri, aut fieri prohibebat [d]. Quod tunc maximè [e] fiebat*, cũ de possessione [f], aut quasi possessione [g]

* faciebat.

[illegible] Dic secundum Io. Fab. imò est aliud, & potest agi vel interdicto, vel actione in factum ad electionẽ actoris: vt ff. ne vis fiat ei. l. siqs mis sus. §. cũ prętor. ff. vti pos. l. j. §. restituendæ. & not. ff. de vi, & vi ar. l. j. §. fin. licet glos. not. idẽ qđ hic in titu. ff. eod. sed Dy. reprehendit glos. & hoc est verum. Angel.

¶ c Iubebat. Quod est interdictis restitutoriis, & exhibitoriis: vt ĩ. eod. §. restitu. & §. exhibitoria.

¶ d Prohibebat. Quod facit in ꝓhibitoriis interdictis: vt ĩ. eod. §. ꝓhibuit.

¶ e Maximè. Hoc ideo dicit: quia quandoque per interdicta, non super possessione, sed super iure rei contenditur: vt patet in interdicto de mortuo inferendo, vbi licet inferre: & sepulchro, inædificando, vbi licet inædificare: vt ff. de mor. infe. l. j. in prin. & §. Prætor ait. Item quãdoque proprietatis & possessionis simul: vt ff. de aqua quot. & æst. l. j. §. fin. & ff. eod. l. interdictorum. §. quædam. Sed nunquid alio modo, quàm per interdicta, id est, de iure ciuili agitur de possessione? Respon. sic, vt per cõdictionem indebiti: vt ff. de cond. ind. l. indebiti. §. sed & si nummi. Item per triticariam: vt ff. de cond. triti. l. j. in fin. & l. ij. Itẽ per condictionem ex lege, vt C. de acq. pos. l. fin. in fi. & ff. de rei vend. l. fi. & C. loc. l. si quis. Accurs.

Interdictis quãdoque litigatur sup proprietate. Possessio potest peti sine interdictis.

¶ f Possessione. Siue retinenda, siue recuperanda, siue adipiscenda: vt ĩ. eodem. §. sequens diuisio.

¶ g Quasi possessione. Vt cùm contenditur de possessione rerum incorporaliũ, vt viæ, & itineris, & actus, & aquæ ductus: vbi non est vera possessio, sed quasi: vt ff. de acqu. rer. dom. l. seruus. §. incorporales. sed tamen est ibi quædam quasi possessio: & de ea retinenda cõpetunt interdicta de itinere, & actu, & via, & aqua, quãdo cõtẽdo me esse in quasi possessione prędictorum iurium: vt ff. de iti. actúque priua. per totum. & ff. de aqua quot. & æsti. per totum. & ff. de ser. l. penul. & ff. si

Res incorporales quasi possidẽtur.

inter aliquos contendebatur.

¶ *Prima interdictorũ diuisio est hæc, quòd quædam prohibitoria sunt, vt interdictum ne vis fiat ei, [illegible] & similia. Quædam restitutoria, vt interdictum quorũ [illegible] vnde vi, & id genus alia. Quædã exhibitoria, vt de libero homine exhibẽdo, de liberis exhibẽdis, & huiusmodi.*

¶ Summa[a] autem diuisio interdictorum hæc est, quòd aut prohibitoria, sunt aut restitutoria[b], aut exhibitoria. Prohibitoria sunt, quibus Prætor vetat aliquid fieri: veluti vim sine vitio possidenti[c], vel mortuum inferenti, quò ei ius erit inferendi[d], vel in loco sacro ædificari[e], vel in flumine[f] publico ripáve eius aliquid fieri, quo peius nauigetur. Restitutoria sunt, quib9 restitui aliquid iubet: veluti bonorum possessori[g] possessionem

& ff. si seru. vend. l. sicuti. §. Aristo. ADDITIO. Est autẽ possessio, quando naturaliter tenetur aliquid corporale ab eo qui insistit. Quasi possessio, cùm iis vtimur, tãquam possessis, quæ naturaliter teneri non possunt: veluti seruitutibus, & cęteris iuribus incorporalibus. A.F.

¶ Summa autẽ. THEMA Sequitur diuisio essentialis. id est, quæ naturã interdictorũ attingit. Aliàs (inquit) Pretor interdicit prohibens, aliàs restituens, aliàs exhibens. veluti, Aedificabas in loco, quem sacrum esse aio: Pretor interdicet, prohibens ne ędifices dum iudex cognoscat, vtrum sacer sit locus, an non sit: hoc est prohibitorium. Item possidebas meũ patrimoniũ quasi hęres esses: Prætor mihi dedit bonorũ possessionem: interdicet, iubebitq; mihi restitui, dum apud iudicem datum disceptetur vter sit hæres: hoc interdictum est restitutorium. Item, filium meum apud te occcultas, quasi seruum eum ego in libertatem asserere volo: Prætor te iubebit eum exhibere: hoc interdictum est exhibitorium. Cor. Vibul.

¶ Not. quòd principalis diuisio interdictorum est hæc, de qua hîc agitur, intellige de diuisione specierũ: & quãuis sint quędã interdicta mista, de quibus in l. j. §. interdictorũ. ff. de interdi. tamen illa interdicta mista non continent diuersam speciem. Item, quid sit interdictum prohibitorium, quid restitutorium, quid exhibitorium. Item exempla vniuscuiusque. Item, quòd omnia sunt interdicta, licet nõ interdicant, & quòd interdicta dicuntur, quasi inter duos dicta: quod est falsum: sed dicuntur interdicta à specie principali interdictorum, quanuis aliqua non interdicant simpliciter: sed cõsidera, quia omnia interdicunt. Nã si in restitutorio interdicitur retẽtio, in exhibitorio interdicitur occultatio: tamen cogita. Syluest.

¶ a Summa. id est, prima, non minima: quia & de duobus mẽbris aliqua inuenitur: vt infrà eod. §. iij.

¶ b Restitutoria. Quãdoque tamen quædam inueniuntur mista, tam prohibitoria, quàm exhibitoria: vt ff. eod. l. j. §. interdictorũ. & ff. de libe. ho. exhib. l. j. Nam petitur exhiberi, & prohibet inuitus retineri. ADDITIO. Vide gl. in d. §. interdictorum. quę plenius loquitur. Ang.

¶ c Possidenti. Vt si quis missus fuit in possessionem iussu Pretoris: vt ff. ne vis fiat ei qui in poss. miss. est. l. j. in princ. Nã iustè possidet, & sine vitio, qui auctore Pretore possidet: vt ff. de acq. posses. l. iustè.

¶ d Inferendi. Quod interdictum est. ff. de mor. infer. l. j. in princip. & §. hoc interdictum.

¶ e Aedificari. Quod interdictũ habes ff. ne qd in loco sacro, l. j. in prin. Acc.

¶ f Vel in flumine. Et hoc habes ff. de flu. l. j. in prin. & ff. ne quid in flu. pub. l. j. in fin.

¶ g Bonorum possessori. Non rerum, sed iuris, id est succedendi de iure prętorio tantùm: vt filio emancipato, vel cognato: qui dicuntur bonorum possessores & bonorũ possessione edictali & decretali. nam statim habent hoc interdictum directũ vt consequantur possessionem hereditatis. quod appellatur quorum bonorum: vt ĩ. eo. §. adipiscendę. Vtile verò datur illi, qui succedit de iure ciuili, vel ex testamento, vel ab intestato: vt ff. quorum bo-

Bonorũ possessor quis dicitur. Interdictũ quorũ bonorum est duplex, scilicet, directũ, & vtile. Hæreditatis petitio est duplex.

norum.l.j.in princi.& C.quorum bonorum.l.j. Sed econtra est in hæreditatis petitione. Nam directa datur hæredi de iure ciuili: vtilis verò ei, qui succedit de iure prætorio: vt ff. de bono.possessio.here d. pet.l.j. Est & aliud nouum auxiliū per nouā constitutionem inuentum, per quod petitur possessio hęreditatis, si testamentum apparet nō vitiatum, vel vituperatū in aliqua sui parte: vt C. de edicto.di.Adri.tollend.l.fi. Sed quare dicitur hoc restitutoriū: cùm nunquam hic bonorū possessor habuerit possessionem? Respondet, impropriè dicitur restituere pro dare: vt ff. de verbor.signifi.l.verbum, reddendi: vt ff. de legat.ij. l.cùm quædam. Vel dic quòd, inspecta persona defuncti, dicitur restitutorium: sed natura sui dicitur adipiscẽdæ possessionis: vt ff. quorum bon.l.j.§.fina.

*inclusa absunt.

Restituere quandoque sumitur pro dare.

eorum, quæ quis pro hærede, aut pro possessore [a] possidet [b] [ex * ea hæreditate:] aut cùm iubet ei, qui vi de possessione fundi deiectus sit, restitui possessionem [c]. Exhibitoria sunt, per quæ iubet [d] exhiberi: veluti eum, de cuius libertate [e] agitur, aut libertum, cui patronus operas indicere [f] velit: aut parenti [g] liberos, qui in potestate eius sunt. Sunt tamen, qui putant propriè interdicta ea vocari, quæ prohibitoria sunt, quia interdicere sit* denuntiare, & prohibere: restitutoria autem & exhibitoria, propriè decreta vocari. Sed tamen obtinuit [h], omnia interdicta appellari: quia inter duos dicuntur [i].

*est

¶ a Pro possessore. Duæ sunt viæ succẽdẽdi, scilicet iure ciuili, & iure prętorio. Prima subdiuiditur in possessorium per cōstitutionem diui Adriani: & petitoriū, vt per petitionẽ hæreditatis directam. Item secunda similiter subdiuiditur in possessoriū, vt per interdictum, quorum bonorū, per quod petit successor de iure prętorio se mitti in possessionem bonorum quæ tenebat defunctus tempore mortis: vt hîc. Item in petitoriū: vt per petitionem hæreditatis bonorum possessoriam.

¶ b Possidet. Vel dolo fecit, quominus possideat: vt ff. quorum bon.l.j.in prin. & expone hæc verba, pro hærede, & possessore: vt ỹ.eod. §.pro hærede.& §.pro possessore. Accur.

¶ c Restitui possessionem. Per interdictum vnde vi, quod intra annum locum habet pro iis, quæ non peruenerunt ad violẽtum: pro aliis perpetuò: vt ff. de vi, & vi ar.l.j.in prin.& hoc si ciuiliter & naturaliter possideat deiectus. Si autem naturaliter tantùm, vtile habet tantum, vt fructuarius: vt ff. de vi, & vi ar.l.iij.§.vnde vi.

¶ d Iubet. scilicet, Prætor.

¶ e Libertate. Vt q.a liber homo detinet inuitus. quod interdictum habes ff. de li. ho. exhib.l.j.

¶ f Indicere velit. i. iniunctas operas dicere velit, vel conuentas iniungere, quo casu ageret de libero homine exhibendo: vt ff. de li.ho. exhi. l.fi.

¶ g Parenti. In hoc casu duo sunt interdicta: vnū de liberis exhibendis, alterum de liberis deducendis: vt ff. de lib.ho. exhib.l.j.j.respon.& l. iij.j.respon.in princ.

*interim

¶ h Obtinuit. Inter sapientes.

¶ i Inter duos dicuntur. i. à Prætore formantur: vt not. ỹ. circa princ.

ADDITIO. Sed nónne omnia decreta etiam inter duos vel tres dicuntur? Quãdo Prætor iubebat Romæ vt reus actori satisdaret, & sexcenta similia, nónne inter duos decernebat? Cur ergo non interdicta quoque hæc similiter dicuntur? Quare aut DVO, sine S, scriptum Hotomano fuisse videtur: vt significet, inter illam postulãtis petitionem & principalis causę decisionem: aut hallucinatum esse harum Institutionum architectū: vt satis cōstat eum sæpè hallucinari, vtpote luteum hominẽ, & indignū qui hæc sacrosancta veterum monimenta contigeret.

¶ Sequens diuisio, &c. CASVS. Sequitur secunda diuisio similiter essentialis: quòd interdictorū alia vim habent, naturámq; possessionis adipiscendæ, alia retinẽdæ, alia recuperãdæ. Primę speciei exemplū hoc est, Frater meus est mortuus: eius bonorū possessionẽ petii: quidã aliqua ex iis bonis tenebant: Prætor interdicẽs iubebit ea mihi bona restitui. Item fundum meum

colono

colono locauitis ꝑ mercede res multas mihi oppigneraũit: quum mercedem non solueret, & alii nonnulli res illas oppigneratas posſiderent, Prætor interdicet, iubebitq; eas mihi reddi. Cor. Vibul.

¶ Not. aliam interdictorũ diuiſionem. Item ꝙ interdictũ quorum bonorum, eſt interdictum adipiſcendæ. Item, quid operetur hoc interdictũ quorũ bonorum. Item, ꝙ datur bonorum poſſeſſori cõtra eũ, qui posſidet pro hærede, aut pro poſſeſſore. Item, quis dicatur posſidere ꝑ hærede. Itẽ quis dicatur posſidere pro poſſeſſore. Item, quare dicatur interdictum adipiſcendæ. Item, ꝙ non datur interdictum quorũ bonorũ ei, qui iã poſſedit, & poſtea deſiit posſidere: ſed ei, qui primo loco quęrit poſſeſſionẽ. Itẽ, ꝙ Saluianũ interdictũ dicitur interdictum adipiſcẽdæ. Itẽ, ad quid detur Saluianũ interdictũ, ſ. pro rebus inuectis & illatis in fundum per colonum, vt declarabitur in gloſſ. Syluest.

¶ *Iam secundã interdictorũ diuiſionem aggreditur, quorum bonorum interdictũ adipiſcendæ poſſeſ-* [illegible] *tariarum rerũ, quæ apud eum ſunt, qui pro hærede vel pro* [illegible]

¶ Sequens diuiſio interdictorum hæc eſt, quòd quædam adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa cõparata ſunt, quædam retinendæ, quædam recuperandæ. Adipiſcendæ poſſeſſionis cauſa interdictum accõmodatur bonorum poſſeſſori, quod appellatur. Quorum bonorum: eiúſque vis*, & poteſtas hæc eſt, vt quod ex iis [a] bonis quiſque, quorum poſſeſſio [b] alicui data eſt [c], pro hærede [d], aut pro poſſeſſore poſſideat, id ei cui bonorum poſſeſſio [e] data eſt, reſtituere debeat. Pro hærede [f] autem poſſidere videtur, qui putat ſe hæredem eſſe. Pro poſſeſſore is poſſidet, qui nullo iure rem hæreditariam, vel etiam totam hæreditatem ſciens [g] ad ſe non pertinere poſſidet. Ideo autem adipiſcendæ poſſeſſionis vocatur interdictum, quia

*ius.

de rei vend. l. j. primo reſponſ.

¶ Adde, quòd meritò dicuntur vniuerſalia: quia ſunt apta comprehendere vniuerſitatem hæreditatis: quòd ſi vna res tantùm occupetur, datur omnino contra eum, qui poſſidet illam: vnde habitu etiam tunc eſt vniuerſale, quanuis actu ſit particulare illo caſu. Syluest.

¶ b Poſſeſſio. l. decretalis.

¶ c Data eſt. ſ. voce Prætoris viui: vel hodie coram quolibet iudice: vt C. qui admit. ad bon. poſſeſſio. l. fin.

[illegible] Dic, quòd non eſt neceſſe, ꝙ iudex ſiue Prætor, ſiue alius iudex bonorũ poſſeſſio. concedat, ſecũdum Angel.

¶ d Pro hærede. Sed nunquid hi tituli ſunt? Respon. non, vt C. in quib. cauſ. ceſ. long. temp. præſcri. l. hæreditatẽ: ergo vſucapio nõ poteſt procedere. Sed contra. ff. quo. bon. l. j. primo reſp. Sed illud expone, vt ibi.

¶ e Bonorum poſſeſſio. ſcilicet, decretalis. Accurſ.

Interdictũ quorũ bono. & petitio hæreditatis pro vna ſola re poſſunt competere.

¶ a Quod ex iis. Innuitur hic, quòd hoc interdictũ etiam pro vna re competat. Sed contrà videtur, quòd ſit vniuerſale: vt ff. quorum bon. l. j. §. fin. Sed certè nihilominus eſt vniuerſale, licet ad vnam rem detur: ſic enim eſt in hæreditatis petitione: vt ff. de petiti. hæredi. l. regulariter. & l. licet. quam conſtat vniuerſalem eſſe: vt ff.

¶ f Pro hærede. Hæc oratio quandoque accipitur pro vero titulo: vt ff. pro hærede. per totum. quandoque pro falſo: vt quia credebat ſe hæredem, cùm non ſit: & ita hîc accipitur, & quandoque agitur petitione hæreditatis: vt ff. de petiti. hæredi. l. pro hærede.

¶ g Sciens. Vnde ſi quæritur ab eo quare poſſideat: dicit, quia poſſideo,

vel ſi dicat pro hærede, tamen falſum ſcienter dicit, vt ff. de petit. her. l. qui interrogatus.

a Poſſeſsionem. Quæ eſt facti. Acc.

b Eam. ſ. poſſeſsionem, quę eſt facti.

c Inutile eſt. Sed aget amodo rei vendicatione, cùm ſit dominus. Acc.

d Comparatum eſt. Contra colonum directum, cõtra extraneos vtile: vt C. de Sal. interd. ꝯ. l. j.

e Pro mercedibus. Item, & pro damno, ſi quod contulit in eod. vt ff. de Saluiano interdi. l. j. & arg. ff. ĩ quib. cau. pig. vel hypot. taci. contra. l. ij. verſi. non ſolùm.

f Pepigiſſet. ſcilicet, tacitè. vt C. de loc. & conduct. l. certi iuris. Sed quid intereſt inter hoc interdictũ & Seruianam actionem? Reſp.

Interdicti Saluiani, & actionis Seruianæ differentia.

In ſeruiana oportet locatorem probare colonum fuiſſe dominum tempore obligationis: vt ff. de pign. l. j. §. cùm prędium. in fi. & l. & quę nondum ſunt. §. quod dicitur. Sed in interdicto iſto ſufficit, ſi probet ipſum poſſediſſe: vt ff. de Saluiano interd. l. j. Accurſ.

Adde, ꝙ hec materia tractata fuit principaliter in §. item Seruiana s̃. de actio. quia ſunt in hoc plures gl. diuerſæ, de quibus per doct. in l. rem alienam. ff. de pig. act. & in l. cùm res. C. ſi alie. res pigno. dat. ſit. Syl.

ADDITIO. Duas differentias breues & apertas exponit Hotomanus in §. item Seruiana, s̃. de act. primùm ꝙ Seruiana ad proprietatem, & poſſeſsionem pertinet: Seruianum ad poſſeſsionem tantùm, vt patet ex l. ſi ab eo. ff. de pig. l. exitus. ff. de acquir. poſſeſ. l. ex ſextante. §. j. ff. de except. rei iudi. Deinde, quod quũ inter creditorem, & debitorem de pignoris poſſeſsione contenditur, Saluianum interdictum competit: cùm vero aduerſus poſſeſſores agere creditor inſtituit. Seruiana experiri debet. l. j. C. de precar. & Saluian. interd. cuius rationem ibi videto.

ei tantùm vtile eſt, qui nunc primùm conatur adipiſci rei poſſeſsionem. Itaque ſi quis adeptus poſſeſsionem [a] amiſerit eã [b], hoc interdictum ei inutile eſt [c]. Interdictũ quoque, quod appellatur Saluianũ, adipiſcendæ poſſeſsionis cauſa cõparatum eſt [d], eóque vtitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus [e] fundi pignori futuras pepigiſſet [f].

Interdictum vti poſſidetis, & vtrobi, ſunt retinendæ poſſeſsionis: quæ præ- [illegible] ius locum habent, [illegible] proprietate ali [illegible] controuerſia: antequàm enim proprietatis quæſtio me- [illegible] gatoribus poſſidere, & vter petere debeat, inueſtigãdum eſt: tum quia ſine petitore & poſſeſſore nullum ſuper petitorio inſtitui poteſt iudicium: tum propter commodum poſſeſsionis, in qua rema- [illegible] (quamuis dominus non ſit) quoad petitor rem ſuam probauerit.

Retinendæ poſſeſsionis cauſa cõ-

Retinẽdæ poſſeſsionis, &c. CASVS. Colonus tuus vitẽ quãdam meam in tuum ſolum tranſduxit radicem, ſ. in meo ſolo relinquẽs: eam vitem meã eſſe dico, tu cõtrà tuã: vt pote in tuo ſolo plãtatam: dico vt vitem illã vindices, tu contrà mones, vt ego vindicem: vindicatio inſtitui nõ poterat. Agi enim in rem nõ poteſt, niſi vter ſit poſſeſſor, cõſtitutũ ſit. Prætor ergo interdicet iubebitq; vti poſsidemus, ita poſsideamus. Iudex datus cognoſcet vter noſtrum magis, id eſt, maiore iure poſsideat. Hoc interdictum eſt retinendæ poſſeſsionis. Cornel. Vibul.

Not. quòd vti poſsidetis, & vtrobi ſunt interdicta retinendæ. Item ꝙ dantur quãdo eſt contentio inter aliquos de poſſeſsione, quis ſ. poſsideat. Item, quòd vnus poſsidet, alter petit. Item, quòd maximum eſt commodũ poſſeſsionis. Item, quòd ſi quis poſsidet, & actor non probet concludenter contra ipſum, iudicatur contra actorem: & poſſeſſor remanet in ſua poſſeſsione. Item, quòd vtrobi datur pro mobilibus. Vti poſsidetis pro immobilibus. Item, quòd quicquid eſſet de iure antiquo, hodie hæc duo interdicta exæquata ſunt. Item, quòd ille vincit in his interdictis, qui tempore litis cõteſtatæ poſsidet non vi, non clãm, non precario ab aduerſario. Syluest.

Interdicta Vti posſidetis & Vtrobi, differũt.

¶ a Vti poſsidetis. Quod de rebus immobilibus dicit, ſed vtrobi de mobilibus: vt j.eod.§.ſed interdicto. Acc.

¶ b Proprietate. Ob hoc quidem comparatum eſt: ſed & ſine hac controuerſia proprietatis dabitur, vt ſi de ſola poſſeſsione contendatur ſecũdum Ioan.

Vtrubi

¶ c Vter petere debeat. id eſt, vter ſit actor, & vter reus.

¶ d Vtrius eorũ poſſeſsio ſit. id eſt, vter poſsideat.

¶ e Non poteſt. Vt ff.de iudic.l. inter litigãtes. Accur.

¶ f Ciuilis. Vt quia parit actionem in rem aduerſario: vt C. de alien. iu. mu.cau.fa.l.j.

petitoris.

¶ g Naturalis. vt quia nemo à ſeipſo poſſet petere ſecundum naturã: vt ff.de rec.ar.l.pen. & facit ad hoc bene ff.vti poſsid. l.j.§.hoc interdictũ.ff.de acq. poſſeſ. l.exitus.

abſunt

¶ h Ingens. id eſt magna, & hæc eadem contentio: & in aliis interdictis retinẽdæ poſſeſſionis eſt: vt in illo de ſuperficiebus: vt ff. de ſuperfic. l.j.primo reſponſo. Item in illo de itinere actúque priua. & via priua. vt ff.de itin.actúque priua.l.j. primo reſponſo. Item de aqua quotidiana, & æſtiua. Item inter eos, qui ducunt aquam per eundem riuum: qui corriuales dicũtur. Item inter eos, qui ex eodem caſtello: vt ff. de aqua quotidia. & eſtiua.l.j.primo reſponſo.& §.ſi inter corriuales. ampliſsimè per §. ait Prætor, quo ex caſtello. In his enim omnibus interdictis vbi de incorporalium quaſi poſſeſsione agitur, eſt idem modus agendi, qui in duobus iſtis: vnde in Digeſto nouo continuè poſt illũ titulũ Vti poſſ. illi ſupradicti ponuntur per ordinem. Acc.

Interdicta ſunt multiplicia.

Corriuales.

parata ſunt interdicta Vti poſsidetis [a], & Vtrobi*, cùm ab vtraque parte de proprietate [b] alicuius rei controuerſia ſit, & antè quæratur, vter ex litigatorib[9] poſsidere, & vter petere debeat [c]. Nanque niſi antè exploratum fuerit, vtrius eorũ poſſeſſio ſit [d], nõ poteſt [e] petitoria* actio inſtitui: quia & ciuilis [f] & naturalis [g] ratio facit, vt ali[9] Poſſideat, & alius à Poſſidente petat. Et quia longe cõmodius eſt, [& *poti[9]] poſsidere, quàm petere: ideo plerunque & ferè ſemper ingens [h] exiſtit contentio de ipſa poſſeſsione [i]. Commodum autem poſsidendi in eo eſt, ꝙ etiãſi eius res non ſit, qui poſsidet, ſi modò actor nõ potuerit ſuã eſſe probare, remanet [k] in ſuo loco poſſeſſor. propter quam cauſam, cùm obſcura ſunt vtriuſque iura, contra petitorẽ iudicari ſolet.

¶ *Vti poſsidetis, rebus immo… Vtrobi verò pro rebus mobilibus competit.h.d.Aret.*

¶ Sed iterdicto quidem Vti poſsidetis, de fundi, vel ædium [l] poſſeſsione contenditur. Vtrobi [m]* verò interdicto, de rerum mobilium poſſeſsione.

vtrubi

¶ *Licet interdicta Vti poſsidetis, & Vtrobi olim plurimùm differrent, ta… [illegible] nec in vtroque, qui tempore litis conteſtatæ non vi, non clàm, nec precariò ab aduerſario poſsidet. Aret.*

¶ Quorum [n] vis*, ac poteſtas pluri-

ius.

¶ i Poſſeſsione. Nota, quòd maximè lites ſunt in poſſeſſorio: quia vt ſequitur in text. eſt maximũ commodum poſsidere. Ang.

¶ k Remanet. Facit C. de eden.l.qui accuſare.in fin.& C. de rei vendi. l. res, quæ eſt l.fi. & ff. ſi vſufruc. pe.l.vtifrui.

¶ l Vel ædium. ff. Vti poſsidetis.l.j.primo reſpon.Accurſ.

¶ m Vtrobi. Hoc dicitur ab vtrũ, & vbi, vt vtrum ponatur ꝓ ad, vel apud: vbi, ponatur pro quẽ: q.d.apud quem eſt, apud eũ ſit. Non fit autem mentio hîc poſſeſsionis, cùm mobilia ꝓpriè non poſsideantur, ſed immobilia tantùm: cùm dicat poſſeſsio, quaſi pedũ poſitio: vt ff.de acquir.poſſ.l.j.in princ. Abuſiuè tamen tam mobilia, quàm immobilia dicuntur poſsideri. Accur.

Vtrobi vnde dicitur.

Poſſeſſio non eſt propriè de mobilibus.

Poſſeſſio vnde dicitur.

Hæc opinio falſa eſt, & eam communiter damnant doctor. in l.j. ff. de acquir.poſ.vt per Alex.ibi. & Iaſ.in j. lectu.& in ij.lectu.Syl.

¶ n Quorum.ſ. duorum interdictorũ.

